H
D
19
13

Sala H
Gab.
Est. 15
Tab. n
N.°

EMMANUELIS
MARESCOTTI
LUSITANI.

PRO
INCLESSIONE,
QUAM
PRESQUINTA
REGENTIS
PERILLUSTRI AC REVERENDISSIMO
D. D.
EMMANUELI
DE AFONSECA
Divi Benedicti Avilensis
ORATORUM
APOSTOLICÆ PATRIARCHALIS PRÆLATO,
Regiæque Majestatis à Consiliis, &c.

IN
OCCIDENTALI
OLISIPONENSI
BASILICA DOMINICI CONDITORIS
HABITA
In Facultate Superiorum, & Ingenii Specimen.

H

D

19

13

EMMANUELIS
ALVARES PEGAS
J. C. LUSITANI,

IN SUPLICATIONIS SENATU CAUSARUM PATRONI,
& Mitræ Archiepiſcopalis, tam Barcharenſis, quam Ulyſſiponenſis, Portuenſis, Lamecenſis, Algarabienſisq; Procuratoris, ac etiam Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris, necnon Capellæ Regiæ Eccleſiarumq; Patronatus Regij Fiſcalis.

TRACTATUS
DE
EXCLUSIONE, INCLUSIONE,
Succeſſione, & Erectione Maioratus, in quo continetur etiam allegatio ſeu Conſilium in Maioratu liniæ Saltualis, & ad calcem tractatus de Spuriis, quantum in materia dici poterat.

PARS QUINTA

DICATUS
ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
D. D.
EMMANUELI
GALVAM DE AFONSECA.
Ordinis Militaris Divi Benedicti Aviſenſis
AURATO EQUITI,
SANCTÆ BASILICÆ PATRIARCHALIS PRÆLATO,
Supremæ Majeſtatis à Conſiliis, &c.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI,
EX TYPOGRAPHIA DOMINICI GONDISALVES.
M.DCC XXXIX.
Cum facultate Superiorum, & Regali Privilegio.

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
FACULDADE DE DIREITO
BIBLIOTECA
12562

EX TYPOGRAPHIA DOMINICI CONDIVARES

ULYSSIPONE OCCIDENTALI

SUPREMÆ MAGISTRATUS, & CORDIUM, &c.

SANCTÆ BASILICÆ PATRIARCHALIS PRÆLATO;

Olysiponis Militiæ Divi Benedicti Avisensis

CAPPAVM DE FONSECA

EMANUELI

D. D.

ILLUSTRISSIMO ACREVERENDISSIMO

DICATUS

PARSQUINTA

ritus qui potest.

& ad calcem excipiens qæ Synodis, diœcesium in mo-

stituto seu Concilium in Missionis suis Seminariis,

successione, & Exemptione Missionis, in duo continuata etiam

EXCLUSIONE, INCLUSIONE,

DE

TRACTATUS

Ecclesiarumq; Patronatus Regij Tractatus.

qui bullas Cruciatæ Promotoris, necnon Cabellæ Regiæ

tuentis, Lamecensis, Magistripicentisq; Protonotarius, ac etiam Sa-

& Militiæ Archiepiscopalis, tum Patriarchalis, deinq; Olysiponensis, Pon-

IN SUPERLATIONE SENATUS CAESARIANI PATRONI

J. C. LUSITANI,

ALCAVARESPECAS

EMMANUELIS

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

EMMANUELI GALVAM DE AFONSECA

Ordinis Militaris Divi Benedicti Avisensis

AURATO EQUITI,

SANCTÆ BASILICÆ PATRIARCHALIS PRÆLATO,

Supremæ Majestatis à Consiliis, &c.

ILLUSTRISSIME DOMINE

DIU *est, quòd me vehementi desiderio stimulari, ac urgeri sentio, meæ erga Te voluntatis observantiæque planè singularis testificandæ; siquidem vix tua mihi benignitas se sefacilem exhibuit (quasi meam*

tenuitatem ſpeciali indulgentia benemeritam reditura), *ex inde, quanti eam fecerim ſtatui notum facere; & hoc in cauſa fuiſſe fateri neceſſe habeo, quòd huc audaciæ pervenerim. Neque tamen is ego ſum, meæ puſillitatis adeo ignarus, qui putem, iſtam à me Tibi gratiam poſſe rependi, aliquid vè Tibi offerri, cui præclariſimum tuum nomen inſcribatur, quodque ulla ex parte tuis meritis, tuæque Dignitati reſpondeat. Verum ea tua eſt humanitas, quæ, vel abjectis homunculis ad Te adeundi animum ingerat, alacritatem afferat, vim incutiat, quippe quæ gratitudinem (quantumvis exiguam) non dedignatur accipere, ut majus poſſit acceptatione benificium conferre. Ea propter qui me totum Tibi mancipaveram, acquieſcere non potui, quin Tibi etiam quidquid habeo ad genua provolutus apponerem.*

Scilicèt: noſtras liber hic fortè in manus acceſſerat, qui publicam, ſeu ut acciperet, ſeu potiùs ut redderet, lucem expoſcebat; nè vel minuta tam benemeriti de Jure Conſultis viri opuſcula, immortalitate digna, hominum incuriâ, temporum vè injuriâ interirent. Cùmque per multa ejusdem Authoris opera huc uſque evulgata maximis litteratorum plauſibus ſint excepta, hocque (eâdemmet Apelêa probatum manu) non minoris factum iri ſpondèat, ſtatui illud typis mandare: tum ut Communi Juris Cæſarij cultorum utilitati conſulerem, inſimul & Authoris, Regnique gloriam propagarem, cùm, & eo maximè, ut, quod veluti theſaurum aſſervabam, Tibi ſiſterem.

Tibi (in quam) quem non abſre etiam veluti theſaurum contemplor, in quo Maiorum tuorum nobilitas multis abhinc ſæculis congeſta, aureaque ſcientiarum copia paucis a Te luſtris acquæſita, neminem non latent, non enim abſconditus, ſed manifeſtus es theſaurus; indeque æſtimalior, ac præſtantior, quòd in Te ſanguinis ſplendor non extinguitur, ſed Infulatus

luceſcit

luceſcit vegetior, apparet illuſtrior, viſitur ſplendidor, ſcientiarumque copia, non abſconditur, ſed exponitur, non clauditur, ſed aperitur, non Cælatur, ſed omnium utilitati inſervitura, ſpargitur, diffunditur, impenditur.

His ergo rationum ponderibus agitatus, aliis benèmultis, prætermiſſis, non niſi tuo nomine librum hunc præfulciendum, ac honeſtandum cenſui; Teque illum (& ſi brevem, & exiguum) læto animo, hilariqne vultu accepturum ſpero; quandoquidem non ex mole, ſed ex utilitate libros dijudicare aprimè noveris, ita materierum utilitatem diſcernens, ita Authorum acumina prænoſcens, & ita operum præſtantiam penſitans, ut hinc qua præditus ſis mente, quo ingenio, quo judicio, optimè inoteſcat.

Denique Authori, ejusque Operi ſingulari eris præſidio, tuo magno utique nomine, ac Dignitate, eumque accerſes honorem, quem ulla umquam ætas poterit abolere; mihique, a quo Tibi ſiſtitur, & ſacratur illud faciens pergratum, ſi unà cum illo in tuam fidem, ac clientelam accipias, cui addictum, deditum, obſtructumque in perpetuum habebis. Ulyſſipone Occidua nonis Auguſti, año Dñi M. DCC. XXXIX.

Dominicus Gonçalves.

TY-

TYPHOGRAFUS
LECTORI BENEVOLO.

MUlti ſane locupletiſſimi tractatus doctiſſimi Emmanuelis Alvares Pegas Curialis Advocati celeberrimi, in lucem benevole Lector editi ingeniorum theſes eluminant; quibus bene perpenſis, cum Reipublicæ commodum præ oculis memoriæ commedaverim, & poſterorum animos Juriſprudentiæ illecebris conſtringere inſudaverim, ſi forte Author novum aliquem tractatum reliquiſſet curioſé exquæſivi, & fæcundiſſimum volumen Maioratus quæſtiones noviter diſputatas & ſcitu dignas partim continens, aliumque tractatum de linea Saltuali Maioratibus conſentaneum & tractatum de Spuriis non ſine Numine inveni; ſed cum de Spuriis ingenioſe Paleotus tractatum ad unguem ſcripſiſſet ſatis utilem il lum hic conjungere ad calcem non per horrui; cum maiori longinquitate Juriſprudentiæ Spuriorum materia Studioſis, & Juriſconſultis inveniatur; qua propter Fypis hoc maximum opus Juriſconſultis manibus explo ſum, citiſſime mandare laboravi; & ſi aliquid non dictum reliquirem meliori ingenio percipies; nam brevitati conſulendo, multa forte emente elapſa invenies; doctiſſimi nanque Owen verba ama;

Porſpicua brevitate nil magis afficit aures:
In verbis ubi reſpoſtulat, eſto brevis.

EM;

TYPHOCRATES
LECTORI BENEVOLO.

EMMANUELIS ALVARESPEGAS, TRACTATUS DE EXCLUSIONE, INCLUSIONE, Succeſſione, & Erectione Maioratus.

CAP. CXVII.

De interpretatione clauſularum inſtitutionum maioratus, & quomodo interpretrari debeant, ad hoc ut intelligatur, & colligatur voluntas fundatoris, ac teſtatoris, circa incluſionem, vel excluſionem ſucceſſoris maioratus, & agitur late de diſpoſitione relativa, & quando requiratur identica, vel ſufficiat ſimilitudinaria, & quomodo intelligatur relativa inſtitutio, & quis dicatur ultimus poſſeſſor, aut hæres maioratus, & an uſus muctuarius, vel vocatus, adhoc ut ſuccedat conſanguineus, & an, & quando vocationes caducent.

SUMMARIUM.

Maioratus ſucceſſio dividenda eſt, ſecundū inſtitutoris voluntatem, n. 1.

Diſpoſitio, & voluntas dubia interpetrari debet, n. 2.

Clauſulæ ſpeciales ſive præcedant, ſive ſequantur præferuntur generalibus in ſpecie, n. 3.

Quando conſtat de voluntate expreſſa, ceſſat interpetratio, quia voluntas teſtatoris eſt Lex, n. 4.

Teſtatoris voluntas exactiſſima diligentia preſcrutari debet, & ejus veſtigia ſequi debemus, n. 5.

Teſtamenti, ſive inſtitutionis verba inſpicere atque mature, & ſubtiliter conſiderare debemus, n. 6.

Verba teſtamenti maximum pondus habent ad cognoſcendum voluntatem,

tatem, & intentionem testatoris, n.7. & 17.
Natura concessit verbis propter mentem, non vero mentem propter verba, n.8.
Et sic ad mentem significandum, non ut mentem ad explicandum verba, n.9.
Animus cujusque præsumitur, qualia verba profert, n.10.
Verba sunt naturalia instrumenta, quibus intentio cordis exprimitur, n.11.
Nullum est maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, n.12. & 16.
Verba sunt sicut speculum, n.14.
Hominis voluntas non præsumitur, esse aliena à verbis, n.15.
Nullum verbum, nulla ve clausula, vel sylaba debet intelligi alicubi posita sine ministerio, & effectu operandi, n.18. & 22.
Et semper interpretatio debet fieri, ut evitetur superfluitas, n.19.
Verba ociosa pro non scripta haberi debent, n.20.
In maioratibus aliter seres habet, n. 21.
Omnia verba fideicommissi, seu dispositionis sigilatim consideranda, & ponderanda sunt absque consideratione superfluitatis, 23.
Quia interpretatio testatoris plena periculi est, & per sæpe in illius cognitione errare solemus, n.24.
Magis in hærendum est verbis certis, quam menti imaginariæ, n.25.
Una institutionis pars, per aliam interpetratur, n.26.
Interpetratio non est facienda ex capite, nec ex præsumptione hominis, sed tantum secundum præsumptionem, & regulas juris, n.27.
Quæ pro se habet regulam, ad se trahit omnes clausulas, n.28.
Clausula præcedens magis influit in sequentem, quam è contra, num. 29.
Clausula posita in fine refertur ad omnia præcedentia, quanvis sint remota, n.30.
Magno ingenio, & animo opus est, ut boni senatoris munus, bene quis exequatur, n.31.
Judex debet habere sacram cognitionem, & examen, ne censuram legum subeat, n.32.
Transmissio cessat in fideicommisso conditionali, n.33.
Jus fideicommissi conditionalis in specie acquisitum, sive fideicommissum conditionale passive transmittitur, n.34.
Maioratus totius Hispaniæ, sunt quædam fideicommissa particularia perpetua, quia primogenitis deferuntur, ideo de illis, ac fideicommissis judicandum, n.35.
Gravatus daturus decem tertio cum morietur, si interim legatarius decedat, non transmittit, num. 36.
Dies incertos conditio in testamento facit, n.37.
Dispositio institutoris in deferenda maioratus successione pro lege observatur, num. 38. & 53. & 75.
Quod non solum in dispositione clara intelligitur, sed etiam conjecturata, n 39.
In conjectura deducenda magis voluntatem, quam propriam verborum significationem expectamus, 40.
In maioratuum controvertiis debemus huc, & illuc totam discurrere dispositionem, & undeque attenta disponentis volvntate inquirere, n 41.
Et quod conjecturis, & signis colligetur,

tur, & expreſſum dicitur, n.42.
Geminatio verborum affectionis multoties repetita, operatur maiorem deliberationem, n.43.
Cum geminatio, & cumulatio verborum, non ponatur, ſine effectu, n.44.
Qui reputatur proximus, & immediatus ſucceſſor, habitu, & non actu ipſe ſuccedit, n.45.
Quod in actu non eſt, ſed in potentia tantum habendi, vel eſſendi in hæredem tranſmittitur, num. 46.
Subſtitutus vulgaris excluditur per hæredem hæredis inſtituti ſi inſtitutus deceſſerit ante additam hæreditatem, n. 47.
Tam ex potentia juris deliberandi, quam ex potentia ſanguinis, n. 48.
Per ſubſtitutionem vulgarem non impeditur tranſmittio ex potentia ſanguinis, n.49.
Plus ſolet facto oſtendi voluntas, quam verbis, n. 50.
Perſonaque nominatim, atque ſingulariter exprimi debet, ſi per relationem demonſtretur, nominatim expreſſa cenſetur, n.. 51.
Si fideicommiſſarius eo tempore ſit ſuperſtes. conſequens eſt, ut mortuo pendente conditione vocato caducum fiat fideicommiſſum, & conſequenter maneat penes gravatum, n. 52.
Voluntas teſtatoris pro lege habetur., non ſolum in diſpoſitione clara, ſed etiam de conjectu. rata, n. 54.
Et in conjectura deducenda, voluntatem magis, quam propriam verborum ſignificationem ſpectamus, n. 55.
Verba per eundem ordinem, & modum ſui natura ſunt ſimilitudinaria, & denotant ſimilitudinem, n. 56.
Et intelligenda eſſe ſimilitudinarie non vero eſſenſialiter, n. 57.
Quando relatio eſt facta ſimpliciter uno ore, cenſetur nova diſpoſitio, & ideo ex ſcriptura referente eſt agendum, non ex ſcriptura relata, n. 58.
In ſucceſſione ab inteſtato, deficientibus, deſcendentibus, vel aſcendentibus morientis ſuccedit ejus frater, n. 59. & 60.
Non præſumitur inſtitutorem velle præferre conſanguineum minus dilectum, magis dilecto, & excludere proximiorem, & vocare remotiorem n. 61.
Et diſpoſitio non eſt eo modo interpetranda, n. 62.
Tempus mortis non eſt adjectum inſtitutioni ad enfringendam inſtitutionem, vel ne ſecundus hæres ſtatim mero jure ſuccedat, aut tranſmittat, ſed quominus inſtitutus, in uſufructu conſervetur, & ſecundus nullum commodū ejus conſequi debeat, n. 63.
Diverſitas juris, ſeu tituli non inducit, nec denotat diverſitatem voluntatis, n. 64.
Eodem jure hæres gaudet, ut ei accreſcat illa portio, quæ defuncto ſi viveret accreſceret, n. 65.
Relictum ſub conditione ſive per viam legati, aut fideicommiſſi, aut hæreditatis decedente fideicommiſſario ante adventum conditionis fit caducum, n. 66.
Subſtitutus uni cenſetur, ſubſtitutus alteri, cui ille primus erat ſubſtitutus, n. 67.
Sufficit mens collecta ex conjecturis, & inter alias eſt maxima ſi teſtator vocaverit cum filio, & eam hæredes, ſeu ejus deſcendentes, n. 68.
Quia magis videtur ex vocatione propria, quam jure tranſmiſſo, 69.
Quando legatum, vel fideicommiſſum

post mortem hæredis à testatore relinquitur, tunc sub conditione relictum censetur, n.70.

Cum successionis jus, in aliquem non est delatum, in ipsum supplicatum, non potest esse transmissum, n.71.

Legatum, vel fideicommissum conditionale, non transmittitur ad hæredes fideicommissarii si ante conditionis eventum ipse fideicommissarius decedat, n.72.

Quia testator in actu legandi, ipsi tantum legatario, & non ejus hæredibus, prospicit, n.73.

Et insuper quia ante conditionis existentiam nullum datur obligationis principium, quod transmittatur, neque dicitur ejus diem cedere, ibid.

Ea est natura maioratuum ut non tãtum primo vocato, sed omnibus successoribus descendentibus, vel transversalibus, statim jus quæratur tanquam intellectualiter sub ejus persona comprehensis, n.74.

Maioratus per ultimam voluntatem institutus non per momentũ dominium in pendenti esse potest, sed illico successori quæretur, n.76.

Dispositio sæpe sæpius repetita, jubeo, ut succedat, *continet in se generalem, & absolutam dispositionem per relationem factam quæ ut talis recipi debet, secundum verborum proprietatem, n.77.*

Dispositio præcedens expressa, per verba sequentia non reformatur, nisi de illa fiat specialis mentio, n.78.

Verba sunt inventa, ut dicentis voluntatem exprimant, n.79.

Nullum certius voluntatis reperiri potest testimonium, quam verba de ore hominis, emissa, atque pro lata, ibid.

Sicut facies repræsentatur in speculo ita loquentis mens, & voluntas verbis certificatur, n.80.

Verbis legis, seu literali sensu non est recedendum, dum manifeste non apparet de mente, sui voluntate contraria legislatoris, n.81.

Qui dicit primum, supponit secundum n.82. Qui non habet secundum dicitur unius, ibid.

Argumentum, à sufficienti partium enumeratione, validum est, n.84.

Testatores, & maioratuum instituores, maximum, & præcipuum habent desiderium, ut domus sua & familia, vel parentum polleat, n.85.

Licet per fœmenas conservetur domus hac intelligitur deficientibus masculis, n.86.

Relatio non fit ad ea, in quibus datur diversa ratio, n.87.

Relatio intelligenda est secundum veritatem, & non similitudinarie, n.88.

Medium inter bonam, & malam fidem sufficiens est ad acquisitionem fructuum ante litem contestatam, n.89.

Usufructuarius omnium bonorum, nullo dato, cohærede retinet proprietatem erit directus hæres, n.90. & 91. ubi affirmat.

Quando testator post mortem adjecit onus fideicommissi in favorem alterius eo ipso censetur relicta proprietas quanvis fiat mentio ususfructus, n.92.

Licet utatur verbis vitæ suæ tantum, tunc enim licet alium vocet dicitur hæres institutus talis usufructuarius, n.93.

Et maxime si prohibitio alienationis detur, n.94.

Nullum datur inconveniens, quod maioratus dividatur quoad vitam, n.95.

Dis-

Diſpoſitio non facta per modum inſtitutionis, ſed per modum legati, aut fideicommiſſi non trahitur ad univerſum, n. 96.

Quando uxor, vel alius in uſufructu ſunt hæredes inſtituti alio poſt mortem ejus hærede univerſale, aut vocato in re certa non dicitur hæres, ſed merus uſusfructus legatarius, n. 97.

Titulus hæredis verificatur in bonis liberis, & non in illis in quibus maioratus erectus fuit, n. 98.

Vocatus in reſiduo non dicitur hæres, ſed ſucceſſor, n. 99.

Hæres gravatus non efficitur dominus, & proprietarius, ſed uſusfructuarius, n. 100.

Inſtitutus in uſufructu habetur jure legatarii, alter vero poſt ejus mortem vocatus dicitur hæres directus ab initio, n. 101.

Nulla eſt differentia inter inſtitutū in re certa, & inſtitutum in uſufructu, n. 102.

An inſtitutus in re certa, nullo dato cohærede dicatur hæres univerſalis, n. 103.

Dubium iſtud ſolum procedit in hæreditatibus, & bonis liberis, n. 104.

Text. in L. 1. §. ſic ex fundo de hæredibus inſtituend. non habet locum ad hoc ut inſtitutus in re certa dicatur hæres univerſalis, n. 105.

Quomodo inſtitutus in re certa jure hæredis cenſendus ſit, ait jure legatarii, n. 106.

Inſtitutus in re certa cum ſit ſolus cenſetur inſtitutus in tota hæreditate, & jure hæredis univerſalis cenſendus eſt, n. 107.

Nemo, in paganis, poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decere, n. 108.

Quando quis hæres inſtituitur excepto tali fundo per inde eſt atque ſine ea adjectione ſcriptus eſſet, n. 109.

Quamvis L. 12. tab. libera diſponendi poteſtas teſtantibus ſit indulta, non tamen uſque ad eo abſoluta illa uti debent, ut ab uti potius, & leges ipſas offendere videantur, n. 110.

Sicut legatum legatarium facit, ita hæreditas hæredem, n. 111.

Recepto ex cauſa prætentionis teſtamento, ſuſtinetur rei certæ inſtitutio, n. 112.

Inſtitutus in re certa dato cohærede univerſali, nec jure hæredis, juri legatarii judicandus eſt, n. 113.

Filius inſtitutus in re certa jure hæredis eſt, ut non poſſit quærellare aut dicere nullum teſtamentum paternum, n. 114.

Inter hæredem, & legatarium, non datur jus accreſcendi, tanquam ſuccedentes diverſo jure, n. 115.

Si teſtator diſponat de aliqua parte, intelligitur legare, & relictum dicitur per viam legati, n. 116.

Diſpoſitiones conditionales in ultimis voluntatibus ſuſpendunt effectu quo uſque adimpleantur, & verificentur, n. 117.

In vocatione tranſit dominium in eodem inſtanti, ac momento, quo purificatur conditio, vel venit vocationis dies, n. 118.

Diſpoſitio poſt mortem non dicitur conditionalis, ſed pura, & licet primus vocatus decedat in vita hæredis non caducat, quando datur alius ſubſtitutus, n. 119.

Verbum voco verificari poteſt in uſufructu ſecundnm illius naturam, ſicut & eam verbum hæres, n. 120.

Argumentum à ſuperfluitate vitanda, eſt habitum pro tenui, & infirmo, n. 121.

Verbum jubeo, relinquo, & lego habent

bent latissimam significationem, n. 122.

Tamen hæ verba sunt intelligenda, secundum subjectam materiam, n. 123.

Residui appellatione venit totum, quod supereſt, n. 124. quomodo intelligitur, n. 126.

Verbum remanescens significat proprie, quod ex toto restat, n 125.

Institutio hæredis est titulus dominii translativus præcedente, additione hæreditatis, n. 127.

Ususfructuarius non potest alienare, nec vendere usumfructum, ne cedere, n. 128.

Et si vendat amittit usumfructum, & vertetur ad proprietatis dominium, n. 129.

Hæres primo loco institutus hæreditatem addiens, licet vocatus, aut fideicommissarius decedat ante restitutam sibi hæreditatem, jam translatum est dominium, in eum, n. 130.

Et jus successionis transmittit ad suos hæredes, vel successores, ibid.

Et procedit etiam in maioratus instit. titutione inita, quia ad hoc ut acquirant jus successionis vocati sufficit acceptatio primi successoris, n. 131.

Hæres usufructuarius institutus non dicitur nisi quando post ejus mortem nullus alius instituatur, n. 132.

In jure non est inconveniens, ut prohibitioni legis quandoque accedat prohibitio testatoris, absque eo quod dispositio in sui substantia mutetur, n. 133.

Quando instituitur maioratus non fuit ascendens, sed transversalis, & vocavit consanguineum, aut ejus liniam, omnes descendentes vocati admittuntur, n. 134.

Et si ultimus absque filiis decedat finitur ejus familiæ successio, & ad quem devolvatur, n. 135.

Quando testator usumfructum reliquit, & post ejus mortem alium vocavit potes vocatus, qui hærede ususfructus superstite decessit fideicommissum ad suos hæredes transmittere, n. 126.

Sententia negativa crebior, & receptior est, n. 137.

Quando dicatur institutio facta in stirpes, n. 138.

Et quando vocatio, aut substitutio est facta in stirpes, licet vocatus præmortuus sit non sit caduca, n. 139.

Fideicommissum conditionale transmittitur, etiam quando est extraneus substitutus, n. 140.

In successione maioratus in qua caducitas primi vocati, aut gradus non influitur in posterioribus ad quos transit maioratus, non obstante primorum graduum caducitate, n. 141.

Et succedit sequens in gradu tanquam supræcedens in gradu non fuisset, illo sublato de medio, n. 142.

In maioratibus non datur dependentia primæ vocationis, sed vocatio uniuscujusque de per se sine ulla connexione subsistit, n. 143.

In legatis, aut fideicommissis jus successionis ad legatarium, aut fideicommissarium licet morian-tur legatarii, aut fideicommissarii non addita hæreditate, n. 144.

Quando alicui substituitur, & vocatur quidam, si institutio institutio redatur ad causam caduci quia decessit antequam impleretur conditio, sub qua institutus est, substituti ejus loco subrogantur, n. 145.

Si ex duobus primo dilectis alter decesserit filius, tamen istius præmor-

mortui cum altero nominato non admittitur, ſed alter ſolus nominatus obtinebit fideicommiſſum, n. 146.

Inſtituens tacitus, voluit ſe conformare cum diſpoſitione juris cõmunis, dum non dedit aliam formam ſuccedendi inter collective vocatos, n. 147.

Quilibet vocatus ad fideicommiſſum eſt dupliciter ſucceſſor, n. 148.

Teſtamentaria ſucceſſio dat hæreditatem, & ſucceſſio legitima declarat ſucceſſorem, n 149.

Gradus proximitatis ad fideicommiſſum quomodo computentur, n. 150.

Vocatio in moioratus ſucceſſione non caducat, nec expirat in primo ſed continuatur in aliis ſucceſſoribus vocati, n. 151.

Poſt nominatos admittuntur qui proximiores ſunt ingradu, & eam non nominati, n. 152.

Contrarium, n. 153.

In fideicommiſſo familiæ, & maioratu prius ii debent præferri, qui nominati ſunt, n. 154.

Virtute vocationis unius veprehendetur, etiam qui vocatus non eſt, ut ſi vocetur filius Petri, deſcendens ejuſdem filii illis deficientibus ſuccedit Petrus pater qui vocatus non fuit, n. 155.

Qui maioratum inſtituit ad ſucceſſionem, cenſetur vocare familiæ deſcendentes, & illis deficientibus tranſverſales qui ſubintrant in vocati locum, n. 156.

Licet vocatus poſt mortem alicujus ante eum decedat nihilominus iſta ſubſtitutio facta in maioratu non remanet caduca ſed bona maioratus ad alios vocatos poſt eum deferuntur, n. 155.

In dubio vocati ſemper cenſentur præferendique veniunt ex præſumpta teſtatoris voluntate, qui eadem affectione qua vocatum aliis prætulit cenſetur proximiores ejuſdem liniæ prætuliſſe, n. 158.

Conjectura affectionis erga vocatos, & ejus lineam, non à poſſeſſione bonorum, ſed à prænominatione, & ſpeciali vocatione procedit, n. 159.

Proximitas ad ſecundum attenditur reſpectu ultimi poſſeſſoris, num. 160.

Ord. lib. 4. *tit.* 100. *§.* 2. *Limitatur, n.* 161.

Vocatio ſpecialis non inducit excluſionem aliorum, qui à lege vocantur, n. 162.

Proximitas dupliciter conſideratur, n. 163.

Attenta veriſimili affectione teſtatoris præfertur proximior vocati, & ab eo regulatur ſucceſſio, n. 164.

Affectio non cadit in ignotum, nec dicitur vocatus, n. 165.

Voluntas teſtatoris deducitur non ſolum quando eſt expreſſa in eademmet clauſula, ſed etiam quando conſtat ex alia inſtitutionis parte de voluntate tacita, aut expreſſa, n. 166.

Relatio refertur ad modum, ordinem, & qualitatem ſuccedendi, non autem repetunt perſonas vocatas â teſtatore, n. 167.

In diverſis, perfectis, & ſeparatis orationibus ceſſat repetitio, & relatio, & non datur relatio identica, ſed ſimilitudinaria, n. 168.

Quando relatio habet locum ſufficit, quod verificetur in aliqua parte, n. 169.

Limitatur 1. *quando datur duplex vocatio, n.* 170.

Limitatur 2. *quando relatio fit ad diſpoſitionem qua deficit, aut eſt conditionalis, n.* 170.

Limitatur 3. quando resultat aliquod absurdum, ex quo substitutus relatus præferatur magis dilecto, n. 171.

Limitatur 4. quando in clausula relata vocatur ille, qui in referente vocatur, n. 172.

Limitatur 5. est contrarietas, & repugnantia in eadem clausula relata, & referente, qua data cessat relatio, & effectus, num. 173.

Limitatur 6. quando talis relatio voluntatem testatoris offendit, n. 174.

Limitatur 7. quando relatio offendit in commune, n. 175.

Limitatur 8. quando relatio est facta ad ea quæ sunt determinata, & quando in sequentibus est facta specialis provisio, num. 176.

Limitatur 9. quando in una, & altera dispositione relata, & referente datur diversa ratio, causa, aut dispositio, n. 177.

Limitatur 10. quando dispositio est odiosa, n. 178.

Limitatur 11. quando dispositio favorabilis restringitur, n. 179.

Limitatur 12 quando relatio fit ad aliquam personam certam, num. 180.

Limitatur 13. quando omisit vocationem, & noluit vocare, n. 181.

Non enim fit relatio ad ea quæ speciali indigent, n. 182.

Nec contra jus secundum quod censetur disponere institutor, num. 183.

Limitatur 14. quando dispositio est conditionalis, & alia pura, n. 184

Limitatur 15. quando relatio ad minus principale, & accessorium, n. 185.

Maxime si detur tertii præjudicium, & res sit dubia, n. 186.

Ordo genituræ consideratur inter plures fratres, non autem inter filium, & nepotem, n. 187.

Cum datur vocatio non totum specialis fratris sed & generalis à jure assistit fratri juris præsumptio, & testatoris voluntas, n. 188.

CUM maioratus successio devidenda sit secundum institutoris voluntatem, & institutionis tenorem, & adhoc debeat originalis institurio edi, & exhiberi, ut multis diximus *tom. 1. cap. 6. n. 1. & seqq.* 1

Sequitur differendum, quomodo dispositio, & voluntas dubia interpretari debeat, quia in claris, non est nessaria interpretatio, sed in dubiis, in quibus interpretatio fieri debet, ut perpetuo durent, ita ut clausulæ speciales sive præcedant, sive sequantur præferantur generalibus ut in specie, tradit *Fragos. de regim. reip p. 3. lib. 9. disp. 19. de legibus primogenit. §. 5.* ubi de clausulis solitis apponi in institutione primogeniorum, & fideicommissorum, & quomodo intelligantur, & ibi exemplificat in multis casibus, & *Alvarad. de conject. ment. defunct. Simon de prætis de interpret. ult. vol.* latissime *Castil. tom. 4. & 5. & 6.* 2 3

Et ita quando constat de voluntate expressa cessat interpretatio, quia voluntas testatoris est lex, & ex illa regulanda est successio, *ex Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 3. & *diximus tom. 1. cap. 6. n. 1. & forens. cap. 4. n.* 122. & *probat auth. de nupt. §. disponat col. 4. exornat Valenz. cons.* 69. *n.* 48. & *cons.* 63. *num.* 47. & 133. *n.* 42. 4

Et adhunc effectum testatoris voluntas exactissima diligentia prescutari debet, & ejus vestigia sequi debemus, *ex L. penult. Paulo post princip.* 5

princip. cod. de neceſſ. ſerv. hæred. inſt. multis exornat Caſtil. lib. 4. cap. 6. n. 6.

6 Et ante omnia equidem teſtamenti, ſive inſtitutionis verba, inſpicere, atque mature, & ſubtiliter conſiderare, & perpendere debemus, *text. in §. Nos igitur, in auth. de reſtit. fideicommiſſ. col. 9. quem text. ad hoc reſtat Bald. in cap. 1. §. item col. 2. verſ. quia verba de feud. Guard.* & ibi multos refert, & *Caſtil.* ubi proxime.

7 Verba etenim teſtamenti maximum pendus habent ad cognoſcendam, voluntatem, & intentionem teſtatoris, & quidquid ab eo geſtum, & deſideratum eſt, ut dicebat *Bald. in conſ. 2. lib. 1. ad fin.* & firmant alii congeſti per *Caſtil. d. cap. 6. n. 13. & n. 14* quod ex verbis diſpoſitionis, mentem diſponentis comprehendimus.

8 Ratio eſt in promptu, ſcilicet, quod natura conceſſit, verbis propter mentem, non vero mentem propter verba, *L. labeo, ff. ſupæl. leg. Valenz. conſ. 23. n. 117. & conſ. 118. n. 114.*

9 Et ſic ad mentem ſignificandum, non ut mentem ad explicandum verba, ut per *Tiraq. in L. ſi unquam cod. de revocand. don verb libertis, n. 60. Cyriac. forenſ. contr. 478. n. 21.* ubi comprobat, & ut unuſquiſque declaret mentem, & voluntatem
10 ſuam, & *contr. 461 n. 8.* & ut eis in alterius noticia, quis cogitationes ſuas proferat, talis enim cujuſque animus præſumitur, qualia verba profert, *L. penult. cod. inſt. ſubſt. firmat. Bald. in L. ſi non convicii cod. de injur.*

11 Unde provenit, quod verba ſunt naturalia inſtrumenta, quibus intentio cordis exprimitur, *Caſtil. d. cap. 6. n. 30.* & nunquam cenſetur quem dicere, niſi quod mentem agnoverit,

L. labeo §. idem Tubero ff. ſupæl. leg. Marſil. conſ. 249. n. 60. lib. 1. ubi, 12
quod nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, & *in conſ. 160.* 13
factum fuit ibi, quod taliter intelligitur eſſe mens in corde quale eſt verbum, quod protertur ore exornat *Deccius conſ. 138. n. 45. vol. 2.*

Et quod verba ſunt ſicut ſpeculum, & quare *cap. ſi autem 2. q. 2. cap. humanæ aures 21. q. 5. Caſtil. contr. lib. 4. cap. 6. n. 32. Valenz. conſ. 162. n. 18.* 14

Et optime dicunt, quia verba 15
ſunt animi pæſſimé notæ, nec hominis voluntas præſumitur eſſe aliena à verbis, nec quis dicere, quod mente non cogitavit, *ut ex L. labeo §. idem ff. de ſupel. leg. firmat. Becc. conſ. 119. n. 23. vol. 2. & conſ. 208. n. 5.*

Et nullum eſt, maius mentis no- 16
ſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta bonorum, ut per *Bald. in L. eleganter 1. notab. cod. non num. pecun. Decian. conſ. 12. n. 11. vol. 2.*

Et ex hac infalibili veritate, re- 17
ſultant duæ indubitabiles propoſitiones; una eſt, quod ad cognoſcendam teſtatoris voluntatem, non unam tantum clauſulam teſtamenti, ſed omnes clauſulas, & tenorem ejus integrum, ac verborum inſpicere debemus, ut poſt alios exhornavit, *Pretis de interpret. ult. vol. interpret. 2. dub 1. ſolut. ult. n. 214. Raudens dec. 49. n 50. Fachin. conſ. 5. n. 1. lib. 2.* & ultra quæ referunt probatur, *ex textu in L. utrum ff. petit. hæred. L. Gallus §. ille caſus, ubi gloſ. verbo inducerit ff. lib. & poſtb. §. fin. Inſt de hæred. inſt. L. qui filiabus in princ. L. ſervus plurium § fin. ff. devin. tritic. & deo legat. L. quæſitum §. Papinianus quoque ff. de fund. inſtr. L. ſi in teſtamentum cod. de inſt. & ſubſt. & de ratione L. non*

est ferendum cod. de transact. L. in civile de legib. & tenet *Fabro in rationali ad utrumque text. exornat. Cassan. cons. 7. n. 1. 3. 25. & cons. 47. n. 36. Gut. cons. 4. n. 4. Surd. cons. 313. n. 88. & cons. 375. n. 28. Mantic. de conjectur. tit. 13. n. 51. Pereg. de fideicommiss. art. 16. n. 108. & art 25. n. 29. Castil. lib. 4. cap. 50. n. 17. Larrea dec. 53. n. 10. eleganter Cujac. consult. 51.*

18 Acepta est, quod debent considerari omnia verba fundationis, licet minima sint, cum nullum verbum nullave clausula, vel sylaba debeat, intelligi alicubi posita sine ministerio, & effectu aliquid operandi, quia etiam in minimo verbo consistit magnus effectus, ut diximus, *tom. 1. cap.* & semper interpretatio
19 fieri debet, ut evitetur superfluitas, *L. si quando ff. leg. 1. L. 1. in princ. ff. quod met caus. L. generali §. 10. ff. usufr. leg. cap. si Papa de privileg. in 6. Oldrad. cons. 200. Honded. cons. 60. n. 72.* & ociositas *Cassan. cons. 4.*
20 *n. 72.* licet aliqui dicant multoties poni in institutione, verba ociosa, & ut talia pro non scriptis haberi debeant, *L. corneliam 69. ff. de hæred. inst.* ibi, & illam adfectionem uter eorum volet supervacuam puto, *L. aliquando 106. ff. cond. & demonstr. Pereg. de fideicom. art. 144. num. 21. Raudens de annalog. cap. 23. n 27. de qua re Guanaver. cons. 1. n. 132. Vela diss. 47. n. 11. usque ad 14.*

21 Quia in maioratibus res aliter se habet, & ut diximus, nullum ver-
22 bum, ociosum, & superfluum intelligi debet, sed potius ex contextu verborum omnium scripturæ testamenti, aut institutionis, aptius, & melius interpretari debet fundatoris voluntas, *L. Mævia ff. manumiss. testam. Mantic. de conjectur. ult. vol. lib. 6. tit. 13. n 11. Simon de Pret. lib. 2. interpret. 2. num. 7. & 8. pag. 239.* exornat *Mier. de maior. in init. 2. p. n. 2. Molin de primog. lib. 1. cap. 2. n. 17. Burg. de Paz civil. q. 2. n. 11. & 51. Reminald. cons. 52. lib. 1 n. 2. &* 3. ubi quod omnia verba fideicom- 23
missi, seu dispositionis sigilatim consideranda, & ponderanda absque consideratione superfluitatis sunt, & unoquodque verbum, debet recipi in suo significatu, *Castil. lib. 4. contr. cap. 10. n. 10.*

Ratio est, quia interpretatio te- 24
statoris plena periculi est, & persæpe in illius cognitione errare solemus ut exornat *Castil. lib. 4. cap. 18. n. 24.* quia ut ipse dicit *n. 25.* ambulari dicimur in tenebris, cum agimus de interpretanda mente testatoris, cum quo loquuti non sumus, qui non potest modo mentem suam aperire, & *n. 27.* ubi ita concludit: Ideo magis 25
inhærendum est verbis certis quam menti imaginariæ, & *n. 30.* multos exornat, & ita verbis omnibus usque adeo inhærendum est in dubio ad interpretandam mentem defuncti, quia ubi mens ipsa certa est, & erroris materiam præbeat melius est testatoris verbis inhærere, & errare, & testatori idem imputare, cur apertius non sit loquutus, ut concludit *Magon. dec. 52. n. 15.*

Et adhunc effectum non solum attendi debet ad omnia verba, absque consideratione superfluitatis, sed ad aliam clausulam ex qua colligatur mens testatoris, quia una institutionis pars per aliam interpretatur *Bart.* 26
in L utrum ff. petit hæred. Pereg. de fideicommiss art. 25. n. 34. Fusar. de subst. q. 34. n. 6.

Contrarium namque est contra juris nostri normas, & adversus testatoris voluntatem, ut explicant 11
DD. *per text. ibi in L. 3. ff. de liber. præt.* ibi, cum enim manifestissimus est sensus testatoris verborum interpretatio, nusquam tantum valeat,

ut

ut melior ſenſus excitat, ut notat *Bald. & Donel. ibi*, & *probatur, & ratio in L. ab omnibus* 107. *in princ. ff. leg.* 1. *L. talem* 51. *ff. hæred. inſt.* & ad interpretationem contrariam dicere poſſumus cum *Modeſtino*, *in L. Mævia* 44. *ff. manum. teſt.* ibi: Neque contextum verborum ſcripturæ, neque mentem teſtatricis eam eſſe, *L. Ancillas* 66. *ff. leg.* 1. ubi ſelſus ſcriptum ibi relinquit: Quod falſum puto, nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata hæc ſententia eſt.

27 Quare interpretatio non eſt facienda ex capite, nec ex præſumptione hominis, ſed tantum ſecundum præſumptionem, & regulas juris *Bart. in L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. Socin. conſ.* 52. *num.* 23. probat *Menoch. lib* 3 *præſ.* 91. *n.* 15. & *conſ.* 191. *n.* 21. & 23. faciunt quæ *Mier. de maior.* 2. *p. q.* 7. *n.* 16.

Dummodo non detur vitium aut abſurdum, *L. ambigua* 19 *ff. de legib.* ibi: in ambigua vere legis ea potius accipienda eſt interpretatio, quæ vitio caret, & Faber explicans inquit; id eſt, propter quam fiat, nec quid male, & abſurdum conſtitutum videatur, & idem notatur, *in L. quoties ff. de reb. dubiis.*

Sed diſpoſitio juris, & qualitas natura, quæ rei conſervetur, *ex Paulo ff. in L. ſæpe* 53. *ff. de verbor. ſignif.* & ibi *Bart. verſ. ad quod factì qualitas*, & *juri diſpoſitio adaptatur Cujac. lib.* 59. *ad edict. Paul. Ponte conſ.* 63. *n.* 63. *Raud. de annolog. cap.* 4. *n.* 16. eleganter *Bald. lib.* 3. *conſ.* 330. *n.* 2. & de ratione *Garc. de expenſ. cap.* 23. *n* 19.

Et correctio diſpoſitionis evitetur, ſine qua conſervari debet diſpoſitio, ut tradit *Reminald. conſult.* 112. *vol.* 1. *n.* 37. & *n.* 30. *Cavalcan. dec.* 6. *n.* 4. *Maſcard. de ſtat. concluſ.* 8. *n.* 19. & 20. *Menoch. conſ.* 2. *n.* 61.

Et etiam abſque abſurdo, quo præcedente non admittitur talis interpretatio, ut infra dicemus *n.* nec contra fundatoris voluntatem, *L. verb. civilibus* 7. *ff. vulg.* ibi: Niſi fiat contra voluntatem, ſi filius non habeat totum interim, quod ei teſtamento pater dat, in terminis advertet *Alex. ib. not.* 2.

Et ſi clauſulæ ſint contrariæ, & in illis conſideretur diverſitas, aut vocationum contractio, debet prævalere, quæ regularitatem, & favorem induxent, & non irregularitatem, & odium, *L. fin §. Titius ff. vulg. & pupil. Albenſ. conſ.* 24. *n.* 9. *Decian. conſ.* 106. *n.* 13. & 14.

Et quæ eſt juris conformis *Bart. & DD. in L. hæredes mei ff. ad Trebel. Arentin. conſ.* 145. *verſ. eſt autem Ruin. conſ.* 90. *n.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 159. *n.* 57. *eod. lib.* eleganter videndus *Mier. de maior.* 2. *p. q.* 7. *n.* 16. *Pariſ. conſ.* 21. *n.* 28. *Præcip. num.* 37. *Burſat. con.* 214. *n.* 17.

28 Et quæ pro ſe habet regulam ad ſe habet omnes clauſulas adhoc ut regulentur per illas, & in eas influantur, *Bart. in L. Prætor ait §. ent. n.* 1. *ff. vi bon. rapt.* tradit eleganter *Greg. Lop. in L.* 3. *tit* 3. *p.* 6. *q.* 22. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 62.

29 Et in clauſulis contrariis, quæ præcedunt ſunt potentiores ad ſe trahendas ſequentes, & non é converſo, quia clauſula præcedens, magis influit in ſequentem quam è contra, *Bart. in L. quis quis mihi ff. leg.* 3. *Ruin. conſ.* 70. *n.* 9. *lib.* 2. *magiſtraliter Romon. conſ.* 503. *n.* 3 & *ſingul.* 612. *ad fin. L. aviæ, ubi DD. ff. cond.* & *demonſt. Dec. conſ.* 14. *n.* 5. & de ratione *Menoch. conſ.* 110. *n.* 24. *Nat. conſ.* 678. *n.* 34. *Boer. q.* 146. *n.* 4.

Et etiam explicatur ex antea, & poſtea dictis à teſtatore ſi ita probetur, ut diximus *cap.* 116. §. *n.*

30 Et clauſula poſita in fine refer-

tur ad omnia præcedentia, quanvis ſint remota, *L. talis ſcriptura §. fin. ff. leg.* 1 *L. fin. ff. de reb. dub. L.* 1. *cod. de lib. præter.* ex quibus, & aliis juribus hanc regulam ita generalem ita conſtituunt, *gloſ. in L. ſi idem §. fin. ff. juriſd. omn. dudic. Bart. Jaz. & cæteri ſcribentes in L.* 3. *§. filius inter ff. de liber. & poſth. Caſſanat. conſ.* 53. *n.* 27. *& ſeqq. Barb. clauſ.* 70. *&* 3. *Caſtil. lib.* 4. *cap.* 50. *n.* 42. *&* 47. exornat, & dicit procedere niſi contrariũ ſuccedeat aliqua ratio contrarietatis, impoſſibilitatis ineptitudinis, diſtructionis recti ſermonis, ſuperfluitatis diverſitatis, ſeparationis abſurditatis, repugnantiæ inconvenientis, vel proprietatis verborum, *&* *n.* 54. Idem *Caſtil. ampliat. & Fuſar. q.* 351. *n.* 18. quod operatur ut clauſula ſequens intelligatur loqui de eiſdem perſonis, de quibus actum fuit in præcedenti. Pulchre etiam *Ramon. conſ.* 66. *n.* 11.

Et quoad relationes, & quomodo explicentur, & intelligantur illarum clauſulæ diximus, *tom.* 1. *cap. & ſup. cap.* & eſt videndus *Caſſanat. in conſ.*

Et circa materiam relationum, & quando dicentur, & requirantur identicæ, vel ſufficiat ſimilitudinariæ, in maioratus materia, & ſucceſſione, diximus infra hoc capite, & deciſum fuit in cauſa ſequenti, ubi omnia ad materia pertinentia invenies magna eruditione tractata, ut conſtat ex ſententia, & deliberationibus ſequentibus.

No feito de Andrê de Azevedo de Vaz-Concellos com o Correyo Mòr do Reyno, Eſcrivaõ Antonio de Aguiar Villalobos.

Viſtos eſtes Autos, &c. Moſtra-ſe por parte do A que Antonio Gomes da Matta, Correyo Mór que foy deſte Reyno inſtituyo no teſtamento, com que falleceo depois da inſtituiçaõ de herdeiro, e diſpoſiçaõ de varios morgados, tres morgados do remanecente de ſeus bens em tres partes iguaes, para o primeiro aos quaes, chamou a ſeu ſobrinho Antonio Pereira de Lacerda, e por ſua morte a ſeus filhos legitimos em falta de varaõ a femea, preferindo o varaõ mais velho, e aſſim em ſeus deſcendentes por linha direita, e que fallecendo ſem deſcendencia, ou vindo pelo tempo a faltar, paſſaria o dito morgado ao filho mais velho, e em falta a filha de legitimo matrimonio, ou outro qualquer legitimo deſcendente de Luiz Gomes da Matta ſeu ſobrinho, e em falta deſta deſcendencia veria ao A. e ſeus deſcendentes, faltando eſtes a Antonio Gomes da Matta, irmaõ do A. e ſeus deſcendentes. E que para o ſegundo morgado chamou ao A. e para o terceiro ao dito Antonio Gomes, ſeu irmaõ, ordenando que na ſucceſſaõ deſtes dous morgados, ſe obſervaſſe o modo, e ordem declarada na ſucceſſaõ do primeiro morgado, para que chamara ao dito Antonio Pereira de Lacerda, e que aſſim mais ſe guardaſſem nos ditos tres morgados as meſmas clauſulas, e condiçõeſ, he huma que em falta de deſcendentes, ſucceda o irmaõ do chamado, ou ultimo poſſuidor, e que nelle ſe guardaſſem as regras de direito, e aſſim ſendo, como he fallecido o herdeiro do dito inſtituidor o Doutor Duarte Gomes da Matta uſofructuario dos ditos tres morgados, por cuja morte o A. entrou na poſſe do ſegundo morgado, para que foy chamado, ſe lhe deve julgar a ſucceſſaõ do terceiro morgado, para que foy chamado ſeu irmaõ Antonio Gomes, por quanto falleceo ſem filhos, nem deſcendentes, e elle A. he unico irmaõ, que ficou por ſua morte, e aſſim o ſeu parente mais chegado, e ſuccede, naõ

ſó pela diſpoſiçaõ de direito, que o inſtituidor mandou, que ſe guardaſſe, fazendo eſtes tres morgados regulares na fórma daquelle, que annexou ao de ſeu pay, mas ainda por vocaçaõ expreſſa do dito inſtituidor, por quanto havendo antes deixado duzentos mil reis de juro na Cidade de Lamego, e humas caſas na de Elvas ao dito ſeu irmaõ Antonio Gomes, para que logo em vida do herdeiro Duarte Gomes da Matta os lograr, vinculou o dito juro, e caſas em morgado, e por morte do dito chamado Antonio Gomes, chamou a elle A. declarando conſeguintemente, que a dita fazenda acima vinculada do juro, e caſas era parte do terceiro morgado, que inſtituya no dito Antonio Gomes ſeu irmaõ, de que ſe moſtra a expreſſa vocaçaõ, que o A. tem para o dito terceiro morgado, e por tanto o R. lhe devia largar as propriedades, que intruzamente poſſue pertencentes ao dito terceiro morgado, por quanto ſe funda mal na inſtituiçaõ, que o inſtituidor nelle fez quando ordenou a ſucceſſaõ do primeiro morgado, porque ſuppoſto que a dita inſtituiçaõ feita em o R. na ordem de ſucceder do primeiro morgado, referida na ordem de ſucceder do ſegundo, e do terceiro, eſſe relato ſe deve entender na ſemelhança a reſpeito da ordem dos parenteſcos, e naõ na identidade, a reſpeito da demonſtraçaõ das peſſoas, de modo que a dita relaçaõ he ſimilitudinaria, e naõ identica, e poſto que aſſim naõ fora, ou aſſim ſenaõ entendera o dito inſtituidor ao formar do dito primeiro morgado, poz em condiçaõ ao chamado nelle Antonio Pereira de Lacerda, que em termo certo deſiſtiſſe Dona Franciſca Coronel, Freira profeſſa no Moſteiro de Odivellas da demanda, porque pertendia annullar ſua profiſſaõ, e caſo que naõ deſiſtiſſe, havia o dito vinculo do primeiro morgado por deſoluto, e queria, que os beus paſſaſſem livres a ſeu herdeiro, e aſſim ſuccedera, que os bens do dito primeiro morgado ſe deſavincularaõ por defeito da dita condiçaõ, e neſtes termos faltando totalmente a clauſula relatada, naõ podia ſubſiſtir a referente, e caducara a inſtituiçaõ, e ſubſtituiçaõ, e os ditos dous morgados ficaraõ ſogeitos à ordem regular, dada pelo inſtituidor, e a vocaçaõ expreſſa, feita no A. pela qual ſe lhe devia julgar o dito terceiro morgado, e por parte do R. ſe moſtra, que inſtituindo o dito Correyo Mòr Antonio Gomes da Matta tres morgados, para o primeiro chamou a ſeu ſobrinho Antonio Pereira de Lacerda, para o ſegundo ao A. e para o terceiro a ſeu irmaõ Antonio Gomes, e que paſſando as inſtituiçõeſ, diſpoz, e ordenou, que o R. inſtituiſſe ao dito Antonio Pereira no primeiro morgado em falta de ſua legitima deſcendencia, e àcerca das inſtituições do ſegundo, e terceiro morgado, diſpoz, que foſſe pelo meſmo modo, e ordem da primeira, ſuccedendo no meſmo R. em falta das ligitimas deſcendencias do A. e ſeu irmaõ chamados para os ditos dous morgados, e por eſta razaõ ſe lhe devia julgar a ſucceſſaõ de que ſe trata, como porque naõ podia ſubſiſtir o fundamento da petiçaõ do A. em quanto quer ter intrancia no dito terceiro morgado, por ſer fallecido ſeu irmaõ Antonio Gomes, primeiro chamado de quem o A. he parente mais chegado, e ſucceſſor do direito, por quanto o dito Antonio Gomes naõ chegou a poſſuir o dito terceiro morgado, nem adquirio nelle direito, que podeſſe tranſmittir ao A. ſeu irmaõ, antes o dito morgado veyo a vagar por morte do Doutor Duarte Gomes da Matta, herdeiro univerſal do inſti-

inſtituidor, a quem em ſua vida foy deixado, e do dito herdeiro, como do primeiro adquirente, e ultimo poſſuidor, ſe derivou a ſucceſſaõ, e aſſim naõ pertence ao A. como parente remoto, ſenaõ ao R. como chegado, por quanto naõ ſendo chamado o dito Antonio Gomes, ſenaõ por morte do herdeiro, he certo em direito, que fallecendo, como falleceo antes do herdeiro, e pendente a condiçaõ, que ſenaõ purificou, e antes do dia cedente do fideicommiſſo caducou elle, e aſſim naõ transferio direito algum ao A. e fideicommiſſario, pelo que devia o R. ſer abſoluto julgando-ſe-lhe o dito morgado. O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçõ de direito, e como ſe moſtra, que o inſtituidor teve ſempre attençaõ, a que eſtes tres morgados foſſem regulares, aſſim pela expreſſa diſpoſiçaõ do primeiro, em que chamou ao R. depois da deſcendencia de Antonio Pereira, por ſer entaõ o R. o parente mais chegado, e o dito Antonio Pereira naõ ſer irmaõ, como pela Relaçaõ, que fez do morgado, que annexou ao de ſeu pay, e a eſtes tres morgados, o qual morgado referido he regular, e nelle ſe chamaõ os irmãos em falta de deſcendentes, com que vem a ficar regular os referentes pela fórma da Relaçaõ, e aſſim com intrancia no de que ſe trata o A. por ſer o irmaõ unico, e parente chegado do chamado Antonio Gomes, que falleceo ſem filho, nem deſcendentes, e naõ ſó pelo ſobredito fundamento, e regra de direito, que o inſtituidor mandou guardar, ſenaõ ainda porque o A. tem vocaçaõ expreſſa ao dito morgado, por quanto vinculou o inſtituidor o juro de duzentos mil reis, e as caſas de Elvas em morgado, e chamando para elle o dito Antonio Gomes, e chamou expreſſamente em falta de ſua deſcendencia ao A. ſeu irmaõ, e continuando declarou, que o dito vinculo de juro, e caſas era parte, e havia de entrar na conta do terceiro morgado, que he, o de que ſe trata, com que ſe moſtra, que o A. tem expreſſa vocaçaõ, e aſſim certo direito ao dito terceiro morgado, e naõ obſta nenhuma das allegaçoens do R. por quanto a Relaçaõ ſempre ſe funda feita no ſegundo, e terceiro morgado para o primeiro em que foy chamado o R. na falta dos deſcendentes de Antonio Pereira de Lacerda, naõ obra de maneira, que ſe haja de entender ſubſtituida a meſma peſſoa do R. nos dous ultimos morgados, como no primeiro, por quanto eſſa Relaçaõ foy ſimplez, e naõ calificada, e naõ importa mais, que huma ſemelhança no ſimplez modo de ſucceder, mas naõ com identidade das peſſoas ſucceſſivas, ſendo que eſta Relaçaõ generica tem ſua duvida ceſſa no caſo preſente, em que ha eſpecial diſpoſiçaõ do inſtituidor, e expreſſa vocaçaõ, feita no A. pois nunca a clauſula ſimplez, e geralmente relatada ſe refere ao caſo, e capitulo, em que houve eſpecial diſpoſiçaõ, como que ſe a dita inſtituiçaõ referida foſſe identica, e reputaſſe a meſma do R. ſe ſegueria o abſurdo, e repugnancia de naõ ſucceder o dito Antonio Gomes, pois no primeiro morgado tinha o ultimo lugar, e aſſim ficaria ſendo o ultimo, e naõ o primeiro no terceiro morgado, para que foy chamado, de que ſe infere, que a dita Relaçaõ, naõ he em ordem às vocações identicas, ſenaõ à prohibiçaõ da alheaçaõ, ordem ſimilitudinaria de parenteſcos na fórma de ſucceder preferencia de varaõ, e outras de tal maneria, que ſenaõ ſiga o dito abſurdo, e repugnancia, que confórme a direito a clauſula relativa, deve de obrar, no que pòde, e naõ contra a vontade do inſtituidor,

que

61 præferre conſanguineum minus dilectum, magis dilecto, & excludere proximiorem, & vocare remotiorem, *L. Publius §. fin ff. de cond. & demonſtr. per quem textum dicit Valenſuel. conſ. 23. n. 37.* quòd, diſpoſitio non eſt eo modo interpetranda,
62 quod, minus dilectus, magis dilecto præferatur, *gloſ. in L. ſi mater verbo excludi ff. de vulgar. Alex. conſ. 18 n. 41. Alex. conſ. 93. n. 7. & 20. & lib. 10. Gutier. conſ. 18. n. 41. Cephal. conſ. 126. n. 20. tom. 1.*

Non obeſt ſecundum fundamentum ſupra conſideratum pro jure R. quia reſpondetur, veriori, communi etiam opinione, quæ tenet inſtitutionem ſecundi hæredis poſt mortem primi inſtituti in uſufructu inſpecta mente teſtatoris cenſeri puram, & ita inſtitutum poſt mortem, hæredem eſſe primi, & ſtatim addire, & tranſmittere tanquam pure inſtitutum, licet inſpecto verborum cortice, inſtitutio ſecundi hæredis videatur eſſe conditionalis, tanquam collata poſt mortem primi, & ſic in diem incertum, qui conditionem in teſtamento facit *Bald. in L. id quod pauperibus 24. n. 27. verſ. aut uxor cod. Epiſcop. & Cleric. Caſtr. conſ. 459. n. 1. verſ. breviter Bald. vol. 2. Pariſ. conſ. 97. n. 367. vol. 2. Cephal. conſ. 472. n. 8 verſ. 3. Covar. lib. 2. var. cap. 2. n. 5. Gail. lib. 2. obſ. 143. n. 5. verſ. ſed quid ſi maritus Joann. Anton. Bellon de jur accreſcend. cap. 7. q. 16. à n. 343.* tempus enim mortis
63 non eſt adictum inſtitutioni ad infringendam inſtitutionem vel nè ſecundus hæres ſtatim mero jure ſuccedat,

aut

aut tranſmittat, ſed quo minus inſtitutus in uſufructu conſervetur, & ſecundus inſtitutus nullum commodum ejus conſequi debeat *Covar.* ubi proximè *Gail. d. obſ.* 143. *n.* 4. *Joan. Anton. Bellon. dict. cap.* 7. *d. q.* 16. *n.* 230. & *ſeqq* & *n.* 347. quam interpetrationem voluntatis, ſi DD. communiter accipiunt, & admittunt in ſpecie, qua uſusfructus relictus eſt titulo legati, non video, cur etiam admittere non debeant, qua relictus eſt titulo inſti-
64 tutionis, cum juris, ſive tituli diverſitas non inducat, nec denotet diverſitatem voluntatis, ut ait *Papinianus in L. cum qui tacitum* 18. §. *fin. in fin. ff. de his, quib. ut indign. Bellon.* ubi proximé *n.* 348. & 349.

Nec dici poteſt, quod Antonius Gomeſius à Matta nequibat tranſmittere hæreditatem, ab eo non dum additam juxta *text. in L.* 3. §. *acquirere verſ. denique in fine ff. de bonor. poſſeſ. Joſeph. Vella diſſert.* 11. *à n.* 2. quia reſpondetur, quod ille acquiſivit ſummam ducentorum millium teruntiorum, & ædes, in quibus inſtitutor maioratum inſtituit, diſponens, quod ſumma ducentorum millium teruntiorum, eſſet pars tertii maioratus, & ſicut noſter Actor in ea parte maioratus contentionis ſucceſſiſſet, ita etiam ſuccedere debeat in cæteris bonis, quæ ab inſtitutore ei vinculata fuerunt, & accreſcunt, quia in hæreditate locus eſt tranſmiſſioni, quod ad jus accreſcendi poſt hæredis
65 addeuntis mortem obveniens, eodem nanque jure, ejus hæres gaudet, ut ei accreſcat illa portio, quæ defuncto ſi viveret accreſceret, *L. hæc ſcriptura* 26. §. 1. *verſ. aut cum alter ff. de cond. & demonſtr. L. ſi ex pluribus* 9. *verſ. & licet ff. de ſuis, & legitim. hæredib. L unic.* §. *is ita definitis verſ. in his itaque cod. de caduc. tollend.* §. *fin. in fin.* latiſſime *Joan. Anton. Bellon de jur. accreſcend. cap.* 8. *q.* 1. *per tot.* & *q.* 4. *etiam per tot. Vell. dict. diſſert.* 11 *on* 7. ubi *n.* 21 & 22. rationem aſſignat, & comprobat juribus, & DD.

Retenta etiam prima oppinione adducta pro ſecundo fundamento R. adhuc tamen ſuccedit noſter Actor in maioratu contentionis, licet primus vocatus Antonius deceſſiſſet invita Eduardi gravati, quia in noſtro caſu ſuccedit ex propria vocatione inſtitutoris, non vero ex jure tranſmiſſo, ut in terminis reſolvit noſtram quæſtionem *Valaſc. conſ.* 139. & *conſ.* 171. licet enim relictum ſub 66
conditione, ſive per viam legati, aut fideicommiſſi, aut hæreditatis decedente fideicommiſſario, ante adventum conditionis fiat caducum, *ut in L. unica*, §. *& cum triplici cod. de caduc. tollend.* hoc tamen limitatur, & declaratur in §. ſin autem eadem lege, ut procedat, niſi fideicommiſſarius, qui deceſſit invita gravati, habeat ſubſtitutum, quia tunc non fiet caducum, ſed admittetur ſubſtitutus *Val. d. conſ.* 139. *n.* 5. ſed ſic eſt, quod Antonius primus vocatus, qui deceſſit invita hæredis Eduardi gravati habeat ſubſtitutos ſibi ſuos deſcendentes, & tranſverſales ex diſpoſitione inſtitutoris, quia eo ipſo, quod ille maioratum inſtituit, & ad eum invitavit Antonium, cenſetur vocare ejus deſcendentes, & collateralles, licet non expreſſiſſet, *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *à n.* 1 & *cap.* 4. *per tot. Caſtil. lib.* 2. *contr. cap.* 22 *n.* 58. 75. & *ſeqq. Nogueirol. allegat.* 9. *n.* 14. igitur deficientibus deſcendentibus Antonii primi vocati ſuccedit Actor ejus frater, ex propria vocatione, non ex jure tranſmiſſo.

Accedit, quòd ſubſtitutus uni cen- 67
ſetur, ſubſtitutus alteri, cui ille primus erat ſubſtitutus, *L. ſi Titius cohæredi L. cohæredi ff. de vulgar.* & ſubſtitutus ſubrogatur loco ejus, cui fa-

cta eſt ſubſtitutio, & vocatur ad omne id ad quod vocaretur ille, cui erat ſubſtitutus, ſi viveret comprobatur etiam *per text. in L. cum ex filio §. fin. ff. eod. tit. cum vulgarib.* ergo cum in noſtra ſpecie Actor ex diſpoſitione inſtitutoris fuiſſet ſubſtitutus Antonius primo vocatus, deficientibus ejus deſcendentibus, ei primo loco ſubſtitutis, debet ſuccedere in maioratu hypotheſis, ad quem erat invitatus Antonius ejus frater, non ex jure tranſmiſſo, ſed ex propria vocatione.

Confirmatur etiam, quia licet decedens ante eventum conditionis, nihil tranſmittat in hæredes ſuos juxta gloſam receptiſſimam *in L. unic. cod. de iis qui ant. apert. tabul. cui ſimilis in L. 3. cod. de fideic. & in L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel.* illa tamen doctrina limitatur ſingulariter, niſi colligatur voluntas teſtatoris in contrarium, *ex Bald. in dict. L. unica n.* 1. *Rep. dict. §. cum ita n.* 61. & 16. *Fab. n.* 31. qui teſtatur hanc limitationem communiter recepit, *Pariſ. conſ.* 66. *lib.* 3. *Cephal. conſ.* 47. *n.* 15. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 88. *lib.* 1. & ſufficit mens colleta ex conjecturis, & inter alias, eſt maxima
68 conjectura, ſi teſtator vocaverit cum filio etiam hæredes, ſeu ejus deſcendentes, quia tunc magis videntur venire ex vocatione propria, quam jure tranſmiſſo *Valaſc. dict. conſ.* 139. *n.* 14. *cum ſequentibus*, & *dict. conſ.* 171. *n.* 9. & 10. ubi allegat *Decium conſ.* 347. maximé *ex n.* 5. *uſque ad fin.* qui inquit ob maxime procedere
69 de primogeniis Hiſpaniæ, quem ſequuntur communiter moderni, ut ait *Valaſc. dict. n.* 10. *aliàs* 1. Unde cum in noſtra ſpeciè diſponens maioratum inſtituiſſet, & ad eum vocavit Antonium, & ejus deſcendentiam, & in ejus defectum, ut jam dixi ex voluntate ejuſdem diſponentis, collaterales intelliguntur vocati, ac ſi in eis facta fuieſſet expreſſa vocatio, certe licet prædeceſſerit Antonius in vita Eduardi, ſuccedit in tali maioratu, non ex jure tranſmiſſo, ſed ex vocatione propria noſter Actor frater primi vocati Antonii, cum ille ſine deſcendentibus deceſſiſſet, ita jucicatum Judice meritiſſimo confirmato. Ulyſſipone 6. Januarii 1675.

Quifel.

Strenué, & doctoſſimè materiam difficilem, de qua in præſenti contentione enuncleaverunt ſapientiſſimi præcedentes Domini, ut nihil ſupereſt addendum, multa ſuperſunt addiſcenda, tam circa hætitationem ortam ex jure tranſmiſſionis, in qua non eſt contenenda opinio, *Grat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 136. *num.* 7. cum non ſolum ex multis, & magnæ authoritatis DD. eam corroboret, ſed ex doctrina *Bart. in L. cum filius fa-mil. ff. legat.* 1. quem inter omnes tenemur ſequi *ex Ord. lib.* 3. *tit* 64. §. 1. quam circa vocationem, qua videtur munitus ad maioratum, quo de agitur noſter Actor ſecundum bene examinatam teſtatoris diſpoſitionem, & veriorem jure intelligentiam. Unde ſententiam cum præcedentibus Dominis amplector. Ulyſſipone 31. Martii 1675.

Ribeiro.

Aqua ſententia fuit petita reviſio, & fuit revocata in forma ſequenti.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que viſto o Alvara do dito ſenhor, porque foy ſervido mandar rever eſte feito: Aggravado foy o ſupplicante pelos Dezembargadores dos aggravos, Juizes deſta cauſa em julgarem, que o morgado da contenda pertence ao ſupplicado, e naõ ao ſupplicante: revogando ſua ſentença, viſtos os autos, pelos quaes ſe moſtra, que havendo Antonio Gomes da Matta,

Cor-

Correyo Mór, que foy deſte Reyno deſtribuido grande parte de ſua fazenda com legados pios, e profanos no remanecente de ſua fazenda, e herança que logo vinculou em morgado como ſe vè das ſuas palavras fol. 57. ibi: Pelo que mando, e declaro que a fazenda do dito remanecente fique logo vinculada em morgado em vida do dito Duarte Gomes da Matta, meu ſobrinho, e herdeiro, inſtituyo ſeu univerſal herdeiro ao dito Duarte Gomes da Matta, o qual por eſta diſpoſiçaõ, ficou ſendo adminiſtrador do morgado, por ſer certo em direito, que quando hum teſtador de todos ſeus bens, e herança inſtitue morgado, o chamado a eſſa herança fica juntamente ſendo herdeiro, e adminiſtrador, e ſó quando, havendo ſe inſtituido herdeiro univerſal ſe inſtitue morgado em certa parte dos bens, o chamado particularmente a eſſe morgado ſe reputa legatario, ou fideicommiſſario, e aſſim nos termos preſentes ficou o dito herdeiro Duarte Gomes ſendo primeiro adminiſtrador, e poſſuidor por lhe deixar o teſtador todo o dito remanecente em que quiz ſe verificaſſe a inſtituiçaõ de herdeiro como ſe lé fol. 49. verſ. ja em vida do dito herdeiro vinculado em morgado, que naõ podia eſtar impendente, ſem que obſte, que o dito inſtituidor no dito remanecente inſtituyo tres morgados, dos quaes para o da contenda chamou a Antonio Gomes da Matta ſeu ſobrinho irmaõ do ſupplicado, porque naõ he inconveniente em direito, que o morgado inſtituido na peſſoa de hum, por ſua morte ſe divida em differentes morgados querendo-o aſſim o teſtador, cuja vontade nas diſpoſições teſtamentarias, tem vigor, e authoridade de ley, e como nem tambem obſta, que o teſtador diſſeſſe, que o dito Duarte Gomes da Matta ſeu herdeiro em ſua vida comeria os rendimeneos, e por ſua morte o dito Antonio Gomes, do que ſe quer inferir, que o dito Duarte Gomes foy ſó inſtituido herdeiro no uſo, e fruto, e que a propriedade ſe adquerio logo ao dito Antonio Gomes da Matta, porque ſe aſſim fora ficara o dito Duarte Gomes inſtituido em couſa certa, e naõ lhe ſendo dado coherdeiro univerſal, elle o ficava ſendo pela diſpoſiçaõ de direito. do que ſe infere tambem, naõ ſe poder dizer, que a inſtituiçaõ de herdeiro ſe ficava verificando nos dès mil cruzados, de que o inſtituidor prometteo ao dito Duarte Gomes diſpuzeſſe por ſua morte; porque outroſim neſſes termos ficaria inſtituido em couſa certa, e pela razaõ acima ſe converteria eſſa inſtituiçaõ em univerſal, àlem do que ſendo Antonio Gomes chamado depois da morte do herdeiro, como ſe vè fol. 57. ficou eſſa vocaçaõ condicional por ſer referida a dia incerto, qual he o da morte do herdeiro, e ſenaõ adquerio por ella ao dito Antonio Gomes da Matta dominio, ou direito algum actual nos ditos bens, porque as diſpoſições condicionaes em ultimas vontades aſſim ſuſpendem o effeito, que atè o complemento, e exiſtencias das condições, nada obraõ: razaõ, pela qual ao dito Antonio Gomes da Matta ſenaõ podia em vida do herdeiro adquerir dominio, nem poſſe; como tambem porque o teſtador fol. 59. diz, que por morte do herdeiro chama, &c. a qual palavra (chamo) ſenaõ póde verificar no uſofruto, nem a elle referirſe, porque eſte ſe logo ao dito Antonio Gomes ſe adquerira a propriedade, tanto que o herdeiro morreſſe pelo meniſterio de direito, ſe conſolidava com propriedade, e eſſa vocaçaõ feita pelo teſtador ficaria ſuperflua, e eſcuſada, quanto mais, que ſendo a inſtituiçaõ de herdeiro titulo tranſ-

translativo do dominio ſeguindo ſe a addiçaõ, e ſendo a clauſula (que comeria os rendimentos) ſubſequente à inſtituiçaõ, ſenaõ podia entender deixado ſó o uſofruto, mas tambem a propriedade, da qual o teſtador na inſtituiçao de herdeiro primeiro diſpoz, o que mais claramente ſe deixa ver na clauſula da prohibiçaõ de alheaçaõ, a qual naõ convem ao uſofrutuario, que conforme a direito, naõ póde alhear, nem vender, porque ſó póde gozar o uſo, e fruto ficando ſalva a couſa, em que ſe conſtituyo ao ſenhor, do que tudo ſe ſegue, que o dito Duarte Gomes ſoy o primeiro adminiſtrador, e poſſuidor do morgado, e havendo caducado a vocaçaõ de Antonio Gomes da Matta, como tambem caducariaõ as mais, que nella ſe incluiſſem, e della dependeſſem por ſer como dito he condicional, e reſpeitar, naõ individualmente à peſſoa do dito Antonio Gomes, mas à ſucceſſaõ, termos em que todas as vocações ſeguintes caducaõ com a primeira, por haver fallecido em vida do herdeiro primeiro adminiſtrador, ſe ſegue que a proximidade para a ſucceſſaõ ſe hade medir, e computar da peſſoa de Duarte Gomes da Matta. E ainda quando ſe podeſſe negar, que o dito Duarte Gomes fora poſſuidor, naõ o ſendo como fica dito o dito Antonio Gomes, ſe havia de buſcar a proximidade como inſtituidor, deferindo ſe o morgado a Luiz Gomes da Matta pay do ſupplicante por ſer mais chegado em grào, e melhor na qualidade da baronia, pois era filho de Joaõ Gomes irmaõ do inſtituidor, e o ſupplicado neto de huma irmãa, àlem do que pela vontade conjecturada do inſtituidor conſta querer elle que chegando o dito Antonio Gomes a entrar neſte morgado, e fallecendo ſem deſcendencia, ſuccedeſſem nelle os filhos de Luiz Gomes da Matta, pay do ſupplicante, porque na inſtituiçaõ do morgado, em que havia de entrar Antonio Pereira de Lacerda em falta de deſcendencia deſte chamou aos filhos de Luiz Gomes da Matta, e na inſtituiçaõ de morgado da contenda, manda que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo, que mandou àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamou ao dito Antonio Pereira, a qual clauſula (pela meſma ordem, e modo) quer o ſupplicado entender ſe refere ſómente por ſemelhança ao modo, e condições de ſuceder, e às qualidades dos ſucceſſores, e naõ por identidade aos que para a ſucceſſaõ do dito morgado de Antonio Pereira foraõ chamados, o que nos termos preſentes ſenaõ póde ſuſtentar; porque eſtando em contrario a regra de direito, que diz, que o referido ſe comprehende no referente com todas ſuas qualidades, neſte caſo, naõ ſó ſenaõ acha eſta regra limitada, mas antes as conjecturas da vontade do inſtituidor, que he a que rege a intelligencia da ſua diſpoſiçaõ, mais, que perſuadem, convencem, que elle quiz, que no caſo em que falleceſſe a ſucceſſaõ do dito Antonio Gomes, ſuccedeſſem neſte morgado os filhos de Luiz Gomes, tanto por ſerem eſtes (quando do inſtituidor naõ ficaſſe poſteridade) os ſucceſſores da caſa de ſeu pay do inſtituidor, e ſua, a qual como fundamento de ſua memoria preſume o direito nos inſtituidores mayor afeiçaõ, que ſenaõ deve entender taõ ardente no inſtituidor a deſcendencia de ſua irmãa por ſenaõ conſervar neſta civelmente a familia do pay do dito inſtituidor, e ſua, quanto, porque havendo o inſtituidor, aſſim na inſtituiçaõ de morgado de ſeu pay, como na do morgado de Antonio Pereira chamado em ſegundo lugar aos filhos de Luiz Gomes da Matta, ſe preſume que o meſmo

mo quiz no da contenda, o que mais ſe corrobora. Com que naõ he de preſumir, que o teſtador ſe eſqueceſſe do que no meſmo teſtamento havia diſpoſto, e havendo inſtituido outro morgado differente dos tres no juro de Lamego, e caſas de Elvas, do qual fez primeiro poſſuidor ao dito Antonio Gomes ſeu ſobrinho, e em falta de ſua deſcendencia chamou ao ſupplicado ſe aſſim quizera que fora no morgado da contenda fizera relaçaõ ao dito morgado do juro, e naõ ao primeiro, para cuja ſucceſſaõ chamava os filhos do dito Luiz Gomes, nem obſtara o conſiderarſe, que o teſtador na inſtituiçaõ do morgado da contenda fol. 59. diga, que nelle ſucceda pela meſma ordem, &c. e naõ diſſe ſucceda, e parece, que aquella relaçaõ ſe determinou ſó á peſſoa do dito Antonio Gomes, porque iſto ſenaõ pode ſuſtentar, nem ſofrem eſta intelligencia as palavras do teſtador ibi: (ordem) que ſenaõ pode verificar em huma ſó peſſoa, pois, ordem, naõ he outra couſa, que huma ſerie continuada de peſſoas, ou couſas, e entendendo-ſe taõ reſtrictamente, nem as peſſoas deſcendentes do dito Antonio Gomes poderia applicarſe (e a palavra modo) reſpeitando condiçõeſ, e qualidades dos ſucceſſores naõ he applicavel á peſſoa do dito Antonio Gomes, a quem o inſtituidor perfeitamente conhecia, e naõ era neceſſario calificallo por relaçaõ a outras peſſoas: pelo que tudo condemnaõ ao ſupplicado abra maõ do morgado da contenda, e o reſtitua ao ſupplicante, e os frutos, que do ſupplicante cobrou por virtude da ſentença revogada, como tambem os que cobrou deſde alide conteſtada atè o tempo da dita ſentença das fazendas pertencentes a eſte morgado, que ſe liquidaraõ na execuçaõ, e nas cuſtas deſtes autos, e mandaõ que ao ſupplicante ſe torne a caução depoſitada. Lisboa, 17. de Março de 687.

Pereira. Lacerda. Baracho Sampayo. Vieira. Motta. Doutor Moya.

Hæc ſententia fundata fuit indeliberationibus ſequentibus.

Pendet propoſitæ ſupplicationis virtus ab interpetratione ultimi elogii, quo é vivis migravit Antonius; qui quidem poſt elargitam facultatum copiam erga Deum, ſuis providere intendens ex bonorum reſiduo, tres creavit maioratus; cumque ſuper ambiguitate creationis verborum tota fabricata fuiſſet principalis proceſſus moles, ipſamet verba, tranſcribere, ac referre oportet, tanquam fundamentum à quo jus utriuſque partis debet metiri, ita circa primum maioratum ſe habet extrema teſtatoris diſpoſitio, a fol. 59. ibi: *Dos quaes morgados comera o rendimento delles em ſua vida, meu ſobrinho, e herdeiro Duarte Gomes da Matta, e por ſua morte, para hum dos ditos morgados, chamo em primeiro lugar a Antonio Pereira de Lacerda meu ſobrinho, e por morte do dito Antonio Pereira de Lacerda, ſuccederà no dito morgado ſeu filho varaõ de legitimo matrimonio, que for mais velho, e em falta do filho varaõ ſuccedera a ſua filha mais velha de legitimo matrimonio, e neſta fórma correra a ſucceſſaõ do dito morgado por ſua linha direita de todos ſeus deſcendentes: e ſendo caſo, que por morte do dito Antonio Pereira de Lacerda, lhe naõ fiquem filhos, ou filhas de legitimo matrimonio, ou pelo tempo adiante falte a ſua deſcendencia, em tal caſo paſſe logo o dito morgado ao filho varaõ mais velho, ou filha, ou qualquer outro deſcendente por linha direita de legitimo matrimonio de Luiz Gomes da Matta meu ſobrinho, &c.*

Deinceps, poſtquam teſtator ad alteras

alteras vocationes deſcendit, ſecundum inſtituit maioratum ad cujus ſucceſſionem primo loco ſupplicatum invitavit, ſub eodem modo antea declarato; tertiumque illico conſtruxit maioratum, ſuper cujus ſucceſſione nunc agitur, & ſucceſſini ſequens adhibita fuit norma. *E quanto ao outro terteiro morgado chamo em primeiro lugar para ſucceder nelle ao dito Antonio Gomes da Matta meu ſobrinho, que crio em minha caſa, e neſte morgado mando, que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo, que atraz mandey àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamey ao dito Antonio Pereira de Lacerda.* Et illico addidit teſtator. *E neſtes tres morgados, mando que ſe guardem as meſmas clauſulas, e condiçõens, que mandey, e declarey na inſtituiçaõ do morgado, que fiz de minha fazenda para andar unido, e annexado ao morgado, que inſtituyo o ſenhor Luiz Gomes da Matta meu pay, que Deos tem naquillo, que as ditas clauſulas, e condiçõens ſe poderem applicar a eſtes tres morgados.*

Hujuſque teſtatoris verba, & nemini plena conſideratione proceſſum, & hypotheſim recordanti erit ignotum, totamque dubitationis vim poſitam eſſe in ultimis verbis in tertio maioratu tranſcriptis ibi: *Mando, que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo que atraz mandey, àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamey ao dito Antonio Pereira de Lacerda*, nam ſi talia verba ut potè relativa, generalem, & abſolutam importent relationem, quæ intra ſe non tantum ſucceſſionis ordinem, ſed vocationem perſonarum comprehendat, clara eſt ſupplicantis juſtitia; cum in ejus favorem adſit expreſſa vocatio ſecundo loco, in primo relato maioratu aperte tradita filiis deficientibus, ſi tum talia verba reſtrictè ſint accipienda, ita ut præter ſucceſſionis ordinem inter deſcendentes præſcripta, eorum virtus non debeat extendi, tunc erit melior ſupplicati conditio, victoriamque juſte aſſequens, tutus proximitatis jure, quod ei fuit delatum obitu, abſque prole, præmortui fratris Antonii ad ſucceſſionem invitati, ac ideo cum à vero verborum, quæ ſupra tranſcripſimus intellectu, pendeat tantum adſtricti nodi ſolutio; exiſtimo dictos, & ægregios patronos, magis exercendi ingenii cauſa, quam litis derimendæ ſtudio, varias propoſuiſſe quæſtiones, quæ niſi mea me falit opinio ad præſentem inſpectionem inepte diſcutiuntur, ut tamen laborem reculare non videat, aliquas intactas non dimitam, & poſt brevem quantum patuero earum agitationem ad votum meum revertar exponens, & diſquirens, cui nam fuiſſet quæſitum hujus maioratus dominium obitu inſtituentis, an ſcilicét hæredi ſcripto, vel primo nominato, & eo ſine filiis decedente cui fuiſſet delatum ſucceſſionis jus, Actori ſcilicet, vel proximiori conſanguineo, Reo ve, & ſupplicanti, ut expreſſé vocato in filiorum defectum.

Primò inſurgit doctus ſupplicantis patronus a fol. 8. in medium, proferens Antonio primo vocato maioratum de quo agimus ſubconditione fuiſſe relictum, ſcilicet poſt mortem ſcripti hæredis Eduardi ea nixus ſatis vulgari legum ſanctione, quod quando legatum, vel fideicommiſſum poſt 70
mortem hæredis á teſtatore relinquitur, tunc ſub conditione relictum cenſetur, *ex L. 4. ff. quando dies legati cedat*, nam cum incertitudo diei mortis inhæreat, hæc pro conditione reputatur, *L. dies incertus ff. conditionib. & demonſtrat. Velaſc. conſ.* 139. *n.* 13. 2. *tom.* & hic ſubtile deducit argumentum, quod cum Anto-

nius præmortuus fuisset Eduardo, nullum quæsivit jus, quod in supplicatum ejus fratrem transmitteret, quinimò defecta conditione, & caduca vocatione supplicatus excludi debet, quia cum successionis jus in ejus fratrem non fuisset delatum, in
71 ipsum supplicatum, non poterat esse transmissum, *ex L. unic §. sin autem subconditioue cod. cad. tollend. Fachin. contr. jur. lib. 5 cap. 56. Gail. practic. lib 2. obs. 132. per totum Præceptor Cunha in privat. schol. ad tit. cod. de condit. & demonstrat. n 4. Ægyd in L. ex hoc jure 2. p. cap. 11. convenient. 5. n. 1. & convenient. 7. à princip.*

72 Fatemur legatum, vel fideicommissum conditionale non transmitti ad hæredes fideicommissarii, si ante conditionis eventum ipse fideicommissarius decedat juxta tradita ab Ægyd. supra citato ratio est, quia testator inactu legandi ipsi tantum le-
73 gatario, & non ejus hæredibus prospicit, & in super, quia ante conditionis existentiam nullum datur obligationis principium, quod transmittatur, neque dicitur, ejus diem cedere, *ex L. si post diem 5 §. subconditione, ff. quando dies legat. cedat Peres ad tit. cod. quando dies legat. ced. n. 2. Peregrin. de fideicom. art. 31. á n. 21. Donel. lib. 8. coment. cap. 28. vers. quæ verò, & ibi Vzuald.* multos citans *lit. Q.* at evidens est, quod nostra institutio non particulari subconditione tantùm relicta, vel circa vulgarem substitutionem á testatore post mortem hæredis facta, ut possit supra dicta locum sibi vendicare: Sumus enim in maioratu puré creato in quo expressè primus fuit illico vocatus Antonius à testatore relicto tantum bonorum usufructu hæredi scripto, ut ejus commodo in vita sua potiretur ac ideò ipsimet Antonio vocato statim jus fuit quæsitum, & omnibus quibus iuxta institutionis normam successio obvenere
74 posset, ea enim est maioratuum natura, ut non tantum primo vocato, sed omnibus successoribus descendentibus, vel transversalibus statim jus quæratur, tanquam intellectualiter sub ejus persona comprehensis, cum multis exornat *Pereir. decis. 25. n. 11. Molin. de primog. lib. 1. cap 6. n. 43. & cap. 4. n. 33. 37 & 38. & lib. 4. cap. 2. n. 75. Valasc. 2. tom cons. 194 n. 7. Barb. 2. p. legis divortio in princip n. 12. idem Valasc. de part. cap. 30. n. 25.*

Neque dubitari potest, tale jus illico in ipsomet Antonio, (mortuo testatore) fuisse radicatum, & maioratus dominium constitutum, hoc enim in pendenti esse non poterat juxta vulgares traditiones; neque hæredi, cui simplex ususfructus bonorum fuit relictus acquiri, eo maximè cum ipsemet Antonius illico fuisset ad successionem à testatore invitatus, ut legitur in institutione supra scripta, ac ideó frustra existimo dictum patronum perfatam quæstionem agitasse, cum extra ejus terminos versemur, & in institutione maioratus, de qua agimus nulla detur opposita conditio, neque in isto juris transmissi detur successio, quisquis enim ex propria persona juxta instituentis mentem, aut legis sanctionem successionem ingredi debet, ut multis exornat *Pereir. decis. 25. n. 9. videndus Castil. contr. lib 3. cap. 15. n. 44. & 45.* quibus rem plenissime per tractat *Valasc. 2. tom. cons. 122. n. 20. & 21.* ubi contra *Barc. in L. is potest ff. de acquir. hæredit. n. 18.* defendit neque in potentia succedendi jus dat transmissionis; ac ideò successor non ultimo possessori, sed instituenti succedit, *L. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar. Gam. decis. 307. n. 14. Reynos. obs. 26. n. 13. Cov. pract. cap. 38. n. 5.*

Ita

Ita ſimiliter fruſtra in favorem ſupplicantis meo videri proponit ſubtilis ejus patronus, Eduardum tam in uſufructu, quam in proprietate bonorum fuiſſe inſtitutum, ei dato ſubſtituto Antonio, ac idcò eo præmortuo, & effecta ejus vocatione caduca ante jusis acquiſitionem, id eſt ante Eduardi extremum diem bona penes ipſum remanſiſſe, & quod ab eo ſucceſſio eſt deferenda, & ſupplicanti, ut proximioti conſanguineo obventura: Quanvis enim in vulgaribus ſubſtitutionibus ardua ſit controverſia, tamen teſtator minimé Eduardo Antonium in maioratus ſucceſſione ſubſtituit ipſummet Antonium expreſſe illico vocavit, relicto tantum Eduardo uſumfructum, ut ſæpe ſæpius expreſſit, & ex illa vocatione omnibus quibus juxta legis, aut teſtatoris diſpoſitionem ſucceſſio erat obventura, ſtatim jus fuit quæſitum; ea enim eſt maioratus vis, ac virtus propter perpetuitatis naturam, *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 13. & 37.

Nec urget, quod ipſemet Antonius poſſeſſionem non preoccuparet è vivis ante Eduardum ereptus, eo namque, quod fuit A. vocatus, ſtatim jus certum ac immutabile quæſivit, cujus commodum quanvis in vita Eduardi fuiſſet ſuſpenſum reſpectu uſustructus ſibi relicti, non ideo tantum ipſo Antonio prius deficiente poterat extingui, ſed ſequentes ſucceſſores debebant admitti optimè *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 37. & 38.

Similiter dici non poteſt ſucceſſionem hujus maioratus ſupplicanti tanquam proximiori Eduardi conſanguineo deferri, hoc enim aperté repugnat inſtitutoris menti, qui ipſum
75 Eduardum ad ſucceſſionem maioratus minime vocavit, & cum in maioratibus ſemper inſtituentium voluntas ſit attendenda, & tanquam lex ſit ſervanda ex noſtra *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. *§.* 3. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *n. ult. Cald. conſ.* 15. *n.* 13. contra voluntatem inſtituentis deferretur ſucceſſio ſibi ab Eduardo ad maioratus ſucceſſionem, haut vocato ordinem ſument.

His præhabitis, jam evidenter apparet hujus maioratus dominium Antonio primo vocato illico tuiſſe quæſitum, teſtator enim nulla interjecta conditione ipſum ad ſucceſſionem invitavit, ut cernitur ex tranſcripta clauſula ibi: *E quanto ao terceiro morgado chamo em primeiro lugar para ſucceder nelle*, & paulo infra, *e neſte morgado mando, que ſucceda*, quæ verba cum de præſenti fuiſſent prolata, ipſi Antonio dominium illico quæſitum fuit, præſertim cum maioratus per ultimam voluntatem ſit inſtitutus, in quo nec 76 per momentum dominium in pendenti eſſe poteſt, ſed illico ſucceſſori quæritur *Molin de primog. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 6. & *lib.* 1. *cap.* 19 *num.* 10. *Thæb. deciſ.* 171. *n.* 22. *Barb. in L. divortio* 2. *p. in princip. n.* 9. *ff. ſolut. Valaſc.* 2. *tom. conſ.* 194. *n.* 3. & 5.

Neque obſtat, quod ipſi Antonio illico non fuiſſet facta traditio, ſine qua dominium non acquiritur *ex §. per traditionem inſtit. de rer. diviſion.* nam cum ex vocatione pure facta, & ex teſtatoris diſpoſitione jus ſtatim fuiſſet quæſitum, ſine traditione bene poterat dominium ipſemet Antonius conſequi, quin præcederet traditio, quæ aliquoties non requiritur, *ex L. qua ratione* 9. *§. interdictum ff. de acquir. rer. domin.*

Neque ſimiliter objici poteſt, quod cum Eduardus univerſalis hæres à teſtatore fuiſſet ſcriptus, non tantum bonorum uſusfructus, ſed & proprietas ei debet relicta cenſeri, quia reſpondetur, ita verum eſſe in-

hæreditatis

hæreditatis quota, quam testator ei reliquit, ut post mortem suam de ea possit testari, non verò in bonorum residuo, ex quibus maioratus fuere creati, ad quorum successionem illico testator successores vocavit, quibus statim dominium fuit quæsitum, & licet talium bonorum alienatio ipsi Eduardo fuisset interdicta, non ideò tantum valet ipsi bonorum proprietas, si fuisset à testatore relicta, talis enim alienationis prohibitio ex natura rei, idest excreatione maioratuum veniebat, ut cum multis tenet *Castil. de usufr. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 33. 34. 35. & 36. ac ideo quanvis respectu Eduardi fuisset à testatore expressa, indé tamen dici non potest, quod testator voluit, ipsum in bonorum proprietate hæredum instituere, præsertim cum ipsemet testator declaret, semel atque iterum, quod fructuum tantum commodo poteretur.

Quare cum pro comperto sit, Antonio dominium hujus maioratus illico fuisse quæsitum, & talem maioratum Eduardum nullo modo fuisse vocatum à testatore, ad nostram secundam disceptationem, cui solum maioratus iste obitu Antonii pertineret, devenire fas est.

Contendit supplicatus, sibi pertinere tum ex dispositione legis, tum ex mente testatoris, ex dispositione legis ipse enim obitu Antonii ut ejus frater proximior extitit consanguineus, & ut talis successio ei deferri debet, *ex Ord lib.* 4. *tit.* 100. §. 2.

Ex mente testatoris, ipse enim jussit, quod servarent clausulæ, quas expresserat, & prescripserat in alio maioratu, quem alteri patris sui jusserat adnectere, in quo quidem expresse invitatur frater ut legitur fol. 85. ac ideo cum se referret ad illius maioratus clausulas, in quibus invenitur fratris vocatio, hujus vocationis virtute se proferendum esse contendit.

Amplius succedere tentat supplicatus, non tantum ex vocatione fratris in maioratu relato facta, sed ex vocatione expressa in ista institutione sibi permissa, ibi nanque cum testator vinculum imponeret in summa ducentorum mille teruntiorum in Lameccensi quæstura sibi pertinente, & in ædibus in Elvensi civitate constructis, & vocaret ad successionem præmortuum Antonium, eo sine prole decedente, supplicatum expresse invitavit ut cernitur fol. 45. ibi vers. *Declaro, que eu tenho comigo hum neto de minha irmãa, &c. e pelo dito menino se chamar Antonio Gomes da Matta, que he o meu nome, e pela affeiçaõ, que lhe tenho, &c. lhe deixo duzentos mil reis de juro, que tenho no Almoxarifado de Lamego: e assim mais lhe deixo humas casas, e assim os duzentos mil reis de juro, como tambem as ditas casas ficaràõ vinculadas em morgado para succeder nelle pelo modo, que o direito manda succeder nos morgados nos casos em que faltar a disposiçaõ, e ordem de succeder, que eu aqui dou.* Et paulo infra. *E sendo caso que o dito Antonio Gomes da Matta meu sobrinho falleça sem filhos, nem descendentes legitimos poderà testar por sua alma, ou dispor como lhe parecer livremente de cem mil reis de juro do dito padraõ, e os outros cem mil reis de juro, e as ditas casas ficaràõ sómente vinculadas ao morgado ao dito Andrè de Azevedo, e a seus descendentes.*

Accedit in supplicati favorem, quod prædicta summa ducentorum mille teruntiorum inclusa fuit ex dispositione testatoris in maioratu super quo contenditur, ut legitur fol. 65. ibi vers. *E declaro, que estes duzentos mil reis de juro, que lhe dei-*

xo no Almoxarifado ha de receber por conta da terça parte do remanecente, que lhe deixo em morgado; cumque ſupplicatus ad ſucceſſionem deventorum mille teruntiorum fuiſſet proprio nomine invitatus, & iſti ſint pars tertii maioratus, de quo agimus, ideo ſibi propria vocatione, & ex teſtatoris mente pertinare contendit.

Itidem altera non minus urgenti clauſula nititur ſupplicatus, quæ teſtator expreſſe proximiorem conſanguineum ad ſucceſſionem vocavit ut legitur fol. 74. ibi: *Item declaro, que ſe algum ſucceſſor dos morgados, que inſtituhio cometer crime de leſa Mageſtade, divina, ou humana dous dias antes de cometer os taes delictos lhe hey por tirada a ſucceſſaõ dos taes morgados, e ficarà ſuccedendo o parente mais chegado, a que podia pertencer a dita ſucceſſaõ.*

Ecce quomodo teſtator regularem ſucceſſioni præbuit ordinem, & proximiorem conſanguineum invitavit, utque talem ſucceſſurum eſſe contendit ſupplicatus.

His fundamentis intentionem ſuam corroboravit ſupplicatus in proceſſu appenſo, & nunc ſupplicationis vim tentat evadere: Ego vero mature, & quæ potui lenta conſideratione hypotheſim, & proceſſum ſcrutans, ab alteris pendere litis diviſionem pro comperto habeo, totum dubitationis pondus mihi ſeſe offert in verborum contextu, quibus adhibita fuit tertio maioratui de quo agimus ſucceſſionis norma, juſſit teſtator quod in tali maioratu juxta ordinem, & formam in primo tranſcriptam ſuccederet Antonius primo loco, cum ad ſucceſſionem invitans ut legitur fol. ibi: *Para eſte morgado chamo em primeiro lugar a Antonio Gomes da Matta meu ſobrinho, que crio em minha caſa, e neſte morgado mando, que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo que atraz mandey àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamey ao dito Antonio Pereira de Lacerda.*

An hæc verba reſtricté ſint accipienda, ita ut ſucceſſionis ordinem inter deſcendentes Antonii tantum importent ad ſimilitudinem alterius maioratus, vel plenam relationem demonſtrent, intra quam ex mente teſtatoris vocationes in primo maioratu factæ contineantur, tota dubitationis vis eſt; utque me expedire valeam, animadvertere oportet, quod ſi ex diſpoſitione conſtet teſtatorem non tantum ſecundum ſimilitudinem, ſed ſecundum veritatem diſponere voluiſſe, id eſt non tantum ſimilem ſucceſſionis ordinem, ſed vocationum identitatem comprehendere, tunc abſque dubio laté, & non ſtrictè accipitur relatio, & in effectu operabitur quoad ipſaſmet perſonas ſubſtitutas, ut cum *Pereg. tenet. Caſſan. conſ. 56. n. 15.* quanvis enim ex natura ſua verba relativa (ſub eodem modo, & forma) ſimilitudinem tantum inducant, ſi tamen identitas ex mente diſponentis conſiderari valeat, hæc prævalere debet ut potiſſima in maioratuum ſucceſſione, ubi pro lege habetur teſtatoris voluntas, ut ſatis comprobatum manet.

Quod autem in præſenti non tantum ſimilitudinem reſtrictam quoad ordinem ſucceſſionis, ſed identitatem, quoad vocationes, continere debeant prædicta verba ex aperta conjecturata teſtatoris mente exiſtimo, & moveor, primo.

Sumus in creatione trium maioratuum ſub eodem teſtandi actu, & ab eodem teſtatore confecta, & vidimus teſtatorem in primo maioratu poſt ſucceſſionis ordinem deſcendentibus Antonii Pereira præſtitam, ſecundam, & de inceps cæteras vocationes

tiones feciſſe, & illico nulla intermiſſa mora, dempta tantum prima perſona, vel ut melius dicam altera in ejus locum ſubrogata, in ſecundo maioratu eandem adhebuiſſe ſucceſſionis normam, quam iterum ſub eodem themate adhuc retento in tertio maioratu, de quo agimus repetit, quomodo ergo intelligere poſſumus ſecundam, & tertiam ſucceſſionis ordinem fuiſſe reſtrictam, & ſimilitudinem tantum importare quoad deſcendentes primo vocatos, non veras ſubſtitutiones factas comprehendere identice in eorum defectum me certe huc cunctanter tradit mens mea, & alio deviare non audeo.

Confirmatur (ni falor) hujuſmodi infalibilis verborum ſenſus, & aperte traditur mens teſtatoris, quia ex ipſorum verborum contextu, ac expreſſione cernitur teſtatorem in ſecundo, & tertio maioratibus vocationes facere voluiſſe, dixit enim. *Para eſte morgado chamo em primeiro lugar*, & qui primum deſignat locum, alterum ſecundo admittit, reſpicit *ex §. in teſtator inſt. de hæred quæ ab inteſt. L. 2. in princip. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſione*: Quis ergo ſecundo loco vocatus poſt primum debet cenſeri deficiente Antonii prole, niſi qui antea fuerat vocatus ad ſucceſſionem primi maioratus juxta cujus ordinem, & formam ſucceſſio fuit præſcripta.

Detergitur ſecundo teſtatoris eam fuiſſe mentem, vocationes ſcilicet ſub eodem ordine, & forma comprehendere ex tranſcripta clauſula ſupta: *Declaro, que eu tenho comigo hum neto*, & ibi nanque teſtator ordinem ſuccedendi ad vocationes retulit, quod negari non poteſt, ut legitur in fine, *nos caſos em que faltar a diſpoſiçaõ, e ordem de ſucceder, que eu aqui dou*: cum ergo ex aperta teſtatoris voluntate, ſucceſſionis ordo vocationes hic cur comprehenderet, cur diverſe dicendum eſt.

Confirmetur tertiò, verus verborum ſenſus, quod ſcilicet factas vocationes comprehendat, quia teſtator in poſteriori diſpoſitione, qua juſſit ſervari clauſulas alterius maioratus adnecti, ſtatim addidit, quod illæ ſervarentur dum potuiſſent, tribus maioratibus applicari ibi: *Naquillo, que as ditas clauſulas ſe poderem applicar a eſtes tres morgados*: ergo evidens ſignum eſt, quod iſti tres maioratus ſub eodem ordine, & forma ſunt creati, non tantum, quoad ſucceſſionis ordinem, ſed etiam quoad vocationes, & ſubſtitutiones per relationem expreſſas, aliter enim teſtator repugnantiam clauſularum illius maioratus antea creati, primo tantum nunc inſtituto applicaret, & nanquam omnes comprehenderet, cumque ipſos nominatim exprimeret ibi, *a eſtes tres morgados*: ſatis colligitur ex ipſius mente in omnibus vocationes feciſſe, & has juxta ordinem, & formam in primo traditam eſſe ſervandas, aliter non percipio, quomodo facienda ſit devinatoria reſtrictio in illis verbis, tam quoad ſucceſſionem, quam quoad vocationes in eodem actu expreſſas: & moveor ſecundò, quia illa teſtatoris diſpoſitio ſæpe ſæpius repetita, *mando, que ſuccedaõ*, continet in ſe generalem, & abſolutam diſpoſitionem per relationem factam, quæ ut talis recipi debet ſecundum verborum proprietatem, *ex L. non aliter ff. de legat. 3.* ac ideo reſtringi non debet, nec intra limites ſucceſſionis formæ coanguſtari, quinimo ad vocationes extendi, eo maxime, cum ea ſit abſolutæ relationis virtus, ut omnia in referente contenta, expreſſa, & repetita cenſeantur, *L. ait Prætor §. 1. ff. de re judicat. L. 7. § fin. ff. de contrab. empt. Molin. lib. 3. cap. 7. n. 11.* Mo- 77

veor

veor tertio ad generalem relationis comprehenſionem, quia relatio non tantum ad perſonam Antonii Pereira in primo maioratu vocati invenitur à teſtatore facta, ſed ſimul reſpectu ipſiuſmet maioratus ibi: *E neſte margado mando, que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo, que atraz mandey àcerca do morgado*, unde clare illicitur perſonalem non eſſe tantum relationem reſpectu perſonæ Antonii, ſed realem reſpectu ipſiuſmet maioratus, & ideo non eſt ad ipſius Antonii deſcendentes reſtringenda ſimilitudinariè, ſed realiter facta intelligi debet quoad vocationes.

His ſic præhabitis dicendum exiſtimo relationis vim, ac virtutem non eſſe à teſtatore expreſſam reſpectu tantum perſonarum ſucceſſionis, ſed reſpectu vocationum, in quibus ſuccedit ſupplicans indefectum filiorum primi vocati, excluſis tranſverſalibus, & intrium maioratuum creatione eam exiſtimo fuiſſe inſtituentis mentem, quod ſi deficerent, proles primó vocatorum, tales maioratus annectarentur principali maioratui, quem in Ludovico conſtituerat, & ejus deſcendentibus.

Nec me in contrarium movent fundamenta, quibus ſupplicati patronus proponit fol. 116. relationem quoad perſonas tantum eſſe reſtringendam, & non quo ad caſus, & vocationes; diverſiſſima nanque (meo videri) datur ratio, quando relatio fit de una, ad alteram inſtitutionem in diverſis teſtamentis, & à diverſis teſtatoribus tunc enim, ſi deficerent conjecturæ, aut præſumptiones, poterit tantum conſiderari ſimilitudo, ut in præſenti, ubi idem teſtator in eodem teſtandi actu ſub eodem themate relationem fuit per diſpoſitionem abſolutam, non bene applicantur DD. ſententiæ in diverſis terminis productæ, adeſt enim conjectura, vel quaſi aperta teſtatoris voluntas, quæ demonſtrat identice fuiſſe factam relationem, & vocationes comprehendere.

Neque concludit, quod relationis vis eo modo concepta (*pela meſma ordem, e fórma*) frequentius ſimilitudinarie accipi ſoleat, ut longa diſſertatione, firmat *Caſſanat. conſ.* 47. & 56. quo latis nititur ſupplicati patronus; adeſt nanque in præſenti conjecturata teſtatoris mens, quæ identitatem ſuadet.

Neque etiam ſupplicati fulcitur juſtitia fundamentis ſupra ſcriptis, & ex diverſis teſtamenti clauſulis deſumptis, ex quibus propria vocatione, & ex mente teſtaroris ſupplicatus tentat admitti: nam ad primum, dum continet, quod teſtator ſervari juſſerat clauſulas in adnecto maioratu præſcriptas, in quibus invitatur ultimi poſſeſſoris frater, reſpondetur ipſummet teſtatorem voluntatem ſuam declaraſſe, addens, quod tales clauſulæ ſervarentur dum applicari potuiſſent, fratris tunc trium maioratuum inſtitutionibus, & cum in iſtis detur vocatio ſupplicantis per abſolutam relationem expreſſe non obeſt, neque applicari valet illa clauſula qua admittitur frater, & nititur ſupplicatus, immo rejecta debet cenſeri.

Neque ſecundò juvari debet ſupplicatus illa particulari vocatione reſpectu maioratus in ſumma ducentorum mille teruntiorum, & in ædibus Elvenſis conſtituti facta quanvis enim ibi in defectum filiorum Antonii fuiſſet vocatus, inde tamen dici non poteſt, quod in maioratu, de quo agimus virtute talis vocationis ſuccedere valeat, aperté nanque conſtat illum maioratum ducentorum mille teruntiorum eſſe diverſum, & ſeparatim conſtitutum, & ab iſto non

dependere, qua ratione eodem jure non debet succeſſio in uno, & altero regulari, illo nanque altera dentur ſubſtitutiones, quæ huic minimé poſſunt convenire, nec adaptari, & dantur cæteræ differentiæ, quas ægregie expendit doctus ſupplicantis patronus, propter quas nihil in favorem ſupplicati operatur oppoſita vocatio, quæ ex ſuo tantum ſpeciali caſu eſt ſervanda.

Utique non bene augetur difficultas, altera in favorem ſupplicati conſiderata teſtatoris diſpoſitione, quod ſimiliter prædicta ducentorum mille teruntiorum ſumma incluſa fuiſſet in tertia bonorum parte, ex qua maioratus de quo agimus fuit conſtitutus, indenanque affirmari non poteſt teſtatorem voluiſſe talem maioratum, ſuper quo contenditur alterius clauſulis, & ſubſtitutionibus ſubjici, ſed apertè demonſtratur teſtatoris tantum fuiſſe mentem, quod Antonius minus illam ſummam ducentorum mille teruntiorum accipere in tertia bonorum parte vinculata, non ut tales ducenti mille teruntii pars fuiſſent hujus maioratus, immò ut ab ipſo detraherentur, ac ideo properam in favorem ſupplicati, retorquetur inſtitutoris mens, qui clare elicitur ex ſeparatione vinculorū, & maioratuum, quorum quiſquis ex diverſis clauſulis ſuo ordine regi debet.

Ultimò non urget contra ſupplicantem illa poſtrema clauſula, qua nitutur ſupplicatus fol. 74. in proceſſu, ubi teſtator deteſtabili divinæ, aut humanæ Majeſtatis crimine commiſſo proximiorem conſanguineorū invitavit ad ſucceſſionem, quanvis enim clauſula iſta multum faveat ſupplicati intentioni, tamen cum teſtator de illo ſpeciali caſu loqueretur, non eſt præſumendum, neque credi poteſt, quod ſubſtitutiones, & vocationes antea in tribus maioratibus factas evertere voluiſſet, ſed tantummodo providere intendit illo comiſſi crimini ſpeciali eventui, ut bona confiſcationem evaderent, & cum ibi prædictæ vocationes non fuiſſent expreſſe reformatæ, in ſuo eſſe permanſere; diſpoſitio nanque præcedens 78
expreſſa per verba ſequentia, non reformatur, niſi de illa fiat ſpecialis mentio, ut per optimum *text. in L. alumnæ §. qui filias ff. de adimend. legat.* ibi reſpondi non à tota voluntate receſſiſſe, ſed ab his tantum rebus, quas reformaſſet tenet *Caſtil. contr. lib. 3. cap. 15. n. 28.* aliter ſupponamus quod prædictus Antonius Pereira ad primum maioratum vocatus ipſius poſſeſſionem ingreſſus, crimen ſine prole commiſit, ita debemus dicere vocationem indefectum filiorum factam ceſſare virtute prædictæ clauſulæ? minime gentium cum ſit expreſſè à teſtatore facta, & non inveniatur expreſſé reformata: igitur ſimili modo in noſtro caſu, cum relatio identice accepi debeat, & vocationes comprehendat, dici non poteſt, quod virtute hujus clauſulæ everſa fuit vocatio, invitato proximiori in omni eventu.

Sic diſtructis ſupplicati fundamentis clara elucet ſupplicantis juſtitia, cumque Antonio dominium maioratus ſtatim fuiſſet quæſitum, & ſupplicans abſolutæ relationis virtute, & identive factæ in filiorum defectum ſit vocatus à teſtatore ad ipſum maioratum ſpectare pro comperto habeo, & ſententiam ut pote injuſtam reviſione dignam judico. Ulyſſipone 24. Septembris 1677.

Pinheiro.

Licet Sapientiſſim. Dominus ſupra deliberans eruditiſſimé controverſiam hanc diſcutiat, ac decidat, & à doctiſſimis juris profeſſoribus præſtita ſint reſponſa diſſertiſſima, & quorū ſtudio, & labo-

labore ampliſſimæ juris allegationes hic, & in proceſſu deductæ inveniantur, in quibus latiſſimé, & ingeniosé pro utraque parte diſceptatum ſit, adeo ut vis aliquid excogitari poſſit, quod in ſubſtantia non ſit præmeditatum, tamen, ut quid ſentiam apariam, ſi nova non adinveniam, quanvis contra meum inſtitutum repetam pro negotii gravitate, ea quæ mihi aptiora videntur.

Inſtitutor Antonius poſtquam in teſtamento a fol. 26. in proceſſu ampliſſima legata pia, & laudabilia reliquit, quatuor maioratus inſtituiſſe in venio, poſt primum jam antea inſtitutũ a fol. 84. reſervavit uſque ad teſtamentũ facultatẽ mutandi, & emẽdandi, ea quæ ſibi viſa forent in illo primo maioratu, & cõſequẽter quinque inſtituiſſe maioratus oſtenditur.

Primum maioratum de quo a fol. 83. aliis à patre, & fratribus inſtitutis annectere ſtatim voluit ad decus familiæ, & parentum domus ſplendorem, cum delatione nominis, & armorum, & præcipuum hunc eſſe maioratum voluit inſtitutor, ut latè ex ipſius contextura teſtamenti patet.

Secundum maioratum inſtituit in teſtamento a fol. 45. nominato in primo loco Antonio Gomeſio ex ſorore nepote, & deficiente ipſo ſine prole vocavit ad hunc maioratum ſecundo loco ſupplicatum Andream, & tertio loco Dominam Joannam, qua decedente ſine prole extingui maioratum voluit, & bona illius relinquere confraternitati miſericordiæ Elvencis civitatis, ut inter pauperes diſtribuẽrentur ſicut declarat fol. 46.

Reliquos tres maioratus a fol. 59. ex reſiduo bonorum inſtituit, non aſſignatis bonis, nec certa ſumma propter incertitudinem reſidui, fidei hæredis hoc relinquens, & uno contextu forma, ſuccedendi data inter quas perſonas ſucceſſio defcretur declaravit, ſubſtitutionem gradus deſignans dum vocavit Antonium Pereira ſororis filium ad primum horum trium maioratuum, voluitque quod decedente iſto ſine prole, ſupplicans nepos ex fratre ſecundo loco ſuccederet, & ejus proles, tertioque loco ſupplicatum ex ſorore nepotem vocavit, & quarto loco illum Antoniũ Gomeſium nepotem etiam ex ſorore, & fratrem ſupplicati, ad ſecundum horum trium maioratum invitavit ſupplicatum primo loco, & ejus prolem, eodem modo, quo ſuccedendũ erat in primo. Ad tertium denique maioratum vocavit primo loco illum Antonium Gomeſium ſupplicati fratrem, & juſſit, quod ſuccederet etiam ex ipſo ordine, & modo dato in primo horum trium maioratuum.

Tota quæſtio eſt, an ille ordo, modus identicè ſit ſervandus in hoc ultimo maioratu, qui datus fuerat in primo ex tribus, eo quod defecit ſine prole Antonius Gomeſius frater ſupplicati primo loco vocatus ad hunc ultimum maioratum, ita ut ſuccedere debuiſſet ſupplicans, ſicut vocatus, & ſubſtitutus eſt in primo horum trium; an verò ſimilitudinariè tantum circa ordinem ſuccendi inter deſcendentes, non autem ſecundum ſubſtitutiones in primo maioratu deſcriptas, & ita ſupplicatus ſuccedat tanquam frater, & proximior.

Mihi cogitanti ſæpe numero, & inſpicienti ea, quæ adverſus ſupplicantem proponuntur, & ea, quæ pro ipſo teſtatoris verba oſtendunt, firmiter videtur, ſupplicanti fovere juſtitiam, verba nanque teſtatoris in hoc tertio maioratu ibi: *E quanto a outra terceira parte da dita fazenda, que aqui tambem vinculo chamo em primeiro lugar a Antonio Gomes da Matta e Vaſconcellos meu ſobrinho, que crio em minha caſa, e neſte morgado mando, que ſucceda tambem*

pela meſma ordem, e modo, que atraz mandey àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamey ao dito Antonio Pereira de Lacerda.

Manifeſte oſtendunt ordinem, & modum ſuccedendi, qui datus fuerat in primo maioratu pro Antonio Pereira inſtituto ſervandum eſſe, in quo evidenter, ac expreſſis verbis deficiente Antonii Pereira prole vocavit, & ſubſtituit teſtator ſupplicantem, & ſenſus litteralis eſt, ut ſicut deficiente Antonio Pereira, & ejus legitima prole ſucceſſurus erat ſupplicans in primo maioratu, ita in hoc tertio maioratu ſuccedere debuit deficiente ſine prole, ut deficit Antonio Gomeſio, & ut veritas appareat,
79 & eam oſtendere poſſimus, recurrendum eſt ad ſenſum litteralem, ſeu verba legis; ad hoc nanque ſunt verba inventa, ut dicentis voluntatem exprimant, nullumque certius voluntatis reperiri poteſt teſtimonium, quam de ore hominis emiſſa, atque prolata verba *L. labeo 7. verſ. idem Tubero ff. de ſupellect legat.* nec aliud dicuntur homines voluiſſe, quam quod litterarum ſonat figura, quia
80 ſicut facies repræſentatur in ſpeculo, ita loquentis mens, & voluntas verbis certificatur, ut cum aliis probat *Roxas de incompatibil. p. 8. n. 2. 21. 22. & 23.*

Ideo à verbis legis, ſeu eius litte-
81 rali ſenſu non eſt recedendum, dum manifeſte non apparet de mente, ſeu voluntate contraria legislatoris ex vulgari lege non aliter *ff. de legat. 3. Roxas ſupra n. 24. auth. de nupt. §. diſpenat collat. 4.*

Et hic litteralis ſenſus verus, & expreſſus delucidè demonſtratur, quia inſtitutor voluntatem ſuam expreſſit in illis verbis ibi: *Chamo em primeiro lugar a Antonio Gomes da Matta e Vaſconcellos.*

Ubi aperte voluit hos tres maioratus non eſſe regulares, quia in primo ſubſtitutiones, & vocationes fecit tantum, quæ non regularem ordinem demonſtrat, quia ſubſtituit primo loco ſupplicantem, ſecundo loco ſupplicatum, & tertio Antonii Gomes, ideo dixit in hoc tertio maioratu (*chamo em primeiro lugar*) ut ſervaretur ordo ſubſtitutionum datus in primo, aliàs ſuperflua eſſet illa verborum conceptio, ſi enim noluiſſet vocare ſecundo loco ſupplicantem ut prædixerat in primo maioratu ad quem ſe retulit in hoc tertio, *chamo para eſte terceiro morgado a Antonio Gomes da Matta*; dixiſſet, & non) *chamo em primeiro lugar*, & ideo cum primo loco vocaſſet Antonium expreſſit ſecundo loco vocare ſupplicantem, ut prædixerat in primo maioratu, & repetiit in ſecundo, & in hoc tertio, *mando que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo, que atraz mandey àcerca do morgado, para cuja ſucceſſaõ chamey ao dito Antonio Pereira de Lacerda.*

Qui dicit primum, ſupponit ſe- 82
cundum, *ut L. in princip. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.* ſervetur, & qui non habet ſecundum dicitur unicus, *ut L. unic. cod. de mandat Princip. L. unic. cod. de ſenat. conſult.* & multis in locis in jure palam eſt, & in materia ſubſtitutionum, ut hic, primo gradu ſcriptos accipere debemus, qui primo loco ſcripti ſunt, *L. 2. §. defertur ff. bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* quibus, qui ſubſtituuntur, hi ſecundi hæredes id eſt ſecundo gradu, vel ſecundo loco ſcripti vocantur, *gloſ. verbo gradu in L. 1. ff. de vulgar. Caſtill. lib. 3. contr. cap. 15. n. 45.*

Deinde verba relativa, *mando que* 83
ſucceda pela meſma ordem, e modo, que atraz mandey, habent pro ſe regulam, quod relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus *ex L. aſſe toto ff. de hæredib. inſtit. L. ſi*

ita

ita ſcripſero ff condit. & demonſtrat. ubi *Bart.* & communiter DD. per *Pereg. de fideic. art.* 16. *n.* 113. nec contra hanc regulam in præſenti caſu aliqua niſi ſubtilis, & divinatoria datur reſolutiva interpetratio, quia non invenitur aliud, ad quod referantur niſi ad ſubſtitutiones in primo maioratu, ſucceſſio enim, quæ in filios, & filias cujuslibet ſubſtituti, vel vocati diſcripta erat, ſecundum naturam maioratuum, de qua *in Ord. lib* 4. *tit.* 100. non indigebat declaratione ſubſtitutiones autem indigebant declaratione, quia non ſecundum regularem ordinem ſuccedendi voluit teſtator in his tribus maioratibus ſucceſſionem deferendam, ſed deficiente primo vocato voluit vocare, & ſubſtituere ſuppplicantem, ut ſubſtituit, & hæc relatio intelligenda eſt ad caſum in quo maior erat neceſſitas providendi, ut cum *Cravet. Menoch, Boer.* & aliis *Caſſanat. conſ.* 50. *n.* 13. & non eſt intelligenda ad caſum habentem claram diſpoſitionem, & in quo non erat providendi neceſſitas *L cum teſtamento §. fin ff. de hæred. inſtit. L cohæredi §. qui patri ff. vulgari*, ubi *Imol.* & *Alex.* cum multis aliis *Caſſanat. dict. conſ* 50. *n.* 14.

84 Quod confirmatur per argumentum á ſufficienti partium enumeratione, quod validum eſt, *ex L patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni jur.* ubi *Bart.* & *DD. L. obligationum fore §. placet ff. de act.* & *obligat. Everard. in loc. legalib. loco* 69. *Creſp. obſ* 20. *n.* 30. *Vel. diff.* 4 *n.* 52.

Et hoc probatur ultra ſupra dictam diſpoſitionem expreſſam ex vera conjectura voluntatis, quæ ex toto teſtamento colligitur, ubi teſtatoris primum inſtitutum circa maioratus, & cura præcipua fuit augmentum domus, & familiæ parentis, quæ in ſupplicante verificatur, & hæc ſecundum naturam eſt, nam teſtatores, & maioratuum inſtitutores maximum, & præcipuum habent deſiderium, ut domus ſua, & familia, vel parentum polleat, ut laté *Molin. de primog. lib* 1. *cap* 2. & 3. & *cap.* 4. *n.* 3. & *cap.* 11. *n.* 3. & licet per fæminas conſervetur domus, & familia, hoc intelligitur deficientibus maſculis *Molin. lib.* 4 *cap.* 40. *n.* 10. Dum igitur ſupplicans ex maſculis deſcendens exiſtit non eſt attendenda fæminarum proles, in qua eſt ſupplicatus, quia hæc indefectum tantum maſculinæ prolis admittitur ex diſpoſitione juris, & ex ipſius teſtatoris voluntate. 85

86 Et licet ſeparatos hos tres maioratus ex reſiduo bonorum pro filiis, & nepotibus ſororum inſtituiſſet teſtator, mens illius fuit ut iſti conſanguinei inopia non laborarent, vel quorumlibet eorum proles, non verò ut maximé pollerent abundantia, ut ex toto teſtamento inſpicitur, dum illorum meminit, ideo dum quilibet viveret, vel ejus proles, voluit maioratu ſuppleri indigentiam illius, qui primo loco nominatus fuit pro unoquoque horum maioratuum, & poſtea deficiente ad ſubſtitutum, ideſt ad ſupplicantem deferendum eſſe quemlibet maioratum iſtorum trium ut expreſſit in primo ad quam diſpoſitionem ſe retulit in ſequentibus.

Quod corroboratur ex documentis a fol. 473. ut late ponderatum eſt per doctum patronum a fol. 548. & infra dicam.

Neque argumenta, quæ pro contraria parte fiunt, aliquid evincunt, quia divinatoria mihi videntur, quoniam voluntas teſtatoris plene probatur ad favorem ſupplicantis non ſolum ex verbis prædictis, verum etiam ex veroſimili mente teſtatoris, quæ ex verbis ipſis, & ex toto teſtamento percipitur, & cum ei propria verborum

borum significatio deservit, debent præferri conjecturæ ex eis deductæ *Mantic de conjectur. lib.* 8. *tit.* 10. *n.* 23. & *lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 22.

Non obstat argumentum, quod summitur ex institutione illius maioratus fol. 45. habentis 200U. rs. in redditibus regalibus Civitatis Lamecensis, & domus in Elvenci Civitate institutus pro ipso Antonio, pro quo iste de quo agitur fuit institutus, ex eo quod in illo vocavit testator post Antonium, supplicatum, & voluit illius quantitatem esse comprehensam in tertia parte residui bonorum, ex qua iste maioratus fuit institutus, quia respondetur primò unũ maioratum esse ab altero diversum, & diversæ naturæ, ut ex forma institutionum demonstratur, quoniam unus, idest primus, in quo fuit Antonius primo loco vocatus, secundo loco supplicatus, tertio loco Domina Joanna, non est perpetuus, sed ad tempus, deficientibus enim his, & eorum legitima prole voluit testator, quod extingueretur, & bona illius ad confraternitatem Misericordiæ Elvensis Civitatis pertinerent, ut inter pauperes, & alia pia opera distribuerentur, ostenditur fol. 46. & maioratus de quo agitur, ut perpetuò duraret, institutus fuit cum allis, & á diversis non fit illatio ex regula, *L. inter stipulantem §. sacram ff. de verbor. obligat. cum vulgarib.*

Secundò quia in maioratu de quo agitur diversæ naturæ, data fuit forma succedendi per relationem ad primum residui maioratum, quæ secundum veritatem circa substitutiones vetificari debet, ut supra dixi, quoniam non dabatur providendi necessitas, ultra quam quod relatio non
87 fit ad ea, in quibus datur diversa ratio *Cassanat. cons.* 53. *n.* 61.

Rursus non obstat aliud argumentum, scilicet, quod relatio facta in maioratu, de quo agitur ad primum subsistere nequeat, eo quod ille primus maioratus relatus, contraventione Antonii Pereira fuit extinctus, antequam hic deferretur, eo videlicet fundamento, quod prima vocatione, vel substitutione deficiente, integra totius maioratus structura defecit, & cæteræ omnes sequentes substitutiones corrunt ex resolutis *à Cassanat. cons.* 55. *à n.* 3. quia relatio de qua loquitur *Cassant.* dicto loco fuit conditionalis, ut videre est *dict. cons.* 55. *à n.* 7. illa vero de qua agimus nullam habet conditionem, sed tantum demonstrationem ad designandum modum, & ordinem substitutionum, quem vigere in hoc maioratu voluit testator, & voluntas disponentis colligitur, & declaratur ex testamento, vel etiam ex actu nullo, & revocato, aut revocabili, *L. fin. ff. de reb. eorum*, & *ibi Bart. Pereg. cons.* 67. *n.* 5. *vol.* 3. & *cons.* 54. *n.* 18. *vol.* 4. *Beccius cons.* 213. *n.* 38. *Turret. cons.* 1. *n.* 156. & 157. *vol.* 2. & *cons.* 17. *n.* 25. & 31. *vol.* 4. *Berous cons.* 1. *n.* 19 *vol.* 2. *Cyriac. controv.* 263. *n.* 46. *tom.* 2. & *contr.* 426. *n.* 76. *tom.* 3. Deinde quia ex relato nihil percipitur, sed voluntas referentis per relatum declaratur, & DD. quos refert *Cassanat.* loquuntur, quando caducavit primus gradus in fideicommissis, ut per *Pereg. de fideic. art.* 15. quod adaptari nequit casui proposito in his actis.

Denique non obstat præcipuum supplicati fundamentum deductum, *ex Cassanat. cons.* 47. 56. & 57. quia *Socin. jun. cons.* 75. *lib.* 2. in quo, & ejus authoritate nititur *Cassanat.* versatur, & habet locum, quando relatio facta est à diversa persona, & diverso testamento, ut figurat casum *Pereg. de fideicom. art.* 16. *n.* 114. & *Cassanat. cons.* 56. *n.* 13. & *cons.* 57. & tamen in ipso casu contrarium scripsit

ſit *Decius conſ.* 263. *& conſ.* 497. *una*
88 *cum D. Anton. Neguſan.* quod ſcilicet relatio intelligenda eſt ſecundum veritatem, & non ſimilitudinarié, *& Pereg. dict. n.* 114. in fine conſiliat opiniones, videlicet, ſi conſtet de voluntate diſponentis relatio intelligenda eſt ſecundum veritatem, ut dixerunt *Decius*, & *Neguſant.* ſi vero res ſit dubia, relatio erit tantum ſimilitudinarie, ut tenet *Socin. dict. conſ.* 75 *poſt Angel. de Nicolinis*, quoad noſtrum caſum trahi verè nequit ubi oſtenditur voluntas teſtatoris utrumque diſponentis in eodem teſtamento.

Deinde in noſtro caſu relatio ſit ad quid certum ideſt ad ſubſtitutiones factas in primo maioratu, ubi non erant diverſæ, & contrariæ ſubſtitutiones, & diſpoſitiones, ut figuravit *Caſſanat. conſ* 47. nec ipſe negat multis modis poſſe fieri relationem ut declarat *dict conſ.* 47. *n.* 111. imo fatetur amplectens Peregrini diſtinctionem, quod ſi ex verbis, & diſpoſitis conſtare poſſit diſponentis ſenſus, verba relativa intelligantur ſecundum veritatem, vel per ſimilitudinem, ſi verò ſimus in dubio, tunc Soccini opinio ſit admittenda, ut videre eſt *conſ.* 56. *n.* 15. & mihi latis probatur voluntas teſtatoris, ut verba relativa de quibus agimus intelligantur ſecundum veritatem.

Ultra dicta circa maioratus ſucceſſionem invenio ſupplicantem condemnatum ad ſolutionem fructuum ab occupatione hujus maioratus, & caſu quo dubium aliquod conſiderari poſſet circa relationem de qua agitur, & condemnatio poſſet ſubſiſtere circa maioratum, nullo modo ſuſtineri poſſet condẽnatio fructuum niſi à tempore litis conteſtatæ, quia fundamentum ſupplicati totum eſt in perſuadendo, relationem de qua agitur non eſſe intelligendam ſecundum veritatem, ſed ſimilitudinarie ex voluntate dubia, & ſi ita foret, non diſtituebatur ſupplicans illo medio inter bonam, & malam fidem, quod 89
ſufficiens eſt ad acquiſitionem fructuum ante litem conteſtatam ex doctrina *Bart.* communiter recepta *in L ſed & ſi lege §. ſcire ff. de petit. hæred.* & ex his quæ lata n anu Collegit *Caſtil contr. lib.* 5. *cap.* 135. *per tot. Phæb.* 2. *p. deciſ.* 133. *Geurb. deciſ.* 89. *n.* 18. ex quibus, & aliis à præcedente Domino optime diſcuſſis ſententiam indigere reviſione teneo. Ulyſſipone 5. Januarii 1678.

Vanueſſem.

Sed his non obſtantibus, contraria reſolutio mihi verior videtur, & revocandam eſſe ſententiam oſtendi per exceptiones contra illam oppoſitas. Nam licet controverſum ſit, 90
an uſufructuarius omnium bonorum nullo dato cohærede retineat proprietatem, & ſit directus hæres; de qua re agunt *Caſtil. de uſufr. cap.* 8. *n.* 43. *& lib.* 4. *contr cap.* 56. *Fontanel. dec.* 37. *Noal. de tranſmiſſ.* 8 *cap.* 126 *Vella diſſert.* 47. *n.* 47 *Fuſar. conſ.* 195. *Add. ad Molin. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. *Menoch. conſ.* 273. *Salgad. in labyrinth. cerd. lib.* 1. *cap.* 2. *§. unic. n* 13 *Balmaced de collect. q.* 73. *n.* 7. & 12. *Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 346. *Roſa contr.* 34. *n.* 17. *Capon. tom.* 4. *diſcept.* 237. ubi de inſtituto in uſufructu nullo cohærede, qui pro pri- 91
mi fundamenti exornatione ſunt videndi, & ultra ea quæ referunt probatur, *ex L.* 1. *§. ex fundo L. quoties* 9. *§. ſi duo* 13. *L ſi alterius* 10. *§. interdum* 13. *§. denique L. ſi quis ita L. ſi quis hæres* 34. *ff. hæred. inſtit. Mantic. de conjectur. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 17. *Caſtil. contr. tom.* 3. *cap.* 17. *n.* 1. 5. 13. 58. *Vella diſſert* 47 *n* 35. *Menoch. conſ.* 1112. *& conſ. ult. n.* 48. ne ſit proprietas in ſuſpenſo, *& lib.* 4. *præſ.* 141. *n. fin.* explicat, & extendit

dit etiam casu quo substituta sit cauta pia *Mantic. de conject. lib.* 4. *art.* 6. *tit.* 5. *Vella d. dissert.* 47. *per tot.* & *n.* 29. & *seqq.* & *n.* 45. & 74. *Verso hæc. Capon. d. discept.* 337. *n.* 11. & *seqq.* qui per multos casus distinguit 92 & *n.* 21. resolvit, quod quando testator post mortem adjecit onus fideicommissi in favorem alterius eo ipso censetur resicta proprietas quanvis fiat mentio ulus, aut usustructus ex juribus quos refert, & *Fontanel. dec.* 37. & 575. *n.* 11. *Urseol. forens. cap.* 93 38. *n.* 6. & *per tot.* & *n.* 19. licet utatur verbis vitæ suæ tantum, tunc enim licet alium vocet, dicitur hæres institutus talis usufructuarius cũ onere restituendi, ut multis tenet *Menoch. lib.* 4. *præs.* 141 *n* 48. *Surd. cons.* 439 *lib.* 1. *n.* 20. & 22. *Pereg. de* 02 *fideicommiss. art.* 5. *n* 20. & 21. *Præt. de interpret ult. vol. lib.* 3. *dub* 1 *sol.* 1. *n.* 18. *pag. mihi* 180. *Vella d dissert.* 47. *n.* 29. & *seqq.* 45. & *seqq. Capon. prixime Urseol. forens d. cap* 38. *n.* 20. *Fusar. cons.* 200. *n.* 43 & *seqq.* & *est text. in L. species* 16 *ff. accr.* & *arg. legat melior. text in L. fin. ff. de usufruct. earum rer quæ usu consum. Mantic. de conjectur. lib.* 9. *tit.* 5. *n.* 12. *Menoch. præs.* 133. *lib* 4. *n.* 7. *Capyc. Latro cons.* 112. *n.* 12. & *seqq. Cassanat. cons.* 32. *Vargas decis.* 53. *Anton. Gobius consult.* 150. *L. vea ad Gratian cap.* 137 *alias cap.* 138. *n.* 2. 10 *Cassanat. cons.* 32. *n* 8. 22. & 27. & *seqq. Menoch cons.* 1112. *Salgad. in labyrinth cerd. p.* 1 *cap.* 2. *§. nnic n.* 13. & *seqq. Fusar. q.* 277. *n.* 41. & 42. & *cons.* 195. *Faria ad Cov. lib.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 34. *Pereir. de jur. Ind. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. & *seqq.*

94 Et maximé si prohibitio alienationis detur, tunc enim absque dubio dicitur hæres in proprietate institutus usufructuarius, ut multis citatis tenet *Urseol. d. cap.* 38. *n.* 14. licet contrarium referat *n.* 15. de qua re vide *Torre de maiorat. Ital. p.* 1. *cap.* 13. ubi etiam de maioratu constituto in usufructu, & quando sustineatur.

Et ita videtur talem hæredem esse primi institutoris respectu successionis maioratus juxta primum sententiæ fundamentum, quia si respectu primi institutoris agatur, dicendum est primum maioratus successorem eidem institutori in ipso maioratu succedere, sequentes autem esse primi ejusdem institutoris successores, si maioratus ex universa hæreditate, seu ex ejusdem certa portione constet. Si autem ex quota bonorum, seu ex re certa maioratus institutus sit, tam primum quam, ulteriores existimari debere ejusdem institutoris, sive particulares, sive universales successores, & tunc succedunt non jure hæreditario, sed sanguinis, ut tradit *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 10. & *seqq.* & *cap.* 14. *sub n.* 5. *Gom. L.* 45. *Tauri n.* 123. *Molin. de just. disp.* 618. *tract.* 2. *n.* 2.

Et nullum inconveniens datur, 95 quod maioratus dividatur quo ad vitam, nec ut altero eorum mortuo successio ad unum deferatur, ut inquit *Pereir. dec.* 21. *n.* 2.

Et cum maioratus non fuisset in- 96 stitutus per testatorem in certa portione, ut fuit residuus, & non per modum institutionis, in tota hæreditate certum est dispositionem non esse factam per modum institutionis, sed per modum legati, aut fideicommissi, & per consequens non traditur ad universum, ut cum *Bart.* & aliis tradit *Pereg. de fideicommiss. art.* 5. *n.* 36. *Bellon de jur accres. cap.* 7. *q.* 12. *n.* 4. *vers. secundus*, optime jure videtur procedere primum sententiæ fundamentum, & per tot. quando dispositio particularis censeatur facta per modum institutionis, vel quando per modum legati aut fideicõmissi.

Ni-

Nihilominus tamen contrarium eſt tenendum, quia licet Eduardus hæres inſtitutus fuiſſet, tamen inſtitutus pro tempore vitæ ſuæ extitit, ut patet ex teſtamenti tenore, & poſt ejus obitum alii vocati fuerunt, & quando uxor aut aliquis, vel alius 97
in uſufructu ſunt hæredes inſtituti alio poſt mortem ejus hærede univerſale, aut vocato in re certa, non dicitur hæres, ſed merus uſusfructus legatarius dicitur tum ex verbis vitæ ſuæ, juxta quæ tantum uſumfructum intelligitur relictum. *Menoch. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 133. *n.* 12. *Caſtil. de uſufr. cap.* 30. *n.* 13. *Mantic. de conjectur. lib* 9. *tit.* 2. *n.* 29. *Præt. de interpret. ult. vol. lib.* 3. *interp.* 1. *dub.* 1. *ſol.* 1. *n.* 7. *Cov. lib.* 2. *var. cap.* 2. *in fin.* & ibi *Faria in add.* de qua re *Vela diſſert.* 47. *n.* 45. & *ſeqq.* de qua re *Capon. diſcept.* 237. *n.* 19. multa jura, & DD. refert *Urſeol. forenſ. contr. cap.* 38. *n.* 7. de qua re multa refert, licet contrarium ſequantur *Vargas dec.* 53. *Anton. Gobius conſult.* 150. *n.* 1. & *ſeqq. Pereir. dec.* 124. & in ſimilibus verbis *Valaſc. conſult.* 82. *in princip. Pereir. de jur. ind. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. & *ſeqq.*

Tum etiam quia ſi inſtitutus in uſufructu ad vitam, & poſt ejus mortem, inſtituatur alius, poteſt dici, quod ſit hæres merus legatarius uſusfructus, & contrarium defuncti voluntati valde advertari exiſtimo, & verba ſuperflua eſſe ut inquit *Caſtil. cap.* 8. *de uſufr. num.* 34. & 44.

Idem tenent *Peſtkio de teſtam. conjug. lib.* 5. *cap.* 5. *in princip.* & *de ratione Vela diſſert.* 47. *n.* 51. *Capyc. Latro conſ.* 112. *n.* 19. & 20. & *conſ.* 147. *n.* 17. & 18. *Gratian. forenſ. cap.* 820. *n.* 7. *Urſeol. forenſ. cap.* 38. *n.* 7. *Faria in add. ad Cov. lib.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 33. & tenent alii infra citandi.

Et ita dicendum eſt in noſtro caſu, quia Eduardus fuit inſtitutus hæres bonorum, ſublatis debitis, & legatis, & cæteris rebus, ut patet ex verbis teſtamenti impreſſi pag. 21. ibi: *Que ficarem compridos os legados*, & ita inſtitutus tantum fuit in bonis liberis, & non maioratus, in quo ſuccedere non poterat uti hæres ut patet, pag. 66. ubi probatur, quod titulus hæredis verificatur in bonis liberis, & non in illis in quibus maioratus erectus fuit, & iterum pag. 84. optime declarat, & pag. 85. & in verſ. *pelo*, ubi maioratum erexit, in Eduardi vita hæredis, & non inquit eſſe hæredem maioratus erecti. Nos *pag.* 230. *n.* 144 & verbum *pódem* fol. 612. nec eum nominat ſucceſſorem aut vocat, ſed tantum ei relinquit uſumfructum, ut patet ex verbis, *a qual fazenda elle poderà gozar, e comer os rendimentos della em ſua vida*, & alios vocavit ad ſucceſſionem, & Antonium ad tertium maioratum erectū, & iterum pag. 90. ibi: *Dos quaes morgados comera os rendimentos delles em ſua vida o Doutor Duarte Gomes da Matta meu ſobrinho, e herdeiro*, ex quibus verbis oſtendit eum non vocaſſe quia ſi vocaret eum, diceret ad ſucceſſionem vocaſſe, & quod poſſideret, & hæredem maioratus inſtituiſſe quod non fecit, ſed loquitur in verbis *herdeiro* ad alium, finem de quo loquutus erat, & hæc ſpecialitas precedit titulo generali, ex eod. teſtamento pag. 66. verſ. & ita non dicitur hæres, ſed vocatus in reſiduo dicitur ſucceſſor, ex *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 10. 13. 14. & 15. *Bellon d. q.* 12. *cap.* 7. *ad omnia Acſolino reſol.* 111. *n* 47. & 48 cum multis *Caſtil. lib.* 4. *contr. cap.* 16. *n.* 19. & 20. & *ſeqq.* & nos diximus *tom.* 1. *cap.* 5. *n.* 320. *Giurb. ad ſtat. p.* 1. *cap.* 2. *gloſ* 3.

Et ita certum eſt hæredem, & ſucceſſorem vocatum poſt mortem 99

uſufructuarii haberi tanquam pure, & libere hæredem directé, & ab initio in proprietate, non obſtantibus verbis illis poſt mortem tanquam appoſitis gratia uſuftuctuarii, pro ejus libera, & ſevera uſusfructus fruitione ſtatimque, poſſe adire, & hæreditatem vivente uſufructuario tranſmittere, & ſolum uſufructuarii inſtitutionem deſervire ad differendam executionem, & commodum unionis uſusfructus cum proprietate donec, & quoulque hæres uſusfructuarius vixerit prout defendunt *Bellon de jur. acreſc. cap. 7. q. 16. n. 292. & ſeqq. n. 428. & ſeqq. Theſaur. forenſ. lib. 3. q 81 n. 3. Merlin. dec. 505. Gratian forenſ. cap 821. n. 5.* multis aliis, & non pauca iura refert *Urſeol. contr forenſ. cap. 28. n. 7. Caſtil. de uſufr. cap. 8. n. 30. & ſeqq.*

Et in noſtro caſu multo melius hæc reſolutio procedit, quia inſtitutor hæredem fecit Eduardo Gomeſio da Matta in quantitate decem millia num, & in acto argumentoque, & mobilibus, & poſtea in reſiduo maioratus tres erexit, & hæc bona vinculata cum facultate utendi, & fruendi, ei non fuerunt per inſtitutionis modum relicta, ſed tantum per legati, & fideicommiſſi modum, & ita in ipſiis maioratus bonis non cenſetur inſtitutus hæres, ſed legatarius, & uſusfructuarius, ut multis concludit *Menoch. lib. 4. præſ. 20. n. 4. Pereg. de fideicommiſſ. art. 5. n. 30. & ſeqq. Bellon de jur. accreſc. cap. 7. q. 12. n. 4. verſ. ſecundus, eleganter Luc. reſponſ. 13 n. 9.* & cum in noſtro caſu inſtitutus fuiſſet Eduardus in forma ſequenti: *Dos quaes morgados comera os rendimentos delles em ſua vida o Doutor Duarte Gomes da Matta*, ex his verbis non cenſetur hæres inſtitutus in maioratibus erectis, ſed tantum lui uſufructus adminiſtrator, ut patet ex verbis, *comerá em ſua vida*, ut optime probat *Tondut. q. civil. tom. 2. c. 87. n. 4. & ſeqq. Menoch. conſ. 66. n. 16. & 17.* ubi de ratione, & quod non habet dominium maioratus, uſufructuarius, & ita non acquirit dominium, ſed ſolum translatum fuit in maioratus ſucceſſorem vocatum, qui eſt verus dominus bonorum maioratus, *ex Molin.* & aliis *Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 2. n 1. & 2. Giurb. dec. 97. n. 37 Caſtil. de uſufruct. cap. 5. n. 3. Valaſc. d jur. emp. q. 25. n. 29.* de qua re vide *Caſtil. de uſufr. cap. 5.*

Atque ita Eduardus non cenſetur hæres inſtitutus in proprietate, ſed tantum in maioratuum uſufructu, & ut multi tenuerunt, nullus hæres gravatus, efficitur dominus, & proprietarius, ſed uſusfructuarius ſolum *Xuar alleg. 9 n. 15. in fine* notat *Fontanel dec. 37. n. 5.* & omnia pro contraria parte ex dictis convincuntur, & etiam quia loquuntur in bonis liberis, & in illis loquuntur DD. citati in principio, & *Roſa contr. 34.* non vero in bonis maioratus, quia in illis non habet locum conſilidatio uſufructus cum proprietate ad cujus ſucceſſionem inveniuntur vocati, quibus pertinet ſucceſſio, & non hæredibus uſufructuarii per cujus obitum maioratus vocavit, & poſſeſſio ex dictis *à Pereir. dec. 108.* & in illis non poteſt habere locum DD. reſolutio, ſed tantum in bonis liberis ad cujus ſucceſſionem quæſtio controvertitur, & tantum locum habere poteſt; non vero in bonis maioratus ad cujus ſucceſſionem alteri vocantur, & licet ſint extranei ſuccedere debet proximior vocati, & non inſtitutoris aut uſufructuarii, ut eleganter tradit *Mier. in initio 2. p. n. 326.* 100

Et ideo ſucceſſio maioratus initium non habet in uſufructuario, ſed in primo vocato poſt mortem aut in ejus ſucceſſore, qui ſuccedere debet licet

licet abſque liberis ultimum diem clauderet extremum, ut infra dicemus, quod dicendum non eſt in bonis liberis, circa quæ tantum verſatur quæſtio, & ad effectum caducationis, ſeu juris accreſcendi, vel non decreſendi, & an ſubſtitutio reguletur jure inſtitutionis, vel primæ diſpoſitionis, ita ut non data ſubſtitutione univerſali, vel data eſt caducata ſubſtitutio particularis in uſufructu, vel alia re particulari efficiatur univerſalis eo modo, quo de prima ſubſtitutione ſequitur, & an ſubſtitutus hæres in uſufructu, poſt cujus mortem alter ſit vocatus ad proprietatem, dicatur hæres pleno jure, ita ut vocatus poſt ejus mortem cenſeatur ſubſtitutus, tam ad effectum caducationis quam detractionum, vel potius habeatur jure legatarii, alter autem cenſeatur hæres directus ab initio de qua re agit *Luca theatr. verit. & inſt. tom* 10. *de fideicommiſſ. & major. diſcurſ.* 110. ubi *n.* 7. inquit ſimilem quæſtionem circa ſententiæ fundamenta in maioratu eſſe extraneam, & in praxi ſuperfluam, & quidquid in ſcholis, & academiis in ratione diſputativa dici poſſit concludit quod ubique in foro recepta eſt opinio ut inſtitutus hæres in uſufructu habeatur jure legatarii, alter vero poſt ejus mortem vocatus dicitur
101 hæres directus ab initio, & ibi refert multas deciſiones, & DD. & ſic ſervari in praxi teſtatur etiam *diſcurſ.* 53. *n.* 9. & 10. & *diſcurſ.* 60. *n.* 12. & *diſcurſ.* 107. *n.* 9. *Marcian. jun. diſp.* 99. *Capyc. Latro conſ.* 112. *Bellon de jur. accreſc cap.* 7. *q.* 16. *n.* 292. & *ſeqq.* eleganter *Bicchius* loquens in ſimili diſpoſitione, & vocatione *dec.* 349. *ſub n.* 8. 9. ubi poſt ſimilia verba ſic concludit, & inquit quod ſimilis diſpoſitio importat tantum eſſe inſtitutum hæredem in uſufructu, & vocati poſt ejus mortem habentur tanquam pure, & libere inſtituti in proprietate ita ut dilatio poſt mortem uſufructuarii non ſuſpendat acquiſitionem proprietatis, ſed emolumenti, & uſusfructus donec uſusfructuarius vixerit, & cenſeatur hæredis inſtitutio appoſita, ut uſusfructuarius, interim libere fruatur, & à vocato non vexetur, & ibi multos DD. allegat, & etiam poſt longuam diſputationem *Sperel. dec.* 145. *n* 19. & judicatum fuit pro noſtra reſolutione in caſu de quo ſupra cap. 36. & aliis rationibus eleganter defendit noſtram reſolutionem omnibus citatis clemens *Merlin. dec. Rot.* 505. *n.* 7. & *ſeqq* ubi judicatum, & multis rationibus confirmat, & reſpondit *n.* 32. & *ſeqq.* ad ſimilia ſententiæ fundamenta, & agit de diviſione bonorum facta à teſtatore, & oſtendit pertinere ſucceſſionem advocati hæredes qui in vita uſufructuariæ è vita deceſſit, & eſt omnino videndus, quia omnia tradit ex quibus fundamenta ſententiæ ceſſant etiam loquendo in bonis liberis, quia in ſpecie maioratus non inveni poſt multas vigilias quæſtionem diſputatam, nec reſolutam ita ut in noſtris terminis initium habeat ſucceſſio à tali uſufructuario, an vero á primo vocato; vel ab ejus ſucceſſore, & conſanguineo proximiore ad ſucceſſionem invitato, ut ſuo loco dicemus, & cum detur differentia inter bonorum liberorum, & maioratus ſucceſſionem non poteſt argumentari de maioratu ad uſumfructū, nec ſucceſſione unius ad alterum ex dictis *à Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. non obſtantibus verbis de quibus in primo ſententiæ fundamento ibi: *Pelo que mando, e declaro, que a fazenda do remanecente ſique logo vinculada em morgado em vida de Duarte Gomes da Matta*, ex quibus judicatur Eduardum inſtitutum eſſe hæredem univerſalem

salem, & maioratus administratorem ex resolutione quæstionis propositæ pro parte sententiæ ex qua extitit hæres universalis sicuti institutus in residuo, cujus successio in pendenti esse non poterat.

Nam respondetur non solum contrariam opinionem esse verissimam, & Eduardus non simpliciter institutus fuit hæres, sed ususfructuarius, coarctando illius institutionem addidit donec ipse vixerit, ut postea in eodem testamento profitetur in verbis sequentibus: *Porque quero, e ordeno fazer, como aqui faço tres morgados da dita fazenda, repartida em tres partes, dos quaes morgados comera os rendimentos em sua vida o Doutor Duarte Gomes da Matta meu sobrinho, e herdeiro, como atraz digo, e por sua morte para hum dos ditos morgados chamo.* Unde non debet extendi hæc temporalitas ad consanguineos Eduardi, nec ille dici potest successor, nec maioratus hæres extitit ablolute, sed potius legatarius aut fideicommissarius, & gravatus restituere per fideicommissum aut maioratum, ut supra diximus, ut tenet *Merlin. d. dec.* 505. sic respondendo *n.* 23. & ibi multos refert, ubi etiam, & *n.* 24. quod in his terminis secundum jus, & testatoris voluntatem, solum consequutus fuit Eduardus duntaxat ususfructum morte finiturum, & non hæreditatem universalem, vel maioratum, qui post mortem suam restituturus erat vocato, & non suo consanguineo, ut ibi numeris seqq. concludit, & vocatos pure institutos esse ab initio vocationis, ut ex Luca diximus supra ita ut non censeretur successio esse in pendenti, neque etiam acquisitio, quia in his terminis ex vocatione directa non erat opus habere ministerio alterius, ut successores vocati caparent à manu Eduardi, sed recta via consolidatur ususfructus ei vocati proprietate, quia isti vocati, sunt vere hæredes, vel successores à principio, & Eduardus in effectu solum legatarius, aut ususfructus, & verba erectionis post mortem, & fruitionis in vita sua eo tendere, ne à vocatis quandiu viveret molestaretur Eduardus in usufructu, & ita apparet institutionem Eduardi fuisse coarctatam ad vitam illius, & sic temporalem, & vocatorem vero jus succedendi in proprietate habere, & suos successores hæredes vinculi extitisse, eorumque jus succedendi in usufructu, & commoditate per exclusionem temporalem donec Eduardus vixerit non fuisse umquam ademptum, sed suspensum duntaxat illius commodum, & impeditum ad tempus, non quidem delationem juris, sed petitionem, & executionem, ut eleganter concludit *Merlin. d. decis.* 505. *n.* 34. & *seqq.* & *n.* 45. & *seqq.* ostendit in hoc casu non dari suspensionem necesse suspensum jus delatum per vocationem substituti, sed dilatum, ut interim dum Eduardus vixerit non possit petere, nec exigi fructus, & sufficere jus in habitu ex vocatione, licet non habeatur in exercitio, ut *n.* 47. & per totam decisionem hanc esse voluntatem testatoris ostendit ex quibus sufficere non potest secundum fundamentum, sed potius retorquetur, ut suo loco circa vocationem fratris vocati ostendimus, & ita in terminis judicatum fuit in casu, de quo supra *cap.* 36. circa omnia relata, & hanc resolutionem defendunt *Sperel. dec.* 145. & *n.* 19. *Bellon. d. q.* 16. *n.* 343. *cap.* 7. optime *Luca respons.* 13. *num.* 9. Sic etiam non obstat tertium sententiæ fundamentum, in quo deducitur non obstare testatorem dicere, dictum Eduardum vita sua frui redditus, & ususfructus bonorum, & post ejus mortem Antonium

.tonium Gomeſium, ex quibus deducitur pro parte excipientis d. Eduardum inſtitutum fuiſſe hæredem tantum in uſufructu inſtitutum, & proprietatem acquiſitam fuiſſe ab initio d. Antonio Gomeſio vocato ad maioratus, de quo agitur ſucceſſionem, quia ſi ita fuetat, Eduardus fuerat inſtitutus in re certa, & non dato cohærede univerſali hæres extitit ex juris diſpoſitione, ex quo infertur etiam, non habere locum aſſerere inſtitutionem hæredis verificandam eſſe in quantitate decem millia num, de qua inſtitutor conceſſit Eduardo facultatem diſponendi per obitū ſuum, quia in his terminis in re certa extitit inſtitutus, & ex ſupradicta ratione ipſa inſtitutio converſa fuit in univerſali, ex quibus ex hoc fundamento excipiens excluditur.

Sed hoc fundamento non obſtante, noſtra reſolutio amplactenda eſt; quia ut jam diximus fortiter obſtant verba, *em ſua vida, e por ſua morte*, quia oſtendunt tantum Eduardum inſtitutum fuiſſe hæredem in uſufructu, & ſtatim acquiſita fuit proprietas vocato Antonio Gemoſio, ab initio diſpoſitionis, licet reſiduum fuiſſet incertum, ut laté oſtendimus, & judicatum fuit in caſu de quo *tom.* 1. *de erect. maior. cap.* 5. *n.* 177. *& ſeqq.* ubi multa jura, & DD. allegavimus, & de ratione *Gratian. forenſ. cap.* 570. *n.* 16. *tom.* 3. *& cap* 602. *num.* 12. *tom* 4 *Pereꝛ. de fideicommiſſ. art* 36. *n.* 33. *Surd. conſ.* 128. *n.* 16. & 17. & ſupra jam diximus in ſpecie *ex Merlin. dec.* 505. ubi loquuti fuimus de quæſtione uſusfructus, & oſtendimus Eduardum tantum eſſe uſumfructuarium, & uſusfructus hæredem, & advocatum Antonium ſuoſque ſucceſſores proprietatem tranſire, &
102 quæ ibi diximus ſufficiunt ad hujus fundamenti reſponſionem, quia nulla eſt differentia inter inſtitutum in re certa, & inſtitutum uſufructu, ut ex aliis tenet *Roſ. contr.* 34 *n.* 69.

Et quanvis inſtitutus fuiſſet in re 103
certa, non ideo erat hæres univerſalis; nec ut talis reputabatur, quia licet controverſum ſit an inſtitutus in re certa nullo dato cohærede, dicatur hæres univerſalis, de qua re latè agit omnibus citatis *Roſa contr. forenſ.* 34. & pro una, & altera parte multa cummulat, & *Anton. Gobius conſult.* 150. *n.* 41. *& ſeqq.*

Hæc quæſtio ad noſtri caſus reſolutionem eſt ſuperflua tum ex eo, quia d. controverſia tantum procedit in hæreditatibus, & bonis liberis de 104
cujus ſucceſſione, & controverſia agunt omnes, & non in bonis maioratus in quibus ſucceſſio eſt perpetua, ut per vocatos digreſſa ſit, quo caſu non datur jus accreſcendi, nec termini habiles adhoc ut inſtitutus in re certa ſuccedat, tum etiam quia, cum alii ſint vocati ad maioratus ſucceſſionem, non poteſt talis inſtitutus in re certa contra teſtatoris mentem retinere hæreditatem totam, quam ab eo abdicare in reſiduo conſtat per fideicommiſſum illi injunctum, ut tradit *Ruin. conſ.* 96. *n.* 9. *& conſ.* 99. *n.* 14. *in vol.* 2. probat *Caroꝛo Spadazza thear. vidual diſp.* 42. *n.* 76. *& ſeqq.* *& n.* 143.

Nec talis uſusfructuarius ullo tẽpore poteſt ſuccedere in bonis maioratus erecti ad cujus ſucceſſionem datur ſubſtitutus cohæres, in cujus perjudicium, neque in ſpe, neque in potentia Eduardus poteſt pleno jure etiam quando vocatus præmortuus fuerit, ſed pertinet ad alium vocatum, atque ita non dicitur hæres in re certa ſed tantum vita durante legatarius merus *Latro d. conſ.* 112. *n.* 21. *& ſeqq.* ubi in ſpecie ita concludit, & infra dicemus.

Et licet hæc controverſia comprehendere poſſet maioratus erectionem,

nem, quod negamus, nullo modo ex tali institutione in re certa, quando daretur Eduardum hæredem universalem extitit in dictis bonis, sed tantum usumfructuarium, aut legatarium, & vocati fuerunt cohæredes universales, & proprietarii in residuo ex quo erectio trium maioratuum facienda ab eo erat, quibus devolvenda erat illorum bonorum successio, & sic illi pertinere non poterant, & cessabant effectus institutionis in re certa, sed ille esse poterat hæres universalis, quando alii fuerunt vocati post ejus mortem, & ideo non controvertitur an scilicet ad Eduardum pertineret residuum, sed tantum cui ex vocatis bona pertineant, & ita in talibus bonis non censeri potest hæres, sed tantum ususfructuarius legatarius, *ex L. quoties* 13 *ff. de hæred. instit.* & ita non habet locum *text. in L.* 1. *§. si ex fundo ff. de hæredib.* ad hoc ut institutus in re certa dicatur hæres universalis de qua *Rosa contr.* 34. *Argel. de acq. hæred. poss. q.* 17. *art.* 7. *n.* 17. *Cald de nom. q.* 24. *n.* 10. *Cyriac. contr.* 303. *n.* 1. *& seqq. Menoch adpiscend. remed.* 4. *num* 116. & 117. *Graff. recept. §. hæreditas q.* 3. *n.* 3. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 9. *tit.* 14. *n.* 9. ex multis *Pichard. ad tit. de acquir. hæred. cap.* 30. *n.* 19. *Valenc. illustr. lib.* 3. *tract.* 3. *de leg. cap.* 1. *n.* 18. defecit enim voluntas testatoris in qua fundantur DD. & contraria adest, quia fecit maioratus erectionem, & vocationes aliorum quo casu non potest censeri Eduardus hæres universalis, quia ad illum nullo modo potest residuum pertinere sicuti institutus in re certa, sed tantum dicitur ususfructus legatarius.

505

Et ut rem altius ostendamus, & explicemus ultra eaque *Rosa, d. contr.* 34. venit disputanda quæstio, an, quando, & quomodo institutus in re certa, jure hæredis censendus sit, aut

106

jure legatarii? In qua quæstione facienda differentia est inter eum casum, quo præter institutum in re certa, non est alius cohæres universalis, & inter casum, quo præter illum, alter universalis cohæres est: Quoniam in primo casu institutus in re certa, cum sit solus, censetur institutus in tota hæreditate, & jure hæredis universalis censendus est *L. cum quidam* 19 *ff. liber. & posth. L.* 1. *§. si ex fundo L quoties* 9. *§. si duo L. interdum* 13 *§.* 1 *L si quis ita* 33. *ff. hæred. instit. L. cohæredi* 41. *§ fin. ff. vulgar. text. in § hæreditas vers. neque enim instit. hæredit. instit. §. sed & siquis instit. quibus modis test. in firm. cum mille aliis.* Quod adeò verum est, quod si alterius, atque alterius fundi pro partibus, quis hæredes instituerit, perinde habendi sunt, ac si testator, nec fundum, nec partes nominasset; ut *Paulus ex Sabino refert in L. si alterius* 101 *ff. hæred. instit. quod idem probat Ulpianus in L. ex facto* 35. *vers. ita igitur ff. hæredib. instit.* non enim jura ferunt, ut quis pro parte testatus, & pro parte intestatus in paganis decedat *L jus nostrum ff. reg jur.* ob idque particularis illa institutio alia universali non adjecta potestate, & censura juris reducitur ad universalem, prout etiam est, quando quis hæres instituitur excepto tali fundi: quoniam perinde jure civili erit, atque si sine ea adjectione scriptus esset *L. si ita quis* 74 *ff. hæred. instit.*, quippe quanvis lege 12 tab. libera disponendi potestas testantibus sit indulta non tamen usque adeo absolutè illa uti debent, ut abuti potius, & leges ipsas offendere videantur, quas nemo potest facere, ne in suo testamento habeant locum *L. nemo potest* 55. *ff. legat.* 1. Hic autem institutus, ut diximus, hæres absolutè manet, itaut ei, & in eum actiones hæreditariæ com-

107

108

109

110

competant, ob idque ſuo jure rerum hæreditariarum poſſeſſionem apræhendere poteſt, ut eſt extra controvertiam.

In ſecundo vero caſu, quando ſcilicet præter inſtitutum in re certa datur alius cohæres univerſalis in præſenti: Tunc dubitatur, quo jure cenſendus ſit, quia non reputatur hæres: Et ipſum ut purè legatarium habendum eſſe videtur probare expreſſe *text. in L. quoties* 13. *cod. hæred. inſtit.* Item probatur ex eo, quia ſicut legatum legatarium facit, ita hæreditas hæredem, & in his caſibus jus perſonæ æſtimatur, & diſtinguitur ex qualitate rei. Porrò ſicut eſt impoſſibile, ut ſcripto univerſali hærede cui hæreditas defertur, in re certa, vel ipſa, vel alia conſiſtat hæreditas, quippe quæ non in bonis conſiſtit, ſed in jure, & ſine ullo corpore juris intellectum habet, ut *Papinianus ait in L. hæreditas* 50. *ff. petit. hæredit. L.* 3. *§.* 1. *ff. bon. poſſeſſ. L. hæreditatis* 119. *L. pecuniæ* 178. *§. hæreditas L. bonorum* 208. *ff. verb. ſignif.* Ita à ſufficienti numeratione partium non eſt aliud præter jus, & nomen legatarii, quo iſte inſtitutus in re certa æſtimari, & nominari poſſit: & ſic legatariis juribus, & obligationibus ſubjiciendus eſt in ſuper inſtitutus in re certa tranſmittit ad hæredem commodum inſtitutionis etiam non agnitæ, ut nemo negat in quo vice legatarii fungitur, legatum pure relictum æque tranſmittit ex toto *titul. ff. quando dies legat. cedat.* falcidiam quoque patitur ſicut legatarius quilibet *dict. L. ex facto* 35 *ff. hæred. inſtit.* Creditoribus hæreditariis non tenetur, neque fruitur beneficio novæ legis quam de edicto Divi Adriani tollendo Juſtin. inſtituit, & rupto ex cauſa prætentionis teſtamenta ſuſtinetur rei certæ
112 inſtitutio, ut eſt in confeſſo apud omnes *in auth. ex cauſa cod. liber. præterit.* ex quibus cum jure puri legatarii cenſendum eſſe videtur, ut eleganter, & acriter tenet *Anton. Fab.* 1. *de error. decad.* 15. *error*, 5. *à n.* 3.

Verum *Bart. in L. ex facto* 35. *ff. hæred. inſtit.* quam pluribus relatis defendit, & ſequitur ſubtilis *á Coſt. in cap. ſi pater verbo in re certa à n.* 11. *cum ſeqq.* tenet inſtitutum in re
113 certa dato cohærede univerſali, nec jure hæredis, nec etiam jure puri legatarii judicandum eſſe, quoniam fi-
114 lius inſtitutus in re certa jure hæredis eſt, ut non poſſit quærellare, aut dicere nullum teſtamentum paternũ, *text. in auth. ut decum de appellat. cognoſcit. § aliud quoque capitulum collat.* 8. Deinde inſtitutus iſte, vel ſit filius, vel extraneus jus accreſcendi habet, itaut repudiante hærede ſcripto fiat abſoluté hæres ſecundum communem ſententiam deductam, *ex text. in dicta L. quoties §. ſi duo facit text. in L* 1. *§ ſi ex fundo ff. hæred. inſtit.* tenet ex aliis *à Coſt.* ubi ſupra; ergo non eſt meré legatarius, quia ſi talis foret, non poſſet jure accreſcendi fieri univerſaliter hæres, cum inter hæredem, & legatarium non detur jus accreſcendi, tanquam inter ſuccedentes diverſo jure, *text. in L. ſed cum patrono* 6. *cum ſimilibus ff. bonor. poſſeſſ.* Undé cum in his jure hæredis ſit, & alios legatarii effectus patiatur, de quibus ſupra: neceſſario ſequitur, ut nec pure hæres, nec pure legatarius ſit judicandus,
115 ſed tertiam conſtituat ſpeciem à nomali ſucceſſoris, & eum ſic æſtimant *Bart. & Jubtilis á Coſt.* ubi ſupra, quorum ſententia cum ſit communis ſequenda eſt *ex Ord. in* 3. *tit.* 64.

Et cum in his terminis detur Eduardo in reſiduo vocatus, ac ſubſtitutus, & cohæres ad maioratus ſucceſſionem, de cujus ſucceſſione agi-

tur,

tur, non potest dici hæres universalis, sed tantum ususfructus legatarius, nec tunc prodest institutio inita, in re certa adhoc ut Eduardus dici possit hæres universalis, ut in sententia affirmatur, tum ex dictis, tum etiam quia Eduardus institutus fuit in usufructu ejus vita durante, & in administratione, ut venditione bonorum, ut faceret maioratus erectionem; & patet ex claulula testamenti, & nullo tempore ex illius vocatione ad alios inita poterat esse hæres in proprietate bonorum maioratus ex quibus illius erectio facienda erat ab Eduardo, quia habent maioratus alios vocatos post ejus mortem, quare solum legatarius existimandus est, ut ex contextu testamenti depromitur, & quod post ejus obitum succederet Antonius, & liberis deficientibus habet successio formam advocatorum, qui sunt substituti, & cohæredes universales maioratus, & in proprietate hæredes, & in usufructu consolidando, & cum nullo eventu Eduardus possit succedere, nec de bonis relictis ad maioratum disponere, & necessaria consequentia, neque in spe, neque in potentia posset Eduardus hæres esse pleno jure, ac proinde tantum mere legatarius in usufructu ipsius testatoris vita durante raputari debet, & licet fuisset instituta in re certa censeri debet tãtum mera legataria ex dictis, & *ex L. quoties* 13 *cod. de hæred. instit.* & é converso successores dicti Francisci vocati ad usumfructum, & proprietatem eorumdem bonorum post mortem dicti Eduardi, sunt statim ab initio hæredes, & successores temporis vitio sublato, ut aperte probat *text. in L. hæreditas ex die* 24. *ff. de hæred. inst.* & venit ad hujusmodi successionem tanquam pure institutus, à die mortis testatoris, & non usufructuarii, & solum defertur vocato aut hæredi emolumentum bonorum, quod consequitur usufructuarius, non autem jus adeundi, quia statim adire potest ut *ex Bald.* & aliis & *Gratian. cap.* 528. *n.* 41. tradit respondendo ad simile fundamentum. *Capyc. Latro d. consult.* 112. *n.* 21. *usque ad* 25. & *n.* 31. & *seqq.*

Et tantum in quantitate decem millia num. potest dici instituus universaliter aut in re certa, vila libera facultate disponendi, quia in hac quantitate verificatur titulus hæredis, & in hac parte in qua non datur cohæres; non vero in cæteris bonis de quibus jussit maioratus erectionem facere, in quibus datur cohæres substitutus, & vocatur, & ex hac institutione in re certa non dicitur hæres universalis institutus, sed tantum ususfructus legatarius, ac proinde non potest talis institutio converti in universali, quia Eduardus in residuo ad maioratus erectionem qui habet specialiter vocatos non potest succedere, nec capere ex jure accrescendi nec aliter, nec alio modo, & ita non dicitur ex hac rei certæ institutione hæres universalis, nec vocatus sed tantum ususfructus legatarius, & erectionis administrator, ut eleganter in specie concludit idem *Capyc. Latr. d. cons.* 112. *n.* 30. & *seqq. Luca respond.* 13. *n.* 9. *de linea legal.*

Et merito resolutum extat, quia quando testator disponit de bonorum parte certa ut potest *ex textu in §. hæreditas* 5. *Inst. de hæred. inst.* & *in residuo arg. text. in L. cæterorum ubi Alciat. de verbor. sign. L. quamquam cod. testam. milit. L. is qui §. hoc interdictum ibi reliquum, ff. quod vi aut clam. L. sthicum ibi reliquam debetur ff. verbor. ff. minor. aut hæredem universalem juxta formulam L. nanque* 14. *§. ult. ff. ad S. C. Trebel.* ibi: vel universam rem meam.

Si

Si teſtator diſponat de aliqua parte., intelligitur legare, & relictum dicitur per viam legati (omiſſa quæſtione an, & quando ſit quota bonorum, vel hæreditatis) *L. ſi quis ſervum* 8. *§. fin. cum legibus ſeqq. ff. leg.* 2. *L. mulier* 22. *§. fin. juncta L.* 1. *§. quis quadraginta ff. ad S. C. Trebel.* de quorum jurium interpretatione videndi ſunt *Pichard in § ſed quia hæredis* 3. *Inſt. de fideicommiſſ. hæred. num.* 7. 40. *& ſeqq. Donel. & Obſuald. lib.* 8. *comment. cap.* 11. *lit. S. & cap.* 19. *Valenc. illuſtr. lib.* 3. *tract.* 3. *de leg. cap.* 1. atque ita cum tantum relinqueret ex reſiduo uſumfructum tantum in illo dicitur legatarius, & non hæres univerſalis, & ratione erectionis juxta ſuam voluntatem ad hoc ut vocatis reſtitueret, & erectionem aut diſpoſitionem non contradicerent, ut patet ex teſtamento, dicitur fiduciarius, & adminiſtrator in utilitatem vocatorum, & illorum contemplationem adhoc ut poſt mortem reſtitueret, vocatis aut ſucceſſoribus, & tunc licet vocetur hæres, potius uti uſufructuarius cuſtos, & miniſter, quam uti hæres cenſetur, ut multis juribus exornat eleganter *Pereg. de fideicommiſſ. art.* 3. *n.* 19. *Ramon conſ.* 67. *n.* 18. & 19. *Pacian. conſ.* 66. *n.* 29. & in ſimili clauſula *Buccafarrei reſponſ.* 50. *n.* 13 14. & 15. & ita cum Eduardo relinquerentur á teſtatore decem millia num. ſed non in aliis bonis fuiſſet vocatus, & potius alii nominarentur ad ſucceſſionem ei tenetur reſtituere, & non cenſetur hæres ut in ſimili diſpoſitione eſt *text. in L. peto* 71. *in primo*, & *ſecundo reſponſo ff. leg.* 2. *Manent. dec.* 60. *n.* 9. & quando fuiſſet hæres ut inſtitutus in re certa, erat ad conſequendam quantitatem, & relictam, & non ad conſequendos maioratus, vocatis relictis in quibus hæres non poteſt ſuccedere, quia in illis non ſuc-

ceditur jure hæreditario, ſed jure ſanguinis, aut vocationis. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap* 8. *n.* 1. *Caſtil. tom.* 6. *cap* 157. *n.* 5 & 21 *Laguna in tract. de fructib. p* 1. *cap.* 18. *n.* 133 & nos diximus *tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 66 & 67.

In quarto ſententiæ fundamento, deducitur Antonium fuiſſe vocatum poſt Eduardi obitum, quo caſu talis vocatio fuit concitionalis, quia ad diem incertum relata fuit, qualis dies mortis hæredis Eduardi eſt, in quibus terminis ex tali vocatione, non fuit jus actuale quæſitum Antonio, nec dominium in eum translatum 117
fuit, diſpoſitiones enim conditionales in ultimis voluntatibus ſuſpendunt effectum, quo uſque adimpleantur, & verificentur, & dum non exiſtunt nullum producunt effectum, ex qua ratione, dictus Antonius in hæredis vita, nihil acquire poterat, nec dominium neque etiam poſſeſſio in eum translatum fuit, *ex L. dies incertus* 75. *ff. de condit. & demonſtr. L. hæres meus* 78 *ff. cod. L. hujuſmodi* 13. *in fin. L. ſi cum hæres* 4. *ff. quando dies leg. ced. L. ſi pecunia* 12. *§.* 1. *ff. leg.* 2. *L. ſi ita ſcriptum §.* 1 *ff. leg.* 2. *L. poſt diem ff. quando dies legat. ced. Noal. de tranſmiſſ. caſ.* 3. *n.* 5. *Mart de ſucceſſ. leg p.* 1. *q.* 24. *art.* 5. *n.* 9. *Galganet. de cond. p.* 2. *cap.* 6. *q.* 8. *n.* 19. *Menoch. conſ.* 1167. *n.* 4. & 5. & ex multis quos ego ipſe refero *in tract. de maiorat. erect. cap.* 5. *n.* 360. *& ſeqq. n.* 565. *& ſeqq & cap.* 9. *tom.* 2. *n.* 340. *& ſeqq. Mier* 2 *p. q.* 4. *il. lat.* 8 *Caſtil lib.* 5 *cap.* 115. *n.* 15 *& quare Add. ad Molin. lib.* 2. *cap.* 22 *n.* 18. *verſ. nos vero Caſſanat. conſ.* 55. *n.* 2. & 7. *Gratian. forenſ. cap.* 774. *n.* 25. & 11. *& probat text. elegans in L. ſi uſusfructus §. final ff. quando dies leg. ced.* ibi: ſed ſi ſub conditione fiunt legatum, non tranſit, ſed expectabit conditionem, eique acquiretur cujus juris erit exiſtentis conditionis

tempore *Mandel. Albens. cons.* 60. *n.* 9. *&* 10. *vol.* 1. *subtiliter Bolagnet. in respons. pro Trivulsius n.* 78. *usque ad* 83. *ibi* : Quod substitutio conditionalis non est in rerum natura quãtum ad jus ante adventum conditionis, sed solum incipit existente conditione, quo tempore illud jus productum non trahitur retro, sed stat semper in suo tempore, & propterea necessario vocatio respectu istius de per se subsistere non potest, sed oportet quod referatur ad conditionis tẽpus ut aliquam essentiam in jure consequatur, quia est talis dispositio conditionalis, *d. L. hæres meus §.* 1. *L. hujusmodi ff quando dies leg. ced. L.* 1. *§. dies ff. cond. & demonstr. Menoch. lib.* 4. *præs.* 201. *n.* 48. *& seqq. Castil. lib.* 4. *contr. cap.* 56. *n.* 66. *& seqq. n.* 70. *&* 80. *Thesaur. forens. lib.* 1. *q.* 68. *n.* 6. *&* 12. *Fontanel. de pact. nupt. claus* 6. *glos.* 3. *p.* 2. *n.* 9. *&* 10. *Fusar. q.* 488. *n.* 3. *&* 4. *Gratian. forens. cap.* 136. *n.* 36 38 *& cap.* 721. *n.* 28. *&* 29. *Luca ad Gratian. d cap.* 136. *lub n.* 11. *&* 12. eleganter in simili *Portugal de donat. reg. tom.* 1. *prælud.* 2. *§.* 2. *n.* 17. *& seqq.* & nos
118 diximus *in comment. ad Ord. tom.* 7. *ad tit.* 87. *§.* 4. *n.* 220. *&* 221. Et vocatione transit dominium in eodem instanti, ac momento quo purificatur conditio, vel venit vocationis dies *Castil. lib.* 5. *cap.* 181. *n.* 45. *Pereir. dec* 25. *n.* 9. *Valasc. cons.* 122. *n.* 20. *&* 21. *Molin. de prim. lib.* 1 *c.* 1. *n.* 17.

Sed his non obstantibus, contrarium est verius, & in nostro casu talis resolutio applicari non potest, nec comprehendit dispositionem, & vocationem successorum ad trium majoratuum initam, quia vocati fuerunt in illorum favorem suorumque descendentium, & successorum, post hæredis Eduardi institutionem in re certa, & in usufructu, adhoc ut locum haberet successio post ejus mortem, & talis vocatio non fuit conditionalis, sed pura ab initio institutionis, ut supra diximus *n.* & infra dicemus licet executionem habuisset post Eduardi obitum, & quia dies incertus mortis Eduardi non fecit trium majoratuum dispositionem conditionalem, sed potius puram, ut probat expresse *text. in L. hæres meus* 79. *ff. cond. & demonstr. in princip.* faciendo differentiam, quod dies incertus imponitur per conditionem, an, & quando, aut quando ponitur pro incerto quando, sed certus an, & tempus mortis Eduardi, erat certum, quia statutum est hominibus semel mori, & existere debebat, & si evenisset in vita Antonii nominati ad tertii majoratus successionem, certa erat successio Antonii, & possessio, atque ita pura erat hæc vocatio, & ita licet antea é vita decessisset devoluta fuit successio ad ejus fratrem consanguineum proximiorem, ut docent *Cujac. lib.* 34. *q. Papin. in L. dies incertus* 75. *ff. cond. & demonstr. & lib.* 8. *observ. cap.* 1. *Donel. lib.* 8. *de jur. civil. cap.* 31. *Obsuald. ibi lit. B. & C. Cost. lib.* 1. *select. cap.* 17. *n.* 5. *Colleg. Arg. ad tit. de cond. & demonstr. n.* 7.

Et cum institutio, aut erectio trium majoratuum fuisset pura, vocatio Antonii ad unius illorum successionem non fuit conditionalis, sed tantum sulpensa ad exercitium, & possessionem *ex d. L. hæres meus*, statim post Eduardi mortem devoluta fuit successio ad Antonii proximiorem, *L. non tamen ff. ut legat. seu fideicommiss. nom. caneat.*

Et licet mora exercitium actionis Antonii suspenderet, adhoc ut non posuisset durante Eduardi vita petere majoratum, non suspensa vocatio fuit, *Cujac.* ubi supra, & cum in majoratu de quo agitur nulla conditio extitisset, sed tantum suspensio

incapienda illius poſſione, non datur conditio, *ex text. in d. L. hæres meus, & ratio text. in L. quod pure 6. ff. quando dies legat. ced.* non procedit reſpectu Antonii, neqne reſolutio contraria habet locum, neque contra ejus hæredem aut ſanguinis ſucceſſorem.

Eo maxime quando regula contraria tantum procedit in legatis, & fideicommiſſis ſimplicibus, & non in maioratus erectione pura, in qua non fuit vocatus Eduardus, ſed tantum uſusfructuarius bonorum, quare non poteſt ſucceſſio regulari ab eo, ſed à vocato Antonio, *ex reg. Ord. lib. 4. tit* 100. §. 2. ex qua vocatione dominium acquiſitum fuit, & ſuis ſucceſſoribus, ut exornat *Capyc. d. conſ.* 112. *n.* 21. *& ſeqq. Clem. Merlin. d. dec.* 505. *n.* 34. *& ſeqq.* & infra dicemus, & eleganter *Luca reſponſ.* 13. *n.* 9.

Ex tali enim vocatione dominiũ transfertur in vocatum multis *Robles de repræſ. l.b* 3. *cap.* 5 *n.* 10. *& 11. Acſolino reſol.* 108. ubi quis dicatur vocatus.

Et ab illo licet non ſucceſſiſſet regulanda eſt ſucceſſio ex dictis *à Paz de tenut. cap.* 35. *n.* 34. *Pereir. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 102. *Mier. ſup. n.*

119 Et talis diſpoſitio poſt mortem non dicitur conditionalis ſed pura, & licet primus vocatus decedat in vita hæredis non caducat quando datur alius ſubſtitutus, ut in ſpecie multis juribus tradit *Valaſc. conſ.* 139. *n.* 5. *& ſeqq. &* n. 13. proponit idem ſententiæ fundamentum, *& num.* 14. *& ſeqq.* latisfit, & pro nobis concludit de qua re vide etiam DD. *per text. ibi cod. de fideicommiſſ.*

Minus officit quintum ſententiæ fundamentnm in quo aſſeritur teſtatorem uſum fuiſſe verbis *chamo*, in quibus non poteſt comprehendi, uſumfructum, nec ad illum ſe referunt, quia ſi ille ſtatim Antonio acquiſitus fuerat, proprietas ubi primũ hæres uſusfructus evita deceſiſſet ex juris miniſterio conſolidandus erat ex proprietate, atque ita ſuperflua erat ejus vocatio. Reſpondetur enim, quod verbum *chamo* verificari poteſt 120
in uſufructu, ſecundum illius naturam ſicut etiam ad illum extenditur verbum hæres, & verbum *herdeiro*, aut *chamo* intelliguntur in legato quãtitatis, & uſusfructus, §. 1. *& fin. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. Ulpian. in fragment. tit.* 24. §. *ſin autem ſingulares de prim. rebus verbis diximus cap.* 5. *de maior. erect. cap.* 5. *n.* 503.

Et cum uſusfructus ſit ſeparatus à proprietate, nullum inconveniens dabatur, ut per Eduardi obitum conſolidaretur uſusfructus cum proprietate adhoc ut vocatus, aut ejus ſucceſſor in utroque jure ſuccederet, in proprietate, quia jam erat vocatus, & in uſufructu quia per Eduardi mortem conſolidatus fuit cum proprietate, cum multis *Gebius conſ.* 150. *n.* 3. *& ſeqq.* elegantes *Clem. Merlin. dec.* 505. *n.* 17. *& ſeqq.* & verba quantumcumque generalia reſtringuntur per verbum ſpeciale adjunctum, & intelliguntur in quantitate decem millia num. *L. ſea & ſi* 13. *ff. pro ſocio Portel de conſert. & fideicommiſſ leg. cap.* 6. *n.* 17. *Surd. conſ.* 34. *n.* 39. *& conſ.* 315. *n.* 16.

Et nulla ſuperfluitas dabatur, quia vocatio fuit in quantite inita, & in uſufructu, & in illis verificatur, & quando hac ratio deficeret apud Doctis argumentum à ſuperfluitate vitanda, eſt habitum pro tenui, & infirmo ut inquit *Fontanel. dec.* 397. *n.* 17. *& dec.* 526. *n.* 16. *&* 19. omnino videndus *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 8. *Fuſar de ſubſt. q.* 286. *num.* 3. *Caſſanat. conſ.* 51. *n.* 1. 121

122 Et licet verbum *mando* relinquo, & lego habeant latissimam significationem, & aptu sint ad institutionem pro hæredis compræhendam, *L. verbis* 120 *ff. verb. sign. L.* 1. *in princip. ff. ad leg. falsid. aut aliam dispositionem L. fideicommiss.* 85. *ff. leg.* 3. *L uxorem* 39. *§. legaverat ff. leg.* 3. *L. filium §. si legata juxta ff. leg. præst. Pichard. in rubric. Inst. de leg. n.* 5. *Donel lib.* 8. *comment cap.* 1. ubi *Obsuald. lit. D. Valenc illustr. lib.* 3. *tract.* 3. *de legat. cap.* 1. *n* 7. de quibus, & aliis verbis etiam *L. his verbis* 48. *ff. hæred. Inst. Ulpian. in fragm. tit.* 21. *in L.* 1. *§. qui neque ff. hæred. inst. Mantic de conject. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 8. & 44. *Obsuald. ad Donel. lib.* 6. *com. cap.* 17. *lit. C. L. Castel.* 6. *tit.* 3. *p.* 6. & in verbis relinquo *Valasc. cons.* 165. *n.* 4. *Merlin. de leg. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 2. *n.* 7. *Barb. vorbo relinquo* 346.

Et in verbis *mando Cevalh. com. q.* 114. *n.* 3. *Fusar. q* 247. *Barb. dict.* 189. *n.* 1.

123 Nihilominus tamen, hæc verba sunt intelligenda secundum materiam subjectam, & referuntur ad legata quantitatis, & ususfructus tantum, & non ad cætera bona, & residuum ex quo erexit maioratus ad alios vocatos, & in hoc casu non potest Eduardus dici hæres vinculi, nec vocatus ad illum sed tantum ad quantitatem decem millia numorum, & ususfructus, & hunc voluit tantum testator relinquere, & à residuo, & ejus proprietate censetur Eduardus excluſus, ut eleganter tradit *Gabriel cons.* 132. *n.* 42. probat *Menoch. cons.* 197. *n.* 55. *Fusar. de substit. q.* 352. *n.* 22. & cum in hoc casu possit verificari di verba non datur superfluitas, nec procedit argumentum de qua re vide *Castil. lib.* 4. *contr. cap.* 38. *n.* 15. 19. & 20. sed potius retorquetur, quia verbum *chamo* invenitur in vocatione Antonii ibi: *Chamo em primeiro lugar a Antonio.* Residuum enim verificatur in eo toto, quod remanet, *L. quod si medius ff. de hæred. instit. L. qui non militabat §. ultim.* & *L. pater tuus ff. eodem*, *exornat Aug. Barbos. dictione* 348. *per tot. Castil. lib.* 4. *contr. cap.* 16. *n.* 16. & *seqq.* & *signanter n.* 22. & *seqq.*

Et residui appellatione venit to- 124
tum, quod supereſt *L. cæterorum ff. verbor. L. quanquam cod. de testam. milit. Augusl. Barb. appellat.* 236. *Castilh. ubi supra.*

Et verbum, remanescens, signi- 125
ficat propriè, quod ex toto restat, *Cæsar lib.* 1. *comment.* ibi: *Demonstrant præter agrum solum nihil esse reliqui*, & *Cicer. lib.* 10. *epistul.* ibi: *Cupio nullam residuam solicitudinem esse*, & *idem est textus in L. si quidem* 24. *cod. transact.* ibi: *Residuam debiti partem petere minime prohiberis*; & ibi *Bald. n.* 4. *L.* 1. *cod. fin. regundor.* ibi: *Ac residuum retinere non prohibetur*, *Vicent. de Franch. dec.* 45. *n.* 3. & 4. & *notant DD. per text.* ibi *in Authent. cum rogatus cod. Trebellian.* quæ procedit ex ratione Trebellianicæ, vel ex ejus similitudine, & charitate, & non ex natura, & significatione verbi, quod supereſt, *Alexand. cons.* 216. *n.* 4. *vol.* 7. *Castilh. ubi supra.*

Et licet aliàs appellatione residui 126
totum contineatur *L.* 2. *cod. de hæred. institution.* procedit quando non est pars, seu non reperitur in cujus reliquum possit ita dictio verificari *L. qui non militabat §. fin. cum duabus seqq. cod. eod. tit. de hæred. instit. Alexand. cons.* 130. *vol.* 2. *n.* 7. eleganter exornat *Castilh. lib.* 4. *controv. cap.* 16. *n.* 16. & *seqq.* & eleganter *n.* 22. & *seqq. Actolino forens. resol.* 111. *num.* 45. & *seqq. Geurb. ad stat. cap.* 2. *glos.* 3.

Sic etiam non suffragatur sextum sententiæ fundamentum, ex quo deducitur

ducitur inſtitutionem hæredis eſſe dominii titulum translativum ſequuta additione, & cum clauſula, *que comeria os rendimentos*, ſubſequeretur inſtitutioni, cenſetur relicta proprietas, & non tantum uſusfructus, quia illius proprietas relicta fuit à teſtatore primo loco in inſtitutione hæredis, quod minime procedit ex inſpectione clauſulæ prohibitionis alienationis, quæ non convenit, nec accommodatur uſuifructui ſecundum juris normas, ex quibus uſusfructuarius non poteſt alienare, nec vendere, ſed tantum poteſt uti, & frui ſalva rei ſubſtantia, in qua ille conſtitutus fuit dominus, ex quibus ſequitur dictum Eduardum fuiſſe primum adminiſtratorem, & maioratus poſſeſſorem, quia cum reputetur hæres, ut diximus *ſup. n* 1.

127 Licet nominatus fuiſſet uſusfructuarius inſtitutio hæredis eſt titulus dominii translativus præcedente additione hæreditati, *L. his verbis* 48. *ff. de hæred. inſtituend.* ex quo exornat *Soccin. ſenior conſ* 33. *n.* 13. probat lato calamo *Peralta in rub. de hæredibus inſtituendis ex num.* 153. *Bald. conſ.* 136.

Et cum clauſula uſusfructus ſubſequatur inſtitutioni intelligitur legata proprietas, & non tantum uſusfructus, ut jam ſupra notatum eſt, & maxime præcedente prohibitione alienationis; & quando non agitur de ſimplici inſtitutione hæredis in ſolo uſufructu, ſed & ulterius eidem adita fuit à teſtatore prohibitio alienationis, ex illa reſultat, quod uſusfiuctus efficitur de formali caſualis, hæreſque eo caſu inſtitutus in uſufructu cum tali prohibitione, alienationis dicitur etiam hæres in proprietate, ne aliàs talis prohibitio efficiatur inutilis, & contra teſtatoris mentem in fructuoſa *Fuſar. de ſubſtit. q.* 684. *n.* 4. *Surd. conſ.* 45. *num.* 27. *Menoch. conſ.* 352. *n.* 16. *Gratian. cap.* 216. *n.* 1. *Bellon. de jure accreſcendi cap.* 7. *q.* 16 *n.* 384. *& ſeqq. Urſeol. conſult. foreſ. cap.* 38. *n.* 14. & etiam quia talis clauſula non convenit in uſufructuario, quia ille non poteſt alienare, nec vendere uſumfructum, nec 128
cedere *L. ſi uſusfructus verſ. & ſi extraneo ff jure dot.* & ſi vendat, amittit uſumfructum, & revertitur 129
ad proprietatis dominium *Olea de ceſſ. jur. & act. tit.* 2. *q.* 5. *n.* 2. *& ſeqq. Portugal de donat. reg. tom.* 2. *p.* 3. *cap.* 23. *num.* 59. & ultra quos refert multis juribus comprobat *Roſ. conſult.* 18. *n.* 1. latè *Lagunes de fructib. p.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Atque ita cum dicatur hæres inſtitutus, primus adminiſtrator dicendus eſt, ac maioratus poſſeſſor, & ab illo dirivanda eſt ſucceſſio in terminis *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2.

Sed his non obſtantibus contraria ſententia eſt tenenda, & ex ipſiſmet fundamentis probatur; nam relicta quæſtione, an uſufructuarius poſſit adire hæreditatem, & capere poſſeſſionem extra manum hæredis, de qua agit cum multis noſter *Ribeir. Neto in comment. juris civilis lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 5. optime *Garon. de continuand. poſſ. defunct. lib* 3 *tit* 3. *n.* 112. *& ſeqq.* eo ipſo quod adita fuit, ut in ſententiæ fundamento fatetur, ab Eduardo hærede inſtituto, ut poſt mortem reſtitueret, retorquetur argumentum, quia poſtquam hæres pri- 130
mo loco inſtitutus hæreditatem adivit, licet vocatus, aut fideicommiſſarius decedat ante reſtitutam ſibi hæreditatem, jam translatum erat dominium in eum, & jus ſucceſſionis tranſmittit ad ſuos hæredes, vel ſucceſſores, & adhoc ſufficit additio primi hæredis, ut multis juribus, & Doctoribus oſtendimus *in tract. de maiorat. erect. cap.* 5. *n.* 564. *pag.* 325. & loquendo in verbo *comera*, & gaudere

dere *Merlin. d. dec.* 505. *Tondut. civil. q. cap.* 87. *n.* 4. *& ſeqq. & de uſufructu Vargas dec.* 53. *n.* 16. *& ſeqq.*

Et ita procedit etiam in inſtitu-
131 tione maioratus innita, quia adhoc ut acquirant jus ſucceſſionis vocati, ſufficit acceptatio primi ſucceſſoris, *ut ex Molin. Faria, Caſtilh. Nogueirol. & aliis diximus forenſ. reſolut. cap.* 4. *ſub n.* 145. *verſ. quæ omnia in noviſſima impreſſ. in aaait. pag.* 333. *Hermoſil. in L.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 4. *n.* 14. & ita translatum fuit dominiū in Antonium ab initio, & cum poſt mortem Eduardi ipſemet vocatus
132 fuiſſet, non dicitur hæres uſusfructuarius inſtitutus, niſi quando poſt ejus mortem nullus ab jus inſtituatur, vel aliter non diſpoſueric, ut jam diximus, & tenet *Neto de jure civili lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 20. 21. & 22. & cum poſt mortem Eduardi inſtitutus fuiſſet Antonius, & vocatus ad maioratum, ſtatim ad eum translatum fuit dominium titulo vocationis, & poſt illius obitum pertinet ſucceſſio ad ejus conſanguineum proximiorem, & ſucceſſorem, quia ei fuit bonorum relicta proprietas, & Eduardo tantum uſum, cum multis *Doctiſſim. Aquil. ad Roxas p.* 1. *cap.* 6. *n.* 245. *Actolin. reſolut.* 103. *n.* 31. non obſtante alienationis prohibitione, ex qua non colligitur conjectura certa, & concludens, quòd voluerit etiam teſtator proprietatem relinquere, ſed immo obſcura, & incerta, dum facile ſibi erat hoc exprimere, ſi voluiſſet, & quidem paucis verbis omnem dubitationis caliginem repellere, & propterea recedendum non eſſe à verbis teſtatoris arbitror, quia ex illis apparet, ſolum uſumfructum relictum fuiſſe facta rationabili ponderatione, quod expreſſio prohibitæ alienationis poſita cenſeatur, vel ad tollendam omnem dubitationem, & ad clarius demonſtrandum, uſumfructum tantum relinqui, vel potius ex abundanti, quam quod ea aliquid novum operetur, ſiquidem in jure non eſt inconveniens, ut prohibitioni legis, 133 quandoque accedat prohibitio teſtatoris abſque eo, quod diſpoſitio in ſui ſubſtantia mutatur, aut alteretur, ut arguunt in noſtro, & ſimili calu *Pinel. in L.* 1. *p.* 3. *n.* 41. *cod. bon. matern. Conano lib.* 4. *comment. cap.* 3. *in fin. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 133. *n.* 3. *& conſ.* 594. *n.* 9. *Fachin. controv. lib.* 5. *cap.* 44. *Merend. controv. jur. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 5. *& ſeqq. Cavalcan. de uſufruct. mulieri relicto n.* 78. *Caſtilh. de uſufruct. cap.* 30. *n.* 34. *& ſeqq.* ubi defenſa hac reſolutione omnibus reſpondet contrariis prout teſtatur *Urſeol. d. cap.* 38. *n.* 15. *licet n.* 16. contrariam ſequutus fuiſſet opinionem; atque ita nihil obſtat clauſula prohibitionis alienationis adhunc effectum, maxime quando verificari poteſt in prohibitione alienationis ipſius uſusfructus, & commoditatis illius, & juris percipiendi fructus pro tempore vitæ ſuæ, quia in illis alienatio eſt permiſſa; ut multis tenet *Olea de ceſſ. jur. & act. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 10. *& ſeqq.* plurimis citatis *Vella diſſert.* 31. *n.* 16. *& ſeqq.* cum aliis *Portugal d. cap.* 23. *n.* 60. eleganter exornat *Roſ. d. conſ.* 18. *n.* 1. *& ſeqq.* tenet ad contrarium *Salgad. in labyrinth. cred. p.* 1. *cap.* 43. *n.* 23. *& ſeqq.* de qua re pro una, & altera parte, *Lagunes de fructib. p.* 2. *cap.* 5. & in hoc calu verificari poteſt dicta clauſula prohibitionis, quia hanc alienationem prohibuit teſtator, adhoc ut Eduardus frueretur, & uteretur, & bona ad utendum, & fruendum ad alium non tranſirent, ſed apud Eduardum conſervarentur, & non ad effectum, ut oſtenderet Eduardum inſtituiſſe ſucceſſorem ex hac cauſa, quando erat uſufructuarius,

&

& non proprietarius, nec hæres bonorum maioratus, ad cujus ſucceſſionem Antonius vocatus fuit, ex cujus vocatione jus ei, & ſucceſſoribus acquiſitum fuit, ut tranſmiſſum fuiſſet tale jus ad eorum favorem, ut ſtatim dicemus, & tenet *Urſeol. d. cap.* 38 *n.* 17. 18. & 19. & cum ſimiles ceſſio, aut donatio uſusfructus cenſeatur alienatio, ut tenet *Reynoſ. obſ.* 73. *n.* 7. nc Eduardus talem uſumfructum cederet alienationem prohibuit, & poſita fuit clauſula prohibitionis alienationis, & non ad alium effectum quia bona talem prohibitionem habebant inſitam á natura ratione maioratus in cujus erectione ſemper adeſt expreſſa, aut tacita prout tradit *Carvalh in cap Ranaldus de teſtam. 2 p. per tot.* & *ſeqq.* & pro una, & altera parte *Sperel. dec* 145. *n.* 35. *ſed n.* 39. ſublimitat quando ut hic non poteſt ſuccedere in proprietate, quia aliena vocatur a teſtatore, ut inquit etiam cum multis *Urceol. d. cap.* 38. *n.* 19.

Præterea obſtare non poteſt ſeptimum ſententiæ fundamentum, in quo proponitur caducam eſſe Antonii vocationem, & aliarum ab ea dependentium, & quæ in illa eſſent inclulæ, ratione non purificatæ conditionis, quia talis vocatio erat conditionalis, & reſpiciebatur non individualiter Antonii perſonam, ſed ſucceſſionem, quo caſu omnes ſequentes vocationes caducæ extiterunt cũ prima, ſi quidem ultimum diem clauſit extremum, in vita Eduardi primi hæredis, & adminiſtratoris, ex quibus ſequitur attendendam eſſe proximitatem ad ſucceſſionem, & metiendam á perſona d. Eduardi, & non Antonii cujus vocatio caduça fuit, & nullum jus ſucceſſionis tranſmiſit ad ſuos hæres aut ſucceſſores, ut probant jura, & DD. quo ad omnia, quos ego ipſe refero *in tract. de maiorat. erect. cap.* 5. *num.* 552. 553. 565. 596. 597. 598. & *ſeqq.* & probant jura *in L. unic.* §. *pro ſecundo*, & §. *ſin autem aliquid cod. caduc. tollend. L. ſi abeo in fine cod. uſufr. legat. L. thais ff. fideicommiſſ. libert. L. Julianus ait* 40. *ff. leg.* 2. *L. ſi pater filium ff. vulgar. L. liber homo* 59. §. *ſi ita ſcriptum ff. hæred. inſt. L. qui ex duabus* §. *fin. L. re conjuncti ff. leg.* 3. *L. Caſtel.* 3. 33. *tit.* 9. *p.* 6. *Trentacinq. de ſubſt.* 4. *p. tit.* 18. *n.* 18. *Surd. conſ* 362. *n.* 19. & *ſeqq. ad multa Sperel. dec.* 145. *n.* 34. & *ſeqq.* ubi comprobat *Urſeol. contr. cap.* 38. *per tot. n.* 6. & *n.* 17. & *ſeqq. Luca theatr. ver.* & *juſt. tom.* 10. *de fideicommiſſ. diſcurſ.* 107. cum multis *Palma alleg.* 64. *Amato reſol.* 40. *n.* 1. & *ſeqq. Queſad. Pilo contr.* 27. *n.* 21. & *ſeqq Actolino reſol.* 61. *n.* 34. & *ſeqq.* optime *Fuſar. de ſubſt. q.* 488. 489. optime *Caſſanat. conſ.* 2. *num.* 28. & *ſeqq. Caſtil. cap.* 119. *n.* 9. *Gratian. cap.* 771. *n.* 45. *Amat. var. reſol.* 42. *n.* 16.

Et quando inſtitutor maioratus 134
non fuit aſcendens ſed tranſverſalis, & vocavit conſanguineum, aut ejus lineam omnes deſcendentes vocati admittuntur, & ultimus abſque filiis decedat, finitur ejus familiæ ſucceſ- 135
ſio, & non tranſit ad patrem primi vocati, nec ad deſcendentes filiorum aliorum, quia cenſentur ejus tranſverſales excluſi, & devolvitur ſucceſſio ad fundatorem *Caſtilh lib. 5. cap.* 93. *ſub n.* 25. *verſ. at vero, de qua re vide Molin. lib.* 1. *cap.* 4 *ſub num.* 12. 13. 31. 32. 35. 39. & *cap.* 5. *n.* 1.

Sed his nihil ſuffragantibus multis fundomentis contrarium eſt, tenendum. Primo, quia, licet controverſum ſit, an quando teſtator uſumfru- 136
ctum relinquit, & poſt ejus mortem alium vocavit, poſſit vocatuſque hærede uſusfructus ſuperſtite deceſſit, fideicommiſſum ad ſuos hæ-

redes,

redes, aut successores transmittere, vel potius tanquam ad caduci causam rediisset; in qua sane quæstione, quæ lege aliqua expressa non reperitur decisa, agunt citati ab *Sperel.*
137 *dec.*145.& alii infra citati. Nihilominus tamen, crebrior atque receptior est sententia negativa, secundum quam institutus in usufructu bonorũ aliquorum, dato substituto, vel cohærede, iste substitutus loco hæredis habetur, qui statim pure, & absque conditione potest adire, & acceptare bona, & non caducat vocatio sed potius ad suos hæredes transmittitur successionis jus, ut multis resolvit idem *Sperel. d. dec.*145. *n.* 19. & numeris seqq. multis exornat, & *n.* 33. asserit procedere etiam casu, quo testator aliis institutis, dicat usumfructuarium dominum constituere, & licet *n.* 34. & *seqq.* aliqua ex fundamentis sententiæ referat, & fere omnia *n.* 39. sublimitat, ut nequaquam procedant si relictum ususfructus fiat ei, qui non sit capax proprietatis ut hic, quia ad illius successionem titulo maioratus sunt alii vocati; & ibi multos refert, & asserit esse communem, & ita judicatum fuit in casu de quo *sup. cap.*36. diximus.

Hanc eamdem sententiam sequuntur supra citati, & defendunt *Bellon de jur. accresc. cap.*7. *q.* 16. *n.* 343. & *seqq.* eleganter exornat, & defendit *Castil. de usufr. cap.*8. *n.* 43. 44. & 45. *Tondut. civil. cap.*87. *n.*4. & *seqq.* tenent citati *à Luca theatr. ver.* & *just. tom.*10. *discurs.*107. *n.*3. & 4. & 5. ubi allegat etiam *Bart.* & *n.*9. & *per tot.* ubi in simili casu loquitur, & de vocatione, & fideicommisso, & esse sequendam hanc opinionem in praxi ostendit *discurs.* 110. *n.*7. eleganter multis rationibus comprobat, & judicatum tradit *Clem. Merlin. dec. Rot.*505. *n.*7. 8. 9. 10. 11. *junctis quæ n.*17 & *seqq.* eleganter etiam, & in simili casu *Capyc. Latro cons.*112. *num.*21. 22. & *seqq. Thesaur. forens. lib.*3. *q.*81. *Vargas Machuca decis.*53. *n.*123. eleganter ad omnia *Amato var. resol.*40. *n.*8. & *seqq.* ubi ad contraria respondit *Luca de linea legal. respons.*13. *n.*9. agunt jura, & DD. quos refert *Urceol. d. cap.*38. *n.*7. 17. 18. & 19.

Et quando hæc opinio non fuisset vera, ut est, attamen contraria sententia plures habet limitationes, ex quibus licet vocatus præmoriatur, jus successionis transmittitur ad suos hæredes, & successoribus; quod ex voluntate testatoris expressa, vel tacita etiam in fideicommissis, & vocationibus cõditionalibus datur transmissio, & cessat caducatio, quia ipse testator facere potest transmissible, quod aliàs non transmitteretur, *ut ex* L. *ex facto ff. de hæredib. instit.* tradit eleganter *Peregrin. de fideicom. art.*30. *n.*9. optime etiam *Gregor. Lop. in* L.34. *tit.*9, *p.*6 *verb. antequam se cumpriese la condicion.*

Dummodo hæc voluntas sit evidens, & deducatur esse ipsomet testamento per conjecturas sublatas à verbis institutionis, præcedentibus quibus fideicommissum etiam conditionale transmittitur, & non fit caducum, nec locum habet caducatio, ut multis citatis tenet *Dec. cons.*55. *col. penult. Nata cons.*551. *n.*20. & *seqq. Decian. cons* 29 *num* 23. *lib.*4. *Mantic. de conjectur. lib.*11. *tit.*20. *n.*9. ubi dicit communem esse opinionem *Trentacinq. de substit.*4. *p. cap.*14. *n.*6. *Peregrin. d. art.*30. *n.*10. *Fusar. de substit. q.*490. *num.*87. *Cravet. cons.*62 *in fin. Bertazol cons.* 83. *lib.*1. *Reminald. cons.*13. *Peguerra dec.*102. *n.*11. *Cancer. variar. resolut.*3. *cap.*21. *n.*89. *Ramon. cons.* 74. *n.*11. *Censal ad Peregrin. in respons.*2. *ad artic.*25. *vers. dico*, cum mul-

multis *Palma alleg.* 64. *n.* 9. *& ſeqq.*

Et ita in noſtro caſu ceſſat caducatio, & habet locum tranſmiſſio ad ſucceſſores Antonii ex voluntate teſtatoris non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita deducta per conjecturas. Expreſſa, quia in noſtra inſtitutione ita invenitur diſpoſitum in primo maioratu in verbis : *E ſendo morto a eſte tempo o dito Andrè de Azevedo. paſſarà a ſucceſſaõ deſte morgado a ſeu filho varaõ legitimo mais velho, ou a ſua filha legitima, ou a outro qualquer deſcendente ſeu de legitimo matrimonio, que a eſſe tempo for vivo.* Ex quibus verbis patet, quod licet vocatus præmortuus ſit, ſuccedere debet ſequens, & ad eum tranmittitur ſucceſſio, & non caducat, quod etiam patet ex conjecturis deductis ab ipſamet inſtitutione, & ita invenitur etiam diſpoſitum in aliis clauſulis teſtamenti impreſſi, *pag* 41. 54. *verſ.* 55.

1382 Prima conjectura deducitur ex verbis teſtamenti, ex quibus oſtenditur, inſtitutorem vocaſſe, & inſtituiſſe multos de ſtirpe, & diverſis familiis, inſtituendo vocatos incertis partibus, & maioratum in tres partes, quo caſu dicitur inſtitutio facta in ſtirpes, ex dictis *á Menoch. conſ.* 333. *n.* 33. *Farinac. dec.* 59 *in noviſſimis tom.* 2. *n.* 4. *&* 5. & probat etiam *Fuſar. q.* 490 *n.* 172. *in fin.* licet contrarium videatur ſentire *Surd. conſ.* 362. *n.* 19. *Palma ſup.*

1397 Et quando vocatio, aut ſubſtitutio eſt facta in ſtirpes, licet vocatus præmortuus ſit, non fit caduca, ſed tranſmittitur jus ſucceſſionis ad filios, & in eorum defectum ad tranſverſales, licet vocatio referatur ad tempus mortis, & ſit conditionalis, ita reſolvunt *Soccin. ſedior in* L. *hæredes mei* §. *cum ita n.* 57. *ad fin. ff. ad Trebellian. & conſ.* 104 *n.* 4. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 130. *n.* 3 *lib.* 3. *Paris conſ.* 36. *n.* 5. *vol.* 2. ibi : Quod etiam ſuadetur ex illis verbis in ſtirpem, per quæ apparet, non ſolum filiis, ſed etiam deſcendentibus ex aliis præ defunctis admittuntur ; ita *Soccin. conſ.* 104. *quoniam præſens, n.* 5. *vol.* 3. ubi à fortiori vult, quod etiam in ſucceſſione tranſverſalium hoc admitteretur *Decian. conſ.* 82. *num.* 71. *vol.* 2. *eiſdem verbis* ; *Integriol de ſubſtit. centur.* 3. *q* 47. *n.* 15. *Oado de compendioſa ſubſtit. p.* 6 *art.* 2. *n.* 18. *Trentacinq. q.* 4 *cap.* 14. *n* 24. *Mantic. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 26. *verſ. duodecima, ſequitur Fuſar. de ſubſtit. q* 490. *n.* 172.

Secunda conjectura, aut limitatio reſultat, quia inſtitutor juſſit, reſiduum eſſe devidendum inter tres familias per viam maioratus ab eo erecti, vocationes faciendo, & ſubſtitutiones declarando in forma inſtitutionis cum perpetuitate, & clauſulis ibi inſertis, ratione conſanguinitatis bona diviſit cum magna æqualitate, & amore erga Antonium, & Andræam fratrem, & ex hac conſideratione debet eſſe locus tranſmiſſioni, non obſtante obitu Antonii in vita Eduardi, ut ex *Ruin. conſ.* 145. *n.* 6. *lib.* 2. *Mantic. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 25. & aliis tenet *Farinac. d. dec.* 59. *n.* 2.

Tertia conjectura, ſeu limitatio deducta eſt ex prædictione inſtitutoris erga Antonium, & Amdream fratrem, de qua patet in teſtamento ex illius geminatione, de qua inſtitutor profitetur in variis vocationibus, & diſpoſitionibus, quo caſu tranſmiſſioni fideicommiſſi conditionalis locus eſſe debet ad excluſionem aliorum, qui minus dilecti in tertio maioratu inveniuntur non vocati expreſſis verbis, ſed in poſteriori loco per relationem, ut quo ad unam, & alteram partem tenet *Menoch. conſ.* 333. *n.* 31. & 32. *Fuſar. q.* 490. *n.* 103.

103. *Valasc. conf.* 193. *n.* 1. *& seqq.*

Quarta conjectura, seu limitatio est digressus ad plures gradus substitutionum, quæ invenitur in testatoris institutione, ex qua deducitur evidens conjectura transmissionis, ut concludunt *Alexand. in L. si pater n.* 3. *ff. vulgar. Nata conf. ultim. n.* 4. *lib* 4. *Cephal. conf.* 16. *n.* 45. *Menoch. conf.* 211. *n.* 108. *Oddo conf.* 54. *n.* 10. *Anton. Gabriel de hæredib instituend. concl* 2. *n.* 33. *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 24. *& dec.* 120. *Ludovic. dec.* 102. *n.* 11. *Vivio dec.* 398. *num.* 2. *Cavalcanus dec.* 19. *n.* 101. *Fontan. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 10. *p.* 2. *n.* 43. *Fuser. q.* 490. *n.* 142.

Quinta conjectura aut limitatio est, quod filii Antonii, & substitutorum sunt in conditione positi, & hæc conditio operatur, quod fideicommissum conditionale transmittatur, ut multis citatis tenent *Rusticus de filiis positis in conditione lib.* 6. *cap.* 4. *Mantic. d. tit.* 20. *n* 15. *Gabriel d. concl.* 2. *n.* 35. *Maynard. dec.* 33. *Menoch. cons.* 333. *n.* 26. *& 27. qui* 22. *Doctores allegat. Vivio dec.* 398. *n.* 5 *Ramon. conf.* 76. *n.* 15. *Fontanel. ubi supra n.* 43. de qua re etiam idem *Ramon. d. conf.* 74. *n* 12.

Et licet aliqui dicant, hanc con-
140 jecturam habere locum, quando pertendentes sunt descendentes, & non extranei; contraria nihilominus sententia est verior, & fideicommissum conditionale transmittitur, etiam quando est extraneus substitutus, *Codex Fabrian. lib.* 6. *tit. de fideicommis. dec.* 38. *Cancer.* 3. *p. var. cap.* 21. *n.* 89. *Peguerra dec.* 102. *Ramon. conf.* 74. *n.* 23. & judicatum refert *n.* 76. *Sesse dec.* 68. *n.* 9. *Menoch. conf.* 333. *n.* 28. *Amat. var. resol.* 40. *num.* 8. *& seqq.*

Et quando hæ limitationes deficerent, & regula existeret, hæc non
141 habet locum in successione bonorum maioratus, in qua caducitas primi vocati, aut gradus non influitur in posterioribus. ad quos transit maioratus, non obstante primorum graduum caducitate, ut in specie tradit *Molin. ae primog. cap.* 1. *n.* 17. *lib.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 39 & utrobique ejus addentes dicendo regulam esse trictam pluribus *Castilh. lib.* 3 *contr. cap.* 15. *n.* 45. *& cap.* 181. *n.* 45. & tenent multi alii, quos ego ipso refero *in tract. de maiorat. erect. cap.* 5. *n.* 366. *& seqq.* ubi late exornavimus, *& 2. tom. cap.* 10. *num.* 853. 854. 855. *pag.* 463.

Et succedit sequens in gradu, tan- 142
quam si præcedens in gradu non fuisset illo sublato de medio, *L. pater filium ff. de inofficios. testam. Molin. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 17. *ubi Add. vers. ex quo & cap.* 9. *n* 29 *Castilh. d. cap.* 15. *n.* 46. *&* 47. *Peregrin. art.* 15. *n.* 22. *de fideicom.* vel consanguineus proximior *ex L. in plurium* 70. *ff. de acquir. hæredit.* licet sit transversalis *Molin de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 38. *&* 39 & ibi Addentes *Castilh. tom.* 2. *cap.* 22. *n.* 39. *&* 57. & in nostro casu de vocato post mortem *Gratian. forens. cap.* 771. *n.* 41. ubi de differentia inter maioratus, & fideicommissum adhunc effectum *Valasc conf.* 121. *&* 139.

Et cum substitutio fideicommissaria, sicut est innita in maioratu, sit comprehensa tacite in vulgari sequentes substitutiones, tunc locum habent, quando primæ caducant, aut locum ex quocunque capite habere non possint, ut docent *Menoch. conf.* 494 *n.* 39. *Castilh. d. cap.* 15. *n.* 45. & ita non habet locum argumentum, quod sublato medio, & inhabilitato primo vocato aut gradu tollitur dispositio, & caducatur sequens substitutio ratione dependentiæ, quia 143
in maioratibus non datur dependentia primæ vocationis, sed vocatio uniuf-

unius cujusque deper ſe ſine ulla connexione ſubſiſtit, ut reſpondit *Fuſar. q.* 469. *n.* 39. & 40. *& probatur ex dictis ſupra cap* 22. *n.*

Et cum non detur caducitas maior, quam orta ex impedimẽto tranſmiſſionis propter non adimplementum conditionis, *Fuſar. q.* 490. *n.* 1. *& ſeqq.* tamen non habet locum in terminis propoſitis, & maxime quando datur voluntas expreſſa, aut tacita, *Fuſar. d. q.* 490. *n* 49. *& ſeqq. Peregrin. de fideicom. art.* 15. *n.* 29. & multis rationibus comprobat, & circa ſucceſſionem acquiſitam ex propria perſona, & ſucceſſionem ab inſtitutore, *Fuſar. d. q.* 469. *n.* 37. 38. 79. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 17. *Caſtil. cap.* 161. *n.* 11. *& ibi Add. ad Molin. & lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 39. ubi quod cæteri gradus non caducant *Robles de præſ. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. & 7. & cum multis *lib.* 2. *cap.* 350. *n.* 32. 33. 34. & 35. eleganter idem *Fuſar. q.* 490. *n.* 100. 108. 126. 180. optime *Gratian. forenſ. cap.* 771. *n.* 41. *quem vide, & eſt text. expreſſus in L. un. §. ſint autem eadem lege cod. caduc. tollend. quem refert Valaſc. conſ.* 139. *n.* 5. & *n.* 13. proponens fundamentum ſententiæ *n.* 14. *& ſeqq.* latisfit., & in maioratu tot ſunt vocationes, quot ſunt perſonæ.

144 Et in legatis, & fideicommiſſis tranſmititur jus ſucceſſionis ad legatarium, aut fideicommiſſarium licet moriantur antea legatarii, aut fideicommiſſarii, & non adita hæreditate ut multis juribus tradit *Fuſar. q.* 487. *n.* 1. & 5. 488. *n.* 1. *Gratian. forenſ. cap.* 136. *n.* 1. & 7. *& ibi Add. & it.*

Et cum maioratus inſtitutus de certa portione non dicatur inſtitutus per viam inſtitutionis, ſed legati, aut fideicommiſſi, ut inquit primum ſententiæ fundamentum, & diximus *n.* non requiritur primum vocatum acceptaſſe, adiiſſet, aut agnoviſſet, ut dictum eſt, maxime data prohibitione alienandi quo caſu etiam legatum conditionale tranſmittitur, ut in præſenti *Caſtil. lib.* 4. *cap.* 55. *n.* 68. *Fuſar. de ſubſt. q.* 490. *n.* 141.

Et quando alicui ſubſtituitur, & vocatur quidam ſi inſtitutio inſtituti redatur ad cauſam caduci, quia deceſſit, antequam impleretur conditio, ſub qua inſtitutus eſt, ſubſtituti ejus loco ſubrogabuntur, & ex propria vocatione admittuntur, *ex Molin. de primog. lib* 3. *cap.* 6. *n.* 38. & aliis *Reynoſ. obſerv.* 24. *n.* 32. *& ibi Add. Amat. var. reſol.* 40. *num* 8. *& ſeqq.* & infra, & ita ad omnia eſt videnda doctiſſima deliberatio ſenatoris informantis de qua *ſup.* §. *primo n. & ſeqq.* 145

Et ſi ex duobus primo dilectis alter deceſſerit filius tamen iſtius præmortui cum altero nominato non admittitur, ſed aliter ſolus nominatus obtinebit fideicommiſſum, cenſetur enim rogatus alteri reſtituere, ut inquit *Groſſ. in §. fideicommiſſum q.* 16. *n.* 5. *verſ. & hoc adeo Cov. pract. cap.* 38. *n.* 4. *Peregrin. de fideicom. art.* 21. *n.* 23. & 31. *Robles de repræſ. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 46. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 459. *n.* 6. *Menoch. conſ.* 200. *n.* 16. & 17. omnino videndus *verſ. ſecundo*, & diximus *cap.* §. 146

Et quando diſpoſitum fuit de reſiduo, quod non hæres univerſalis inſtitutus *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 7. *q.* 14. *n.* 161. & 162.

Deinde non habet locum oppoſitio octavi ſententiæ fundamenti, quod dictus Eduardus poſſeſſor fuiſſet, cum in poſſeſſionem non intraſſet, ut dictum extat, dictus Antonius, quærenda erat proximitas cum inſtitutore, delato maioratu ad Ludovicum Gomeſium ſupplicantis patrem, quod fuerit ingradu proximior, & in meliori maſculinitatis qualitate conſtitutus, filius namque erat Joan-

nis Gomesii institutoris fratris, at supplicatus cujusdam sororis nepos, & ita ut talis succedere debet attenta proximitate institutoris, *ex Amat. var. resol.* 10. *Cyriac. forens. contr.* 269. *n.* 14. *& seqq. Actolin. resol.* 14. *n.* 38. *& seqq. & resol.* 111. *num.* 63. *& seqq.*

Et non vocati quia non acceptavit, nec possessionem apprehendit, de qua re *Paz de tenut. cap.* 35. *n.* 14. & 18. 19. 23. *Mier. de maior. p.* 2. *q.* 8. *n.* 14 *in prima edit Cyriac. contr.* 414. *n.* 9.

Sed his non obstantibus contrarium est dicendum, & attendendum esse ad proximitatem ultimi possessoris, vel nominati, & non institutoris, ut statim dicemus, & eleganter tradit *Gregor. de Ganaverr. cons.* 5. *n.* 128. *usque ad* 135. ubi ait scriptum relinquit in verbis sequentibus: Aut sumus in terminis fideicommissi particularis, & temporalis, *ut in d. L. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. ii*, & *tunc in dubio* (*quoniam in claris non est ambigendum L. ille, aut ille ff. de legat. ii*) attendendam esse proximitatem testatoris transeat. Aut sumus in terminis fideicommissi perpetui, gradualis, & successivi, relicti Titio, & ejus familiæ, posteris, & descendentibus; & in hoc casu, successione semel introducta inter contentos sub illis nominibus collectivis: dubitari non potest quin debeat percurrere fideicommissum per tramites successionis legitimæ inter eos, computando proximitatem vo-
147 cati ab ultimo possessore: Instituens enim tacitus voluit se conformare cum dispositione juris communis, dum non dedit aliam formam succedendi inter collectivé vocatos. *Vulgata L. fin. cod. de verbor. signific. gl. in d. L. cum ita §. in fideicommisso. Verbo nominati sunt circa fin. vers. & sic post nominatos ff. de legat. ii. quam sequitur*, & dicit communiter in hoc puncto receptam *Paris. cons.* 3. *num.* 41. *lib.* 1. *& cons* 38. *num.* 1. *lib.* 2. & passim per eum. *Julius Clarus lib.* 3. *sentent. §. testamentum q.* 76 *vers. secundo infertur*, ubi probat per alios plures. Circa tamen discursum successionis legitimæ, est advertendum, quod quilibet vocatus 148
ad fideicommissum est dupliciter successor nempe: Testamentarius quoad testatorem, & ligitimus quoad ultimum possessorem. Cujus distinctionis ministerio declaratur, & facile resolvitur supra posita quæstio: verbi gratia, de voluntate testatoris quilibet vocatus post ultimum gravatum, ideo est vocatus, quia reperitur proximus legitimus successor, & immediatus eidē ultimo possessori. Et ab eo accipit quantitatem, & qualitatem proximitatis; hoc est, in quo gradu descensivæ, vel collateralis successionis sit: Hæc etenim veniunt explicatæ de natura legitimæ successionis, ut patet in nostro Authentico. §. quia igitur. Et in simul accipit ab instituente bona deducta in fideicommisso, & ex ejus voluntate reperitur vocatus in persona propria sua, & ideo ipsemet legitimus successor quoad ultimum possessorem, & testamentarius quoad instituentem. Quæ duo erant inter se, non solum diversa, sed contraria *L. quandiù* 39. *ff de acquirend. hæred.* nisi voluntate disponentis, ea unirentur, sed uniuntur ad diversa: testamentaria enim successio dat hæreditatem, 149
& successio legitima declarat successorem. Et sicut diversa sunt; & diverso, operatur, ita de uno ad aliud non licet argumentari, *L. Papinianus exuli ff. de minorib.* Quanvis namque esse hæreditarium liberat novum successorem à factis, & obligationibus prædecessoris sui ultimi gravati, *L. cum à matre C. de rei ven-*

vendicatione, quia reperitur ſine dependentia illius in propria ſua perſona vocatus, in quibus terminis loquitur *text. in d. L. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar.* Non inde ſequitur, à teſtatore eſſe computandam proximitatem novi ſucceſſoris. Quoniam voluntas ejuſdem teſtatoris eſt in cõtrarium, dum dedit fideicommiſſum univerſæ familiæ, ut diſcurreret per eam juxta regulas ſuæ ſucceſſionis legitimæ, *ut nuper num.* 129. *probavimus.* Et ideo hoc argumentum reprobarunt *Mettheatius de fideicomiſ. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 15. *verſ. non obſtant duo. Julius Clarus lib.* 3. *ſenten. §. teſtamentum q.* 76. *verſ. ſed hic occurrit. ibi, nec dicatur quod Socin. Jun. conſ.* 126. *n.* 20 *ad n.* 42. *lib.* 1. ubi latiſſimè, & eundem argumentum re-
150 probarunt omnes tenentes computandam eſſe proximitatem ab ultimo gravato: quorum quantitas uſque ad 56. enumeravit *Socin. Jun. d. conſ.* 126. *n.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. *ut advertit Clarus d. q.* 76. ubi proximè, & retulit alios. Itaque vocatus ad fideicommiſſum debet eſſe legitimus ſucceſſor ultimi gravati, & ideo ab eo, & innumerantur gradus proximitatis cum ſua qualitate deſcenſiva, vel collaterali.

Et cum Eduardus non ſit poſſeſſor maioratus per ſucceſſionem, nec detur, in uſufructuario jus proprietatis, ſuccedit in ſuo loco nominatus, qui ſi viveret ſuccedere debebat, quia in maioratus ſucceſſione ſuccedit proximior vocati, licet in vita etiam primi vocati ultimum diem claudat extremum, ut multis rationibus exornatur in doctiſſima deliberatione, de qua *n.* *& ſeqq.* & probat *Reynoſ. Paz ſup.* & alii infra referendi.

151 Vocatio enim in maioratus ſucceſſione non caducat, nec expirat in primo, ſed continuatur in aliis ſucceſſoribus vocati, aut vocatis, cum multis *Palma alleg.* 27. *n.* 1. 2 3. & 4. & nos diximus *tom.* 3. *maiorat. cap.* 22. *n.*

Atque ita ſuccedere debet Andreas frater primi vocati, & proximior ejus, & ab illo regulanda eſt ſucceſſio, & non ab Eduardo adminiſtrator uſusfructus, & hæres inſtitutus, non ſolum ex dictis in dicta doctiſſima deliberatione, de qua *ſupra n.*

Sed quia cum regulanda ſit ſuc- 152
ceſſio, à vocato, ſuccedere debet frater Antonii primi vocati, quia uti proximior, & frater cenſetur vocatus ad hujuſmodi maioratus ſucceſſionem, & poſt nominatos admittuntur, qui proximiores ſunt ingradu etiam non nominati, *gloſ. in L. cum ita §. in fideicommiſſo ff. leg.* 1. *L* 3. *cod. legit. hæred. cap.* 1. *de natur. ſucceſſ feud. L. caſt.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *L.* 9. *tit.* 1. *p.* 2. ubi *Greg. Lop. gloſ. verbo de ſu finamiento Bart. in L. ſi cognatis n.* 5. *de reb. aub. Valaſc. de jur. emph. q.* 50. *n.* 34. *Molin. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 38. *& lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 14. *Valenc. conſ.* 97. *n.* 17. *&* 19. *D. Aquil. ad Rox. p.* 1. *cap* 6. *n.* 245. *Robles de repræſ lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 32. *& ſeqq.*

Licet contrarium videatur ſentire, & procedere tantum in filiis, & 153
non in tranſverſalibus, *Molin. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 7. 8. *Gama dec.* 354. *n* 6. *& eſt text. in L.* 1. *§. liberis ff. liber. agnoſcend.* ibi: liberis autem tantum, & parentibus Prætor proſpexit non etiam fratri, aut ſorori *Iſornia in cap.* 1. *§. quid etiam tot. Epiſcop. vel Abb. in feud. n.* 2. *Dec. conſ.* 516. *n.* 18. *Bald. in L. quibus cod. ſecund. nupt.*

In fideicommiſſorum familiæ, & 154
maioratu prius ii debent præferri, qui nominati ſunt, & poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint, & unius vocatio comprehendit eos, qui ſunt ex ejus linea

nea recta, vel transversali, *Lara de vita hominis cap.* 30. *n.* 10. & 100. *Fontanel. dec.* 35. *n.* 15. *Castil. cap.* 92. *n.* 50. & *cap.* 93. §. 1. *lib.* 5. & *lib.* 3 *cap.* 19. *n.* 95. 106. 188. *Cyaric contr.* 301. *Tondut civil tom.* 2. *q.* 99 *Amat. resol.* 1. *n.* 29 & 53. *Geurb. de feud.* §. 2 *glos.* 10. *n.* 34. & 50. *vers. sed illud C. esp. de Valdaur. observat.* 20. *Rox. de incomp p.* 5 *c.* 4. qui in descendentibus, & transversalibus loquuntur *Cyriac. contr.* 269. & 303. *Add. ad Molin. lib* 1. *cap.* 4. *n.* 38. & *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 30. ubi multos refert *Castil. d. cap.* 93. *n.* 44. & *cap.* 166 *quos refert Doctissimus Aquila ad Roxas de incomp part.* 1. *cap.* 6. *num.* 374. & *seqq.*

Et virtute vocationis unius com-
155 prehenditur etiam qui vocatus non est, ut si vocetur filius Petri, & descendens ejusdem filii illis deficientibus succedit, pater Petrus, qui vocatus non fuit, & pro utraque parte multa docte allegans tradit *Doctiss. Aquil. ad Rox. d. cap.* 6. *n.* 269. ubi allegat *Barbat. de fideicommiss. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 24. & *in propunacul. verit. post tract.* & *cap.* 4. *insp.* 4. tenet post filios vocatos, patrem ipsum si vivat admittendum *ex L. unum ex familia* §. *in fideicommiss. ff. leg.* 1. quod non est dubium licet agnoscat vocatum expresse parentem non videri in filiorum vocationibus, *Cyriac. contr.* 365. *n.* 27. & *contr.* 281. *n.* 87. *Doctiss. Aquil. in addit. ad Roxas p.* 8. *cap.* 5. *n.* 30. ubi an vocato filio fratris, frater ipse vocatus censeatur.

156 Et qui maioratum instituit, ad successionem censetur vocare familiæ descendentes, & illis deficientibus transversales, qui subintrant in vocati locum, *Nogueirol. alleg.* 9. *n.* 14. & *n.* 59. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 38. & *ibi Add.* & *cap.* 5. *n.* 20. & *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 42. & *ibi Add. Valenc. cons.* 69. *n.* 8 & *cons* 97 *n.* 17. optime *Larrea dec.* 8. *n.* 48. *Menoch. cons.* 97. *n.* 51. & optime *cons.* 220. *n.* 15. *idem Valenc. cons.* 113. *n.* 69. & *seqq. Castil. d. cap.* 93. §. 1. *n.* 30. & 40. & *cap* 166. *n.* 47. & 26. & *seqq.* & *lib.* 2 *cap.* 22. *n.* 39. & 57. & *quare n.* 34 & *seqq Giurb. de feud.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 56. *vers. secundus* & *glos.* 10. *n.* 48. *Cald cons.* 15. *n.* 4 *Fusar. q.* 359. *n.* 1. & alios multos allegando exornavimus *in tract. de maiorat. erect. tom.* 1. *cap.* 5. *n.* 33. & *seqq. pag.* 203. & *pag.* 204. & *cap.* 2. *n.* 29. & *seqq.* & *n.* 64. & dicemus *tom.* 3. *cap.* ubi judicatum, & tenent etiam *Molin. Theolog. de just* & *jure disp.* 588. *n.* 2. *Mier. de maior, p,* 1 *q,* 48, *num,* 22. *Garcia de nobilit, glos,* 31, *n,* 6, *Spino de testam, glos,* 19, *n,* 83, elegantet *Perez cons,* 6, *n,* 4, & 5, *cap,* 1 *de nat, succes.* feudali ubi post descendentes vocantur transversales bonus *text, in auth, de hæredib, ab intest. veniens novel* 118. *col* 9 *cap,* 3 *Guanaver, cons,* 1, *n,* 10, & *seqq.* & *cons,* 5, optime *Cyriac, forens, contr,* 269, *n,* 34, & *seqq,* 303. *n,* 41, omnino videndus. *D. Aquil, ad Rox, p,* 1, *cap,* 6, *n.* 245,

Atque ita debet succedere consanguineus proximior primi vocati licet fuisset vocatus post Eduardi mortem, & sequens admittitur non obstante caducitate allegata, quia li- 157
cet vocatus post mortem alicujus ante eum decedat; nihilominus ista substitutio facta in maioratu non remanet caduca, sed bona maioratus ad alios vocatos post eum deferuntur, ut tenet *Gratian, forens, tom,* 4, *cap,* 771, *n,* 41, ubi multos allegat, & ita debet successio devolvi ad fratrem, tum ex juribus supradictis, tum etiam ex testatoris voluntate, ex qua deducitur voluisse per obitum Antonii succedere Andream fratrem, ut patet ex testamento *impress. pag,* 41, 54,

54.55.91.92.101.111.112.127. & cum Antonius fuiſſet vocatus licet non ſuccederet ab ejus perſona regulanda eſt proximitas adhoc ut poſſit frater in maioratu ſuccedere, quia *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 2. Limitatur quando datur vocatio alicujus ex §. 3. & ita conſanguineus proximior ex vocato ſuccedere debet, licet ipſe vocatus in vita hæredis præmortuus fuiſſet, ut jam ſupra diximus *n.* & infra dicemus.

Et in materia perpetua maioratus: in qua verſamur, expeditum eſt, mortuo vocato in prædeceſſoris vita, vocationem ejus non effici caducam reſpectu aliorum, qui ſaltem de ejus linea effectiva, vel contentiva

158 ſunt. Iſti nanque in dubio vocati ſemper cenſentur, præferendique veniunt ex præſumpta teſtantis voluntate, qui eadem affectione, qua vocatum aliis prætulit, cenſetur proximiores ejuſdem lineæ prætuliſſe juxta *text, in L, cum ita §, in fideicommiſſo de legat, 2, Molin, lib, 3, cap, 9, n, 12, verſ, tertio hoc etiam, & cap, 6, n. 30, cum ſeqq*, neque in hoc putamus differentiam aliquam conſtituit vere poſſe inter lineam vocati, qui maioratus poſſeſſionem fuit adeptus, & illius, qui ante diem

159 ſuæ vocationis functus fuit vita. Quia conjectura affectionis erga vocatos. & ejus lineam, non à poſſeſſione bonorum, ſed à prænominatione, & ſpeciali vocatione procedit *ex L. quoties in princip. ff. de uſufruct. L. hæredes mei § fin. ad Trebel. L. Publicis, §. fin. ff. de condit. & demonſt.* cum aliis citatis *à Simone de Prætis lib. 1. interpret. 2. dubio 2. ſolutione 5. n.* 18. & 19. *Monte Pieus* late *conſ.* 96. *pro Duce de Alburquerque n.* 73. *cum ſeqq.* & in individuo, & ſpecie caſus noſtri conſiderat *Anton. Rub. in L. Gallus §. quidam recte colun. 4. verſic. ſexta concluſio ff. de liber. & poſth. Matienſ. in L. 5. tit. 7. lib. 5. recopilat. gloſ* 3. *n.* 2. Et quod dictus Andreas ex linea continua ſit Antonii ejus fratris, eſt in jure noſtro extra dubium, licet ultra fratres dubitatiſſimum ſit *ex text. in cap.* 1. *de natur. ſucceſſion. feud. Menoch. conſ.* 106. *num.* 229. *lib.* 2. & *conſult* 326. *n.* 81. *Cæphal. conſ.* 521. *n.* 9. *lib.* 4. á quibus plures alii idem tenentes referuntur.

Licet aliud dicat, & videatur probare, & regulandam eſſe ab inſtitutore proximitatem in noſtro caſu *Cyriac. forenſ. contr.* 269 *num.* 14. & *ſeqq. Amat. var reſol.* 10. quia contrarium tradit *Fuſar. q.* 484. & *Cyriac.* non loquitur in noſtro caſu, & in illo contrarium defendit in favorem tranſverſalium, ut patet *n.* 34. *verſ.* quibus, & *n.* 35. expendit optimum textum ad propoſitum *Bart. in L. quandiu* 68. *n.* 10. *ff. acquir. hæred.* ad ejus favorem non obſtante caducitate primi gradus allegata, *ut n.* 36. 37 38. & *ſeqq.* & ita pro nobis loquitur ipſemet *Cyriac.* de qua re etiam vide *Molin. lib.* 3. *cap.* 9. qui de hac quæſtione agit, & etiam *Caſtil. lib.* 2. *cap.* 20. *Amato var. cap.* 10. & *n.* 2. *Luca de linea leg. art.* 8. *n.* 80. *art.* 11. *n.* 23. & *ſeqq. Valaſc. conſ.* 121. & *conſ.* 171. *n.* 12. & *ſeqq Roxas de incompat. maiorat.* 1. *p. cap* 6. *n.* 196. & *cap.* 8. *n.* 24. & *p.* 4. *cap.* 1. *n.* 102. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. & *cap.* 6. *n.* 46. & *cap.* 5. *n.* 72. & *cap* 9. *n.* 3. *Caſtilh. cap.* 91. *n.* 61. & 62. & *cap.* 92. *num.* 36. & *cap.* 93. §. 2. *Fontan. deciſ.* 35. *n* 22. *Vella diſſert.* 49. *n.* 76. *Cyriac. diſquiſit. Ducatus Mantuæ art.* 6. *n.* 82. *Galeot. contr.* 11. *n.* 11. *n.* 5. & 6. *Lara de Capellan. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. *Molin. de juſt tract.* 2. *diſp.* 627. & *ſeq Cevalh. quæſt.* 398. *Mier de maiorat.* 2. *p. q.* 8. & 9. *Cyriac contr.* 4. & 60. & 269. *Geurb. de feud.* §. 2. *gloſ.* 8. *n.* 39. & *ſeqq.* & *gloſ.*

IC.

10 *n.* 28. & *glos.* 13. *n.* 36. *Olea de cess jur.* & *act tit.* 3. *q.* 4. *Portug de donat. reg.* 3. *p. cap.* 21. *Sensal ad Peregrin. de fideicom. art.* 20. *n.* 2. *fol.* 33. *vers. respondetur*, *Capon. tom.* 2. *discept.* 101. *Doctissimus Aquila ad Roxas* 1 *p. cap.* 6. *n.* 239 & *n.* 292. & *seqq.* ubi ostendit proximitatem respectu ultimi possessoris esse inspiciendam, & contrariam sententiam apponi contra naturam maioratus, de qua re etiam *Cald. cons.* 15 *Geurb. de feud* §. 2. *glos.* 8. *n.* 44. *Barb. ad Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. *Guanaver cons.* 5. *n.* 130. & *seqq. Actolin. resol.* 14. *n.* 38. & *seqq.*

Ex dictorum allegatione controvertitur, an proximitas ad succedendum attendatur respectu institutoris, vel ultimi possessoris, & tandem ex communi DD. calcula recepta est opinio, qua cavetur, attendendum esse ad ultimi possessoris proximitatem, de qua re etiam *Barbos. in remission. ad Ord.* ubi supra, & hæc opinio sequenda est in nostro Regno, quia in eo est *á L. nostra lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. approbata, & ita in hoc casu non est controversia, sed in nostris terminis datur maxima dubitatio, quia casus non est decisus, quando testator instituit hæredem usufructuarium, & post ejus mortem alium vocavit, qui ultimum diem clausit extremum absque liberis in usufructuarii vita relicto fratre, & tunc controvertitur, á qua persona regulanda sit successio, an ab hærede usufructuario, qui non dicitur possessor; an vero ab institutore, aut à primo vocato, in quo dubio nihil inveni apud Doctores scriptum, sed mihi videtur, attendendum esse ad personam primi vocati, licet é vita decessisset, antequam succederet, quia si vivus existeret, succedere debebat, & illum recurrendum est, quia vocatus, & proximior erat, si viveret, 160

1. ex dictis in doctissima deliberatione *n.* & *seqq.* 2. *ex dictis à Geurb.* §. 2. *glos.* 13. *n.* 40. & *ex Paz de Tenut. cap.* 35. *n.* 34. & *seqq.* & *ex Mier. de maiorat.* 2. *p. in initio n.* 326. probat *Gam. dec* 93. & *ibi Add. Flores vers. conclusio* 9. *Valasc. cons.* 139. *n.* 6. *Robles de præs. lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 33. & *seqq.*

Tertio quia licet vocatus é vita decessisset, antequam usufructuarius ultimum diem clauderet extremum ab initio vocationis acquisivit jus, & illud transmisit ad successores, & ad suum fratrem consanguineum proximiorem, ut diximus, & ostendimus *vers* & *ita n.* & *seqq* & *per tot.* & cum jus transmitteret, ab illo regulanda est successio *ex Robles* & aliis supra.

Quarto quia in hoc casu datur vocatio fratris successoris, & consanguinei proximioris, & data vocatione limitatur dispositio ordinationis *lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. *ex notatis in* §. 3. *Sousa in L. fœminæ* 1. *p. n.* 294. *Geurb. de feud.* §. 2. *glos.* 10. *n.* 53 & *glos.* 13. *n.* 45. *Addent. ad Molin. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 3. *usque ad* 21. & cum in hoc casu detur vocatio, ut infra dicemus, non solum Antonii, sed & successorum, & illius consanguineorum, & ipsiusmet fratris, nulli dubium est, à vocato regulandam esse successionem, quia si viveret, succedere debebat, ut supra diximus. 161

Quinto quia specialiter vocatis deficientibus successio maioratus regulariter defendat est *L.* 32. §. *in fideicommisso ff. de legat.* 2. *cap.* 1. *de natura succes. feud.*

Et vocatio specialis non inducit exclusionem aliorum qui ex lege vocantur *Mier. de maiorat.* 2. *p. q.* 6. *n.* 280. 162

Sed potius à jure admittuntur, ut jam diximus *n.* & cum à lege, & natura maioratus deficientibus descendentibus

cendentibus admittantur fratres, & tranſverſales, & cenſeantur vocati, ut etiam ſupra diximus, ratione vocationis ſucceſſio devoluta fuit advocatum ab initio, & poſt ejus mortem ad ejus fratrem, & iſte dicitur proximior ratione ſucceſſionis, licet ſit remotior ratione ſanguinis, quia
163 dupliciter conſideratur proximitas. 1. reſpectu ſanguinis, 2. reſpectu ſucceſſionis, & in hoc ſecundo caſu, qui habet vocationem, aut qualitatem á teſtatore, aut à lege requiſitam, præferendus venit alteri, de quo in primo caſu, qui licet reſpectu ſanguinis ſit proximior, remotior reputatur, & pertendens licet ſit remotior reſpectu ſanguinis, dicitur proximior reſpectu ſucceſſionis, ad quod jus attenditur; & in his terminis limitatur regula, in qua ſententia fundatur *Fuſar. de ſubſtit. q.* 357. *n.* 1. & *conſ.* 26. *Peregcin. de fideicom. art,* 21. *n.* 9. & *art.* 22. *num.* 8. & 21. *Geurb. de feud. §.* 2. *gloſ.* 13. *n.* 33. & 34. *ex Bartol. Caſtilh. lib.* 5. *cap.* 93. *verſ. & oratio n.* 10. & 11. *ff. Onded. conſ.* 70. *n.* 44. & 45. *verſ. primo, Valenſ. conſ.* 63. *num.* 105. & 111. & *conſ.* 113. *n.* 97. & *ſeqq. Aſtolino reſol.* 14. *n.* 34. *Altograd. conſ.* 58. *n.* 90. & de primo loquitur *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. & *de ſecundo* §. 3. de qua nos diximus *forenſ. cap.* 4. *n.* 122. & *ſeqq.* & *tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 438. & *ſeqq.* & cum ſit omiſſus remanet in diſpoſitione juris communis, ſecundum quos ſuccedit tanſverſalis, ut diximus.

64 Et maxime quando controverſia eſt inter proximiorem vocatum, aut vocati conſanguineum, dilectum eſt inter alium minus dilectum, & quando concurrit etiam tacité prædilectus, attenta veriſimili affectione teſtatoris, tunc enim præfertur proximior vocati, & ab eo regulatur ſucceſſio, *Fuſar q.* 484. *n.* 72. *Cyriac. contr.* 269. *n.* 27. *Valaſc. conſ.* 139. *in princip.* & *n.* 2. & *ſeqq.* de ratione *Mier. de maior.* 2. *p. in initio n.* 36. & cenſetur vocare, & amare dilectum, ſed poſteritatem, *ut ex Fuſar q.* 484. *n.* 17. *Aſtolin. reſol.* 120. *n.* 5. & 6. & 32. *ex Honded. conſ.* 57. *n.* 40. *Mart. conſ.* 61. *n.* 21. & *ſeqq.*

Et maxime quando tempore inſ- 165
titutionis non erat natus, & affectio non cadit in ignotum, nec dicitur vocatus, *Mantic. de conjectur. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 20. *Menoch. conſ.* 151. *n.* 1. & 452 *n.* 45. *Caſtil. lib.* 5. *contr cap.* 84. *n.* 40. & *ſeqq.*

Et ita ſuccedere debent ſobrini nominati, & ab illis regulanda eſt ſucceſſio, non vero à fratre, aut ſorore inſtitutoris licet ſit de parantela, & proximior ingradu, ut multis tenet *Valaſc. conſ.* 121 *n.* 23. & cum agatur de ſucceſſione conſequenda poſt mortem Eduardi, & teſtatoris de ſua proximitate non memonit, ſed alium ſcilicet Antonium vocavit ex illo regulanda eſt proximitas ad ſucceſſionem conſequendam.

Et ita ſequenda eſt proximitas nominati ad ſucceſſionem conſequendam, & non teſtatoris *ex Cov. pract. cap.* 38. *n.* *Roland. conſ.* 100. *n.* 18. *lib.* 1. eleganter *Cæphal. conſ.* 313. *lib.* 3. *per tot. de patr. & nepot. pag.* quos refert *Valaſc. d. conſ.* 121. *n.* 7. licet *n.* 8. & *ſeqq.* conetur oſtendere attendendam eſſe proximitatem teſtatoris, ſed *n. fin. verſ. ſed noſtram*, reſolutionem amplectitur eſſe ſequendam juxta noſtram legem aſſerit.

Et denique ab Eduardo non poteſt deduci proximitas ad ſucceſſionem, quia cum ei non pertineret proprietas bonorum, nec in illa ſuccedere poterat de jure, nec ei pertinebat, ſed ad vocatos, quia tantum erat uſufructuarius, ad cujus perſonam non attenditur, ad proximitatem deducendam, ut diximus *tom.* 2. *maior.*

cap. 9. n. 1. in fin. atque ita nulla datur voluntas testatoris, sed potius contraria, ut statim dicemus.

Neque obstare potest nonum sententiæ fundamentum, quod ex conjecturata institutoris voluntate manifestetur, sibi placere, quod si in hoc maioratu ingressum haberet dictus Antonius, & sine prole decessisset, in illo Ludovici Gomesii supplicantis pattis filii succederent, quoniam in institutione maioratus, in quo ingressus erat Antonius Pereira à Lacerda, in hujus descendentiæ defectum Ludovici Gomesii filii vocantur; & in institutione maioratus contentionis jubetur, eodem ordine successionem præoccupari, eodemque modo quo jussum est circa maioratum, ad cujus successionem dictus Antonius Pereira vocatus est, & ita regulari debet per easdem regulas dicti maioratus, ad quem fit relatio, ut latissime diximus *tom.* 1. *hujus tractatus n.* 50. *& seqq. cap.* 3.

Sed hac consideratione non obstante dictum fundamentum penitus cessare ostendemus, ad cujus rei evidentiam dicendum est, voluntatem
166 testatoris deduci, non solum quando est expressa in eademmet clausula, sed etiam quando constat ex alia institutionis parte de voluntate tacita, aut expressa *L. qui filiabus* 17. *ff. de legat.* 1. *Cyriac. contr.* 269 *n.* 16. *Valasc. cons.* 84. *n. ult. L. Gallus* §. *& quid si tantum ff. liber. & posth.* ibi: ut ad similitudinem mens, cæteri casus admittendi sint, & nos diximus *tom.* 1. *cap.* 3. *pag.* 63. *col* 2. *& tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 233. *& cap.* 10. *n.* 225. Et ex consuetudine loquendi *Mantic. de conjectur. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 1. 2. & 3.

Et ex clausulis institutionis patet de vocatione fratris post obitum Antonii decedentis sine filiis, ut videre est fol. ibi: *E sendo caso que o dito Antonio Gomes da Matta meu sobrinho falleça sem filhos, nem descendentes legitimos, podera testar por sua alma, como lhe parecer livremente, cem mil reis do dito padraõ, e as casas de Elvas ficaraõ sómente vinculadas no dito morgado a André de Azevedo, irmaõ do dito Antonio Gomes da Matta*; & etiam constat ex clausula circa delictum, ubi vocatur consanguineus proximior, & in aliis locis, & in legato ibi: *E fallecendo algum delles sem filhos, ficará o dito legado a seu irmaõ*; & in clausula, & vocatione eorumdem trium maioratuum non solum jubet dividere maioratum contraventionis inter vocatos ad trium maioratuum successionem, sed potius inter eorum successores, ut patet ex verbis ejusdem clausulæ, & ita vocati sunt successores, & etiam intelliguntur vocati ratione computationis innitæ circa valorem quæsturæ, & domus vinculatæ, ex cujus annexatione, & computatione regulanda est successio ut diximus *tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 50. *& seqq.* quia cum sit individuum, non potest habere diversos possessores in eodem tempore *Castil. lib.* 5. *contr. cap.* 65. *n.* 84. *& cap.* 160. *Molin. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. *& cap.* 11. *n.* 1. *Mier.* 1 *p. q.* 2. *n.* 66. & ita etiam vocatur Andreas in maioratu patris, de quo *pag.* 84. ad quem fit relatio in testamento, & maioratuum institutione, in §. *em estes tres morgodos*, & ita ex his clausulis, & juris dispositione, de qua supra *n.* censetur Andreas vocatus, & cursor maior nondum natus tempore testamenti exclusus, licet ut in sententia refertur intelligeretur vocatus nomine collectivo, aut per relationem, atque ita succedere debebat, & vocatus intelligitur frater ultimi vocati dilectus, & non comprehensus in relata institutione, de qua in sententia, ut in simili casu judi-

judicatum fuit in caſu de quo *tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 83. *& ſeqq.* & probat *Valaſc. conſ.* 121. *n.* 2. 3. & 4. ubi etiam quomodo probetur dilectio, & *conſ.* 139. *n.* 2. atque ita non datur voluntas teſtatoris reſpectu Rei ſupplicantis non dum nati tempore inſtitutionis, ſed erga Andream fratrem Antonii primi vocati, & prædilecti, non obſtante dicta relatione, de qua in hoc fundamento, de qua ſtatim dicemus, & ita judicatum fuit apud me ubi ſupra, & eſt de jure, ut conſtat ex ibi citatis.

Non obſtare poteſt decimum ſententiæ fundamentum, quod dictam clauſulam (eodem ordine, eodemque modo) ſupplicato adlubeat referri ſolummodo per ſimilitudinem modo, & conditionibus ſuccedendi, & qualitatibus ſucceſſorum, & nullatenus per identitatem illis ad ſucceſſionem dicti maioratus Antonii Pereira vocatis; quod non ſuffragatur in præſentibus terminis, quia cum adverſetur regula juris, dicentis, relatum in referente cum omnibus ſuis qualitatibus comprehendi; in hoc caſu non ſolum hæc regula limitata invenitur, imo potius conjecturæ voluntatis teſtatoris inſtitutoris, quæ eſt, quæ gubernat, & regit ejus diſpoſitionis intellectum, ſed potius perſuadent, & convincunt, quod ille voluerit, in caſu deficientiæ ſucceſſionis dicti Antonii Gomeſii, quod fuerint iſti, cum ab inſtitutore non extaſiet, aut remaneret poſteritas, ſucceſſores domus patris ſui inſtitutoris, ſuæque domus, cui ut memoriæ baſſis, & fundamento, in inſtitutoribus jus maiorem præſumit affectionem, quod non eſt intelligendum tum ardenti affectu corroboratū in deſcendentiam ſororis ſuæ, quia in iſta civiliter non conſervatur familia patris dicti inſtitutoris, & ſua, quia cum inſtitutor, ſic in inſtitutione maioratus patris ſui, quam in maioratus Antonii Pereira inſtitutione, filios Ludovici Gomeſii vocaretur, præſumitur, hoc idem voluiſſe in contentionis maioratu, *Caſſanat. conſ.* 57. *n.* 27. 29. 74.

Sed his non obſtantibus contrarium eſt dicendum. Nam inſtitutor erexit tres maioratus cum vocationibus de quibus ibi, fol. 59. & 60. & cum verbis eodem ordine, & modo; & licet hæc verba, & alia ſimilia intelligantur juxta materiam ſubjectam, relative demonſtrative, ſimilitudinarie, vel identicæ; nihilominus tamen regulariter intelliguntur ſimilitudinarie, ut in ſimili tradit *Caſſanat. conſ.* 47. *n.* 110. *& ſeqq.* & eſt videndus *n.* 75. *& conſ.* 50. *n.* 16. *& conſ.* 56. *n.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 57. eleganter *Clem. Merlin. dec.* 764. *n.* 23.

Niſi aliud conſtet ex teſtatoris voluntate; quia tunc ceſſat diſputatio *Caſſanat. conſ.* 56. *n.* 15. *Pereg. de fideicommiſſ. art.* 16. *n.* 14. *Caſſan. conſ.* 47. *n.* 115.

Et ita ſunt duo caſus diſtinguendi. Primus, quando datur voluntas teſtatoris ad identitatem, & tunc non habet locum controverſia. Secundus, quando datur dubium, & tunc cenſentur d. verba appoſita ſimilitudinarie, vel quando ſimpliciter inſtitutor ſe retulit ad inſtitutionem initam ad alicujus favorem abque illius tenoris mentione, vel perſonarum, aut qualitatum declaratione, ut in noſtro caſu patet ex clauſula, *e quanto*. Et quando talia verba relativa referuntur ſimpliciter, faciunt modum ſimplicem ſuccedendi, & non ad identitatem, & incluſionem perſonarum, vel eorum qualitatem *Caſſanat. conſ.* 47. *n.* 115. *verſ. quinimo*, & *verſ. ſic Ramon. conſ.* 37. *n.* 227. & *n.* 228. *Guanaver conſ.* 1. *n.* 8. & *ſeqq.* 87 97. *Rovit. conſ* 28. *n.* 7.

Atque ita non potest intelligi d. relatio de vocatione personarum identicè, sed tantum similitudinarie ad prohibitionem, alienationis, præferentiam masculorum, & si talia verba intelligerentur de eisdem personis identicæ, & circa vocationes non potuerat succedere Antonius in quo fuit erectus, quia in maioratu relato habet, ultimum locum, ut ex illius clausula apparet, & dabatur absurdus, & correctio, & repugnantia quod sufficit adhoc ut cesset sententiæ fundamentum *Peregr. de fideicommiss. art.* 16. *n.* 39. *Cyriac. contr.* 146. *n.* 24. *Cassan. cons* 56. *n.* 5.

Eo maxime quando testator tres maioratus fundavit in personis patruum, & consobrinorum diversorum fratrum, & in unoque voluit lineam vocationis formare, & vocatio generica omnium in prima clausula, non potest alterare lineam optatam in personam patrui singulariter vocati, & ita relatio refertur ad 67
modum ordinem, & qualitatem succedendi, non autem repetunt personas vocatas à testatore *Fusar q* 494. *n.* 1. *Menoch. cons.* 269. *n.* 34. 35. omnino videndus *Marth. de claus.* 943. *p. n.* 5. & *claus.* 24 *p.* 3. eleganter *Vegio cons.* 74 *n.* 348. 496. *Pereg. cons.* 35. *n.* 12. *vol.* 3. *Altograd. cons* 60 *n.* 105. *Fus. cons.* 4. *n.* 3. & 20. 21. *Surd. cons.* 335. *n.* 36.

Atque ita nullo modo talis relatio potest interpretari ad favorem filii cursonis maioris, quia talia verba comprehendere non possunt personalitatem primam vocationum, nec intelligenda sunt juxta identitatem, sed secundum similitudinem, & in quætura 200U. rs. jam Antonius, & Andreas erant vocati, quæ erectio est pars alterius, aut ipsiusmet maioratus, & in illo potest relatio intelligi, quia expresse est Antonius, aut Andreas vocatus, & in uno maioratu non dantur plures successores, at diximus, & cum maioratuum erectio sit ad tres erigendos, & in uno comprehendantur 200U. rs. quantitates relictæ Antonio Pereira, & Antonio Gomes declaravit d. quantitatem facere computum bonorum maioratus adhoc ut residium sublatum fuisset, ut fol. 101. & etiam respectu Antonii Gomes, ut fol. 105. & vers. in illis potest verificari relatio adhoc ut frater Andreas succedat sicuti in maioratu patris institutoris ad quod se refert, in quo succedit, & si ille est regularis iste non potest esse irregularis, & licet vocasset descendentes cursoni maioris. in Antonii Pereira defectum erat quia non habebat fratrem, in quo verificaretur vocatio, fratris, & ideo fecit substitutus, quod secus est in nostro maioratu, in quo cum frater Antonii Gomesii existeret, relinquit vocationem in terminis primæ institutionis, in qua Andreas invenitur vocatus, & ita intelligenda veniunt verba illa; *no qual sem que as ditas condições se puderem accommodar, e applicar a estes morgados.*

Et cum institutiones trium ma- 168
ioratuum sint factæ, in diversis perfectis, & separatis orationibus cessat repetitio, & relatio, & non datur relatio identica, sed similitudinaria *Vella dissert.* 49. *n.* 108. *Cassan. cons.* 50. *n.* 16. & 18. & *cons.* 47. *n* 69. & *seqq.* & 101. 111. 112. 114 & *cons.* 56. *n.* 11. & *seqq. Fusar. q.* 450. *ex Cald. de renovat. q.* 4. *n* 67. *Raud. de annolog. cap.* 34. *n.* 48. 86. 156. 159. 190. 200. 234. 278. *Menoch* 220. *n.* 74. 75. & *seqq.* & *cons.* 269. *n.* 33. 34. 35. *Decian. cons.* 17. *n.* 34. *vol.* 1. *Mantic. de conjectur. ult. vol. lib.* 8 *tit.* 18. *n.* 63. & *lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 3. *Cavalcan* 3 *p. dec.* 18. *Parl. cons.* 38. *n.* 22. *vol.* 2. *Fusar cons.* 180. *n.* 25. *Farin. dec.* 530. *p.* 1. *in recens. Marcar. cons.* 4. *n.* 26.

&

& conſ. 5. n. 59. Surd. conſ. 200. n. 23. Caſtil. lib. 2. cap. 4. n. 131. Larrea dec. 34. n. 19. Deſſe dec. 187. n. 109. Guanaver conſ. 1. n. 163. 168. Valenz. conſ. 97. n. 174. Pareja de edit. inſtr. tit. 3. reſol. 3. n. 70.

169 Et quando relatio habet locum ſufficit, quod verificetur in aliqua parte, quanvis in totum non verificetur adhoc ut relatio ſit ſimilitudinaria, & non identica.

Et cum in hoc caſu in multis poſſit verificari, ut dictum eſt, non habet locum ſententiæ fundamentum.

Et licet regula ſit certa, habet tamen multas limitationes quæ contra eam admitti debent.

170 Prima limitatio eſt, quando datur duplex vocatio, prima ſimplex, & ſecunda relativa, tunc iſta ſecunda relativa non alterat primam ſimpliciter diſpoſitivam, *Horat. Geovan. lib. 1. reſponſ. 27. n. 28. & 29.*

Secunda limitatio eſt, quando relatio fit ad diſpoſitionem, quæ defecit, aut eſt conditionalis, & tunc non habet locum & ceſſat ex dictis *à Caſtil. lib. 4. cap. 43. lib. 4. n. 18. 19. & ſeqq. Caſſanat. conſ. 55. n. 1. verſ. Inde, & n. 3. verſ. quo & n. 10. 12. 17. 21. 26. 30. 31. 32. Marth. de clauſ. p. 2. clauſ. 51. n. 3. Barb. vot. 126. n. 243. Merlin. dec. 432. n. 3. 10. & 11. &* nos diximus *tom 1. cap. 3. n.* licet contrarium dicatur *n.* quia reſponderi poteſt *ex Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. n. 51.*

171 Limitatur tertio, quando reſultat aliquod abſurdum, ex quo ſubſtitutus relatus præferatur magis dilecto, qui fuit vocatus, aut alio modo *Fuſar q. 31. n. 44 48 q. 479. n. 61. 62. Caſſanat. conſ. 15. n. 24. 25. & ſeqq conſ. 20 n. 44. conſ. 47. n. 27. & n. 119. & ſeqq. Mier. 2 p. q 6. n. 82. Gratian. cap. 621. n. 7. & 8. Molin. de prim. lib. 3. cap 9. n. 16 in fin. Caſtil. lib. 5. cap. 92. n. 35. Robles de re-*

præſ. lib. 2. cap. 13. num. 23. Valenz. conſ. 97. n. 193. Menoch. præſ. 181. n. 13.

Quarta limitatio reſultat, quando in clauſula relata vocatur illeque in referente vocatur ex dictis *à Caſſanat. tom. 1. con. 52. n. 9. conſ. 47. n. 118. conſ. 50. n. 16. conſ. 56. n. 48. &* quare *conſ. 57. n. 1. & 15.* 172

Quinta limitatio, & contrarietas, & repugnantia in eadem clauſula relata, & referente, qua data ceſſat relatio, & effectus, *Surd. conſ. 487. n. 65. Caſſan conſ. 47. n. 77. Cyriac. contr. 96. n. 83. & contr. 187. n. 20.* 173

Sexta limitatio eſt, quando talis relatio voluntatem teſtatoris offenderet, vel læderet *Maſcar. conſ. 5. n. 60. Surd. conſ. 431. n. 66. Cyriac. contr. 96. n. 82.* 174

Septima limitatio eſt, quando relatio offenderet jus commune, *Fuſar q. 403. n. 36. Guanaver conſ. 1. n. 163. juncto n. 169. Cyriac. contr. 174. n. 66. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. n. 49.* 175

Octavo limitatur, quando relatio eſt facta ad ea quæ ſunt determinata, & quando in ſequentibus eſt facta ſpecialis proviſio, *Gratian. cap. 818. n. 29. Guanaver conſ. 1. n. 170.* 176

Nona limitatio illicitur, quando in una, & altera diſpoſitione relata, & referente datur diverſa ratio cauſa, aut diſpoſitio, tunc enim ceſſat relatio, *Seſſe dec. 235. p. 3. num 56. Alex. lib. 3. conſ. 42. n. 8. Cyriac. contr. 247. n. 44. & contr 90. n. 83. & 96. n. 84. Merlin dec 263. n. 6. Peregr. de fid. art. 16. n. 34. & ſeqq. Fuſar. conſ. 180. n. 27.* 177

Decimo limitatur, quando diſpoſitio eſt odioſa, *Fuſar q 403. n. 511. Menoch. conſ. 220. n. 83 84. 85.* 178

Undecimo limitatur, quando diſpoſitio favorabilis reſtringitur, *Seſſ. dec. 235. n. 64. verſ.* limitatur, ut 179

in

in maioratu cujus disposítio est favorabilis *Molin. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. & 2.

180 Duodecimo limitatur, quando relatio fit ad aliquam personam certam, quia tunc ad aliam non extenditur *Peregrin. de fideic. art.* 16. *n.* 52. *Cassanat. cons.* 55. *n.* 35. & 37. & *cons* 48. *n.* 31. & *cons.* 50. *n.* 14. & 25.

181 Decimo tertio limitatur, quando omisit vocationem, & noluit vocare, optime *Menoch. cons.* 220. *n.* 87. *vers. cæterum.*

182 Non enim fit relatio ad ea quæ speciali indigent nota *Castil. lib.* 5 *cap.* 89. *n.* 158. 159. *Vella dissert.* 49. *num.* 108.

183 Nec contra jus secundum, quod censetur disponere institutor *Castil. cap.* 91. *n.* 75. *cap.* 92. *n.* 34. 35. *Gratian. cap.* 828. *n.* 30.

184 Decimo quarto limitatur, quando disposítio est conditionalis, & alia pura *Bellon cons.* 12. *n.* 71. *Geovag. lib.* 1. *cons.* 97. *n.* 42. *Surd. cons.* 381. *n.* 25.

185 Decimo quinto, quando relatio est facta ad minus principali, & accessérunt, *Bellon d. cons.* 11. *n.* 72. *Geovagn. cons.* 27. *n.* 56. *tom.* 2. *Surd. cons.* 430. *n.* 20. & *dec.* 291. *n.* 22. *Cyriac. contr.* 90. *n.* 32.

186 Maxime si detur tertii præjuditium, & res sit dubia, *Pereg. art.* 16. *n.* 53. *Fusar q.* 450. *n.* 15. *Mantic. de conjectur. lib.* 3. *tit.* 5, *n.* 7. *Galgan. de cond.* 2. *p. cap.* 6. *q.* 7.

Eodem modo non habet locum undecimum sententiæ fundamentum, in quo dicitur, non esse presumendum, testatorem oblivisci illius rei in eodem testamento disposítæ, & cum alium maioratum à tribus dissimilem in Lamacensi quæstura, & domibus Elvensis instituéret, cujus primum possessorem dictum Antonium Gomesium nepotem, seu consobrinum suum effecerat, & in ejus descendentiæ defectum supplicatum vocasset, si ita voluisse, quod incontentionis maioratu evenisset, relationem faceret dicto maioratui quæsturæ, & non primo, ad cujus successionem dicti Ludovici Gomesii filios vocaverat.

Convincentur ex dictis *à Valenz. cons.* 63. *n.* 184. & *seqq.*

Ulterius non obstare debet duodecimum sententiæ fundamentum, quod testator in institutione contentionis maioratus dixisset, in illo eodem ordine succedi, &c. & non dixit, *succeda*, & videtur, illam relationem personæ solummodo dicti Antonii Gomesii fuisse terminatam; quia hoc neutiquam valet sustineri, nec hunc intellectum patiuntur testatoris verba ibi: *Ordem*, quod non potest verificari in una solùm persona; siquidem, ordo, nil aliud est, quam continuata personarum, & rerum series, & cum ita restrictè intelligatur, nec personis descendentibus dicti Antonii Gomesii applicari; nec accommodari poterat. Nec etiam verbum, *modo*, respiciens conditiones, & qualitates successorum; personæ dicti Antonii Gomesii potest accommodari, in cujus cognitionem institutor perfecte veniebat, & necesse non erat, alteris personis per relationem ipsum qualificare.

187 Sed hoc fundamento non obstante, contrarium videtur dicendum, non solum ex dictis, sed etiam quia ordo genituræ considerátur inter fratres, de quibus in simili disposítione loqui videtur institutor, non autem inter filium, & nepotem *Menoch. cons.* 328. *n.* 4. *vers. secundo confirmatur Fusar q.* 327. *n.* 17.

Et ita ad fratrem vocati, de quo loquutus fuerat supra, referenda sunt verba, *ordem*, & in dicto fratre, suisque successoribus verificari debent, *L.* 3. *ff. de gradib. & affinib. vers. quam rationem Authent. de hæredib. & fal-*

sid.

ſid. §. ſi quis autem non implens, verſ. ſi vero nulla ſubeſt ibi : Secundum prius à nobis traditum ordinem : & *in §. hæc autem, verſ ſecundum prius à nobis inventam collat.* 1. *Marcabr. conſ.* 68. *n.* 88. & 89. *Raudens lib.* 1. *de annalog. cap.* 5. *n.* 303.

Et maxime quando dicta verba referenda ſint ad fratrem qui proxime vocatus extabat, ut notant DD. *in L. hæredes mei §. ſed ſi notam ubi Bartol. ff. de teſtam.* Et cum detur
188 vocatio non ſolum ſpecialis fratris, ſed & generalis à jure, aſſiſtit fratri juris præſumptio, & teſtatoris voluntas, *L. ſi mulier §. Braſidas ff. ad Trebel.* etiam ſi verborum figura hanc relationem reſiſtat *ex L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. L. Pamphilo ff. de legat.* 3. *L. cum §. azinam ff. de fund. inſtruct. Tiraquel. in L. ſi unquam verbo libertis n.* 52, *cod. revocand. donat.*

189 Et data dilectione, amicitia, & affectione teſtatoris erga vocatum, & fratrem, cenſetur eum dilexiſſe, voluiſſeque præferri in ſucceſſione hujus maioratus cæteris præſertim ad eandem ſucceſſionem particulariter non vocatis, *ex L cum quidam cod. de legat. Jaſon. in L. qui filiabus n.* 2. *ff. de legat.* 1. *Jul. Clar. in §. teſtamentum q.* 76. *n.* 5. *Simon de Præetis interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpr.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 3. *per tot.*

Licet curſor maior non natus non cenſeretur exhæredatus, *ut in L. ex facto in princip. ff. vulgar. ibi* : Neque enim aut patrem, aut Principem de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt, ut eum, quem poſtea naſceretur, exhæredaret. Nihilominus tamen in ignotos, aut non natos non datur dilectio, ſed tantum reſpectu exiſtentium tempore teſtamenti, ut jam ſupra diximus, & in curſoris maioris patrem non datur, quia in illius vocatione ad alium maioratum obtinendum, impoſita fuere multa onera, & gravamina, & pænæ contraventionis ſtatutæ fuerunt, quæ in vocatione Antonii non inveniuntur; quo caſu oſtenditur dilectio reſpectu illius, & fratris, & non reſpectu curſoris maioris patris; & ſi diligenter ita conſideretur, credendum eſt, teſtatorem, ſi de caſu iſto interrogatus fuiſſet pro domno Joanne reſponſurum eſſe, ex eleganti *text. in L. cum ſervus ff. condit. & demonſtr. L. quoniam cod. de natural. liber. L. Titius §. Lucius ff. liber. & poſthum.* de qua re *Bellon conſ.* 9. *n.* 25. *Gom. in L.* 40. *Taur. n.* 64. *verſ. & hoc tali, Peralta in L. ſiquis in princip. ff. de legat.* 3. *n.* 151. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 90. & *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 6, & *cap.* 5. *n.* 18. & ibi Addentes.

Et licet doctrina iſta ſoleat limitari, ut tantum procedat in eo, quod non eſt omiſſum ex toto non vero in eo, quod omnino eſt omiſſum, ut per *Simonem de Præt. lib.* 2. *pag.* 248. *n.* 172. Nos in hoc caſu verſamur, ut patet ex inſtitutionis clauſulis, & ita concludendum venit, fundamentum ceſſare, & fratrem eſſe vocatum : De qua re ſunt videnda, quæ diximus *cap.* 10, *tom.* 2, & ſecundum hanc meam ſententiam judicatum fuit in hac cauſa receptis impedimentis, & pro probatis judicatis, ut conſtat ex ſententia ſeq.

Et circa impedimenta oppoſita contra ſententiam lata fuit ſententia ſequens.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Recebem os embargos, e os julgaõ por provados viſtos os autos, pelos quaes ſe moſtra, que Antonio Gomes da Matta, Correyo Mór que foy deſte Reyno, no ſeu teſtamento, com que falleceo inſtituhio por ſeu herdeira ao Doutor Duarte Gomes da Matta no remanecente de ſeus bens, depois de cumpridos ſeus legados, e tudo o

mais

mais que no dito testamento dispunha, cujas palavras se verificaõ na disposiçaõ dos tres morgados, que depois instituhio nas pessoas de seus sobrinhos, Antonio Pereira de Lacerda, Andrè de Azevedo, e Antonio Gomes da Matta, assim por naõ haver outra disposiçaõ demais dos legados, como porque declarando depois continuado o testamento, que do remanecente depois de cumpridos os legados, fazia os ditos tres morgados, tirando delles dès mil cruzados, que o herdeiro instituido haveria para si, ficou fazendo do remanecente dos legados outro, que he o da quantia dos ditos dès mil cruzados, em que ficou o herdeiro instituhido, e naõ na propriedade dos bens dos morgados, para que chamou por palavras de presente successores, aos quaes se lhes transferio logo o dominio, começando a possuir logo Antonio Pereira de Lacerda duzentos mil reis de juro, parte do dito morgado, para que foy chamado, e Antonio Gomes da Matta outros duzentos mil reis, e humas casas em Elvas, que era parte do morgado do remanecente da contenda, dilatando-se o usofruto do resto deste morgado, para depois da morte do herdeiro instituido a quem foy deixado o usofruto, sem que possa dizer se, que sendo instituido em cousa certa, e no usofruto, consequentemente o ficava sendo nos mais bens, e na propriedade do usofruto, por quanto procede quando da propriedade naõ houvera successor chamado pelo instituidor, como no caso presente se acha o dito Antonio Gomes chamado por primeiro, no que se suppoem pelo testador, que o naõ era o dito Duarte Gomes da Matta, como tambem em lhe deixar o usofruto, porque se o testador o tivera nomeado por administrador, e successor neste morgado, ou quizera que o fosse, escusado ficava o legado do usofruto, ou instituiçaõ nelle o demais, de que naõ he verosimel, que o instituidor quizesse fosse o primeiro successor o dito Duarte Gomes da Matta sendo Clerigo, ao mesmo tempo em que excluya Clerigos da successaõ dos morgados, que instituya, antes o contrario, por quanto chamando ao dito Duarte Gomes da Matta para succeder no morgado de Antonio Pereira de Lacerda, e no que unia ao de seu pay Luiz Gomes da Matta no caso da contravençaõ, foy como herdeiro extinguindo no caso que elle succedia os morgados, e naõ como successaõ por lhe ficarem os bens delles livres do vinculo, com que senaõ póde dizer, que o dito Duarte Gomes da Matta foy administrador, e primeiro possuidor do morgado da contenda, para da sua pessoa se haver de dirigir a successaõ futura, e menos a respeito do instituidor, do qual se acha o supplicante parente mais chegado. Por quanto havendo chamado para primeiro successor do dito morgado ao dito Antonio Gomes da Matta, e conseguintemente os seus successores, assim pela vocaçaõ tacita, como da Ley, pela pessoa do chamado se deve regular a successaõ por se entenderem chamados pela dita vocaçaõ os successores do chamado Antonio Gomes da Matta, e achando-se o supplicado seu irmaõ em grào mais proximo, lhe fica pertencendo a successaõ deste morgado, por ser esta a opiniaõ mais commua, que a que admittia o mais proximo ao instituidor. Razaõ, porque senaõ póde dizer, que caducou o morgado da contenda, fallecendo o dito Antonio Gomes da Matta em vida do usofrutuario, como porque a caducaçaõ naõ tem lugar nos morgados, nem ainda nos fideicommissos de bens allodiaes, em que hà diversos gràos de substituiçaõ,

çaõ, ainda que o primeiro ſubſtituto em vida do gravado falte, ſem que obſte o dizerſe, que o referido proceda ſe o chamado foſſe poſſuidor, por quanto o que procede a reſpeito do chamado; mayormente naõ faltando ao dito Antonio Gomes da Matta a circunſtancia de poſſuidor; em razaõ de que havendo o inſtituidor inſtituido hum morgado de duzentos mil reis de juro no Almoxarifado de Lamego, e humas caſas em Elvas. Vindo no diſcurſo de ſeu teſtamento a inſtituir os tres morgados do remanecente, para hum dos quaes chamou ao dito Antonio Gomes da Matta, ordenou que na parte deſte ſe deſcontaſſe a importancia daquelle, que haveria por parte deſte, inſtituindo de hum, e outro hum ſó morgado, nem he veroſimel, que o inſtituidor quizeſſe fazer dous morgados na peſſoa de hum ſucceſſor, ſenao que lha quiz augmentar com a parte do remanecente, o que lhe havia deixado pelo igualar com os mais ſobrinhos, a quem deixava em vinculo de morgado as outras duas partes; com que ſendo o dito Antonio Gomes da Matta poſſuidor deſta parte do dito morgado, que ſendo hum ſenaõ póde dividir, ſe fica deferindo a ſucceſſaõ delle, naõ ſómente como a reſpeito do chamado, ſenaõ de poſſuidor juntamente, e pela meſma razaõ achando-ſe ſubſtituido expreſſamente neſta parte o ſupplicado Andrè de Azevedo lhe fica pertencendo a ſucceſſaõ de todo o morgado, ſem que offenda o referido a relaçaõ, feita na peſſoa do dito Antonio Gomes da Matta, ſendo chamado para a ſucceſſaõ deſte morgado pelas palavras, que ſucceda tambem pela meſma ordem, e modo, que tinha dado na ſucceſſaõ do morgado de Antonio Pereira de Lacerda, para que fora ſubſtituido ſeu ſobrinho Luiz Gomes da Matta, pay do ſupplicante, da qual ſe quer perſuadir ſer outroſim ſubſtituido neſte morgado da contenda, por quanto a dita relaçaõ he peſſoal na peſſoa do dito Antonio Gomes da Matta, e naõ ſe entende real, e identica, mas ſimilitudinaria a reſpeito da prelaçaõ de machos a femeas no melhor ſentir dos Doutores, ainda que alguns quizeraõ ſe houveſſe de reccorrer à mente conjecturada do inſtituidor, da qual ſenaõ colhe quizeſſe chamar ao dito Luiz Gomes da Matta, ſubſtituido no morgado de Antonio Pereira de Lacerda para o morgado da contenda, antes o contrario, por quanto tendo-o chamado para o dito morgado de Antonio Pereira de Lacerda, no caſo que contravieſſe, o houve por extincto, naõ ſómente a reſpeito do primeiro chamado, mas de todos os ſucceſſores, privando delle ao pay do ſupplicante, e na meſma fórma a reſpeito ao morgado, que unio o inſtituidor ao de ſeu pay; excluindo os ſucceſſores tambem, de que ſe colhe a pouca attençaõ, que o inſtituidor teve com o pay do ſuppllicante, e ſua familia, moſtrando, que amava mais ao ſupplicado, e a ſeu irmaõ Antonio Gomes da Matta, a quem ſubſtituhio expreſſamente hum a outro, naõ ſómente nos legados que lhes deixou, mas na parte deſte morgado que havia feitó, com que tendo a vocaçaõ, aſſim expreſſa, como tacita da ley, ſe lhe naõ póde tirar em virtude da relaçaõ, feita por palavras equivocas, que tem applicaçaõ ſem ſer por ellas chamado para eſte morgado o dito Luiz Gomes da Matta, e demais de ſe haverem de entender naquelle ſentido, e uſo commum, com que o inſtituidor coſtumava uſar dellas, e naõ com nimia eſpeculaçaõ de direito, com que achando ſe na dita inſtituiçaõ em diverſos lugares della relações por ſemelhantes

melhantes palavras, que ſenaõ applicaõ, nem pòdem applicar à vocaçaõ identica, feita em outro morgado, na meſma fórma ſe deve entender a relaçaõ, porque ſe chama neſte morgaao, e manda ſucceder ao dito Antonio Gomes da Matta, de que o ſupplicado pertende a ſucceſſaõ, como ſeu irmaõ parente mais chegado do ſangue do inſtituidor. Por tanto revogando a ſentença embargada; naõ he aggravado o ſupplicante pelos Dezembargadores dos Aggravos, Juizes deſta cauſa em declararem pertencer a ſucceſſaõ do morgado da contenda ao ſupplicado, cumpra-ſe ſua ſentença por ſeus fundamentos, e o mais dos autos, com declaraçaõ, que reſtituirà os frutos da lide conteſtada em diante, e naõ da individa occupaçaõ, no que declaraõ a ſentença ſer injuſta, e condemnaõ ao ſupplicante nas cuſtas dos autos, e perdimento da caução. Lisboa, 11. de Janeiro de 1692.

Coſta. Vieira. Baracho.
Doutor Valle. Almeida. Lacerda.
Doutor Maya.

CAP. CXVIII.

De ordine proceſſus in cauſis maioratus uſque ad ſententiam, & de ejus executione, aut liquidatione, & quomodo facienda ſit adhoc ut quis includatur, vel excludatur, à ſucceſſione, & poſſeſſione bonorum judicatorum.

SUMMARIUM.

De forma libelli in actione reivindicationis quis agat, n. 1.
In hac actione duo copulativè neceſſario articulari debent, n. 2.

DE forma libelli in his actionibus reivindicationis, & ordine judiciario agit *Mend. in praxi p. 1. lib. 4. cap. 2. §. 1.* quia in hac actione duo copulativè neceſſario articulari, ac probari debent inquorum altero ſi deficiat actor ſuccumbet, & primo ſtat, ut articuletur, & probetur reum poſſidere, vel dolo deſiiſſe poſſidere prout dicit *text. in lege quod ſi de dolo 22. ff. de reivindicat.* cujus verba tranſcribere fas eſt ibi: *Quod ſi de dolo poſſeſſoris fugerit: damnandum eum quaſi poſſidere*, nec nullius quæ ſunt in bonis quaſi, vel ut noſtra non petimus, ſed actione infactum facit, & eam *text. in L. 30. tit. 2. p. 3.* 1 2

Secundum eſt ut articulum faciat, & probet ſe eſſe dominum, vel quaſi, alioquim non vincet *L. de dote ancillam cod. de reivindicat. L. in rem actio 23. ff. de reivindicat. Paul. de Caſtr. in leg. & non tantum ff. de pet. hæreditat.* & nos latè diximus in tractatu de poſſeſſorio maioratu, *cap. 11. pag. 23. n. 25.* ubi multa invenies ad praxim neceſſaria, & advertenda circa materiam.

CAP. CXIX.

Si pendente cauſa ſucceſſionis maioratus controvertatur incidenter quæſtio nativitatis, aut

aut legitimetatis, aut ſubrogationis conceſſæ ad matrimonii diſpenſationem, aut alterius rei, an hæc quæſtio incidens, faciat ſupercedere principalem circa ſucceſſionem, donec decidatur, & cui competat cognitio talis quæſtionis.

SUMMARIUM.

Aliqui DD. aſſerunt judicem ſæcularem poſſe cognoſcere defacto quæſtionis ſpiritualis, n. 1.

Quæſtio nativitatis reſidens in cauſa civili, quæ vertitur coram judice ſæculari ad eccleſiaſticum eſt remittenda, n. 2.

Contrarium quod pertineat ad ſæculare judicium judicavit ſenatus, n. 3.

Quatenus diſputatur an ſit filius, & an ſit putativus, hæc quæſtio non eſt ſpiritualis, n. 4.

Si vero circa legitimatis quæſtionem aliquid ſpirituale obveniat tangens virtutem, efficatiam, quæ ſacramenti matrimonii tunc ad judicium eccleſiaſticum, remittenda eſt res, n. 5,

Certum eſt poſſe ſæcularem cognoſcere defacto cauſæ ſpiritualis per modum cauſæ, n, 6.

1 ALiqui DD. aſſerunt poſſe judicem ſæcularem cognoſcere defacto quæſtionis, ſive articuli eccleſiaſtici, ſive ſpiritualis prout eſt *Barb. in L. Titia n.* 34. *Auguſt. Barboſ. in cap. ſi Judex Laicus n.* ubi multos refert, & teſtatur de ſimilibus legibus in regno Neapolitano, Gallic. & Hiſpan. & idem teſtatur *Pereir. dec.* 58. *n.* 11.

Et quanvis quæſtio nativitatis reſidens in cauſa civili hæreditatis, quæ vertitur coram judice ſæculari ad eccleſiaſticum ſit remittenda, & iterum ſuſpendatur cauſæ principalis deciſio, & idem quando dubitatur an filius natus ex matrimonio ſit hæres juxta *text. in cap. lator qui filii ſint legitimi, & cap. tuam de Ordin. cogn. & ibi Barb. & Fermoſin. latiſſimè Cabed. p.* 1. *deciſ.* 102. *Barb. in leg. Titia n.* 22. *& ſeqq. ff. de ſolut. matr. Valaſc. conſ.* 159. *Gam. deciſ.* 207. *Creſp. obſervat.* 23. *n.* 123. *& ſeqq. Paz de tennt. p.* 1. *cap.* 12 *n.*66. *& ſeqq. Auguſt Barb. de poteſt. Epiſcop.* 3. *p. alleg.* 84. *n.* 1. *& ſeqq. Gut. lib.* 3. *pract.* 5. *q* 26. *Farinac. de inquiſion. q.* 8. *n* 25. *& ſeqq. Fermoſ. in dict. cap. tuam q.* 1. *Cæval. de cogn. per viam violent.* 2. *p. q.* 65 *n.*52. *& (ſeqq. Solor ſan. de jur. indiar. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 18. ubi etiam quod valent acta coram ſæculari in cauſa petitionis hæreditatis, ſi non opponitur, coram eo declinatoria quod exceptio matrimonii, vel illegitimitatis, ſit prius coram eccleſiaſtico per tractanda) *Menoch. conſ.* 366. *n.* 46 *verſ. ſecundus caſus, & per tot. conſ Mierr. de maioratu* 3. *p. q.* 15. *Nogueir. alleg.* 25. *n.* 136. *& ſeqq.* quia diſtingunt inter quæſtionem facti, & juris, & quando interveniat.

2

Attamen hæc deciſio nativitatis pertinet ad ſæculare judicium, ut judicatum fuit in ſupplicationis ſenatu anno 1667. apud notarium Dominicum Ludovicum de Oliveira, & tradit eleganter *Creſp. obſerv.* 23 *n.*123.

3

Et quatenus diſputatur an ſit filius, & an ſit putativus hæc quæſtio non eſt ſpiritualis, ſed mere temporalis, *Menoch. conſ.* 366. *aliàs* 367. *n.* 11. *&* 46. *Sanch. de matr. lib.* 3. *diſp.* 54. *n.*4. *Fermoſ. in cap. tuam* 3. *de Ordin. cogn. p.* 1. *n.*20. *Farinac. q* 8. *n.*150. *Cæval. com. contr. com. q* 897. *n.*973. *& ſeqq.*

4

5 Si vero circa legitimetatis quæstionem aliquid spirituale obveniat virtutem, & efficatiam sacramenti matrimonii aliquateuus tangens, tunc ad judicium ecclesiasticum remittenda res est, cum sæculare adhoc non solum sit incompetens, sed incapax, *text. in d cap. lator. cap. accedentibus de express. prælat. Frid. sess. 24. de reformat. cap. 12. & ibi Barbos. notavit Barbos. in lege Titia n. 22. Cov. de sponsalib. 2. p. 8. 3. & 4.*

6 Attamen certum est posse sæcularem cognoscere defacto causæ spiritualis per modum causæ ad se fundandum in ea ad judicandum de causa principali ad se pertinere, *Barb. sup. n. 40.*

Et circa hanc materiam late diximus *in commentar. ad Ord. lib. 1. tit. 1. paragr. 6 per tot.* ubi plura invenies notatu digna.

CAP. CXX.

De remediis possessoriis circa maioratus possessionem, & quis ex contendentibus censeatur inclusus, vel exclusus à bonorum maioratus possessione, aut detentatione, & an in hoc judicio admittatur tertius oppositor, & assistens ut cognoscatur de proprietate, & successione, & sine illo possit cognosci de petitorio, quando notoriè, & in continenti constat de defectu proprietatis, & quid in judicio Tenutæ, regni Castellæ, & in nostro Portugaliæ observetur, & an commulari possint, & concurrere simul petitorium, & possessorium in eodem judicio, & processu.

SUMMARIUM.

Quando quis regalia possidet, possessor tenetur ostendere donationem titulumque suæ possessionis alioquin confiscatur, n. 2.

In interdicto recuperandæ, vel retinendæ ubi titulus exigitur necesse non est, ut sit unde quaqua sufficiens, sed sufficit coloratus, qui speciem tituli referat, n. 3.

Adhoc ut titulus dicatur coloratus, quod consequatur à persona legitima, & quod observetur forma legis, n. 4.

Non citato possessore, privari potest à possessione, n. 5.

DE hac re late diximus ad omnia in tractatu de exclusione, & inclusione maioratus, *tom. 1. cap. 1. n. 12.* ubi invenies plura circa materiam, & ad varias quæstiones de maioratu electivo diximus in commentariis *ad Ord. tom. 10 lib. 2. tit. 35. ad rubric. cap. 22.* 1

Et quando quis regalia possidet, & super regalibus, & coronæ bonis agitur tunc possessor tenetur ostendere donationem titulumque suæ possessionis alioquin Fisci regii instantiam, & ejus procuratoris fiscalium recte privari potest, quia absque titulo, & donatione valida possidere non permittitur dicta bona, ut tenet *Sotomayor cap. 16. n. 19. Pareja resol. 9. n. 59. in med. Valenz. cons. 20. n. 37. & seqq. Fraso cap. 2. n. 13.* 2

In interdicto recuperandæ, vel 3

reti-

retinendæ ubi titulus exigitur, neceſſe non eſt ut ſit unde quaque ſufficiens, ſed ſufficiet coloratus qui ſpeciem tituli referat, ut diximus *in comment. ad Ord. tom. 2. ad tit. 3. §. 6. gloſ. 11. num. 17. 18. & ſeqq.* quia titra quam quod materia eſt diverſa, ut ibi diximus, *& tom. 7. commentar. ad tractat. de poteſt. ſenatus*
4 *Aulici cap. 96.* & 97. quod adhoc ut titulus dicatur coloratus requiritur, quod conſequatur à perſona legitima, & nunc addimus ultra neceſſarium eſſe, quod in illo obſervetur forma legis, & quod non habeat obreptionem, nec ſubreptionem, aut aliud vitium, quia ſi illud habuerit, talis poſſeſſio dicitur in colorata, & etiam quando quis eſt privatus ex ſententia hominis, vel juris, vel jus poſſidentis reſiſtat, nec quando eſt mallus ipſo jure poteſt dici coloratus omnia probant, *ex text. in cap. licet Epiſcopus depræhendis in 6. Abb. in noſtris de conceſſ. præbend. n. 23. Felin. in cap. in noſtra n. 32. de reſcript. Pariſ. conſil. 125. num. ultim. vol 4. Ferret. conſ. 1. n. 5. Rebuf. de pacific. poſſeſſ. n. 44. Maſcard. conclus. 1383. Pereg. artic. 48. n. 29. & in ſpecie noſtri capitis Menchac. lib. 4. uſufreq. cap. 10. n. 27. Mier. de maiorat. 4. p. q. 1. n. 62. & ſeqq. & eleganter Aguila ad Rox. p. 7. cap. 2. n. 103. & ſeqq.*

Atque ita etiam non citato poſ- 5
ſeſſore privari poteſt á poſſeſſione, ut eleganter tradunt *Bellon. conſ. 70. n. ultim. Cravet. conſ. 5. n. 6. volum. 1. Decius conſ. 191. colum. 3. Bald. in conſ. 17. colum. fin. lib. 5. Matienſ. in L. 3. tit. 10. lib. 5. recop. gloſ. 12. n. 5. Grat. forenſ. cap. 339. n. 25.*

Juris Conſulto Luſitano.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI

EMMANUELI GONÇALVES

Canonicæ Sacrorum.

OPUS-

OPUSCULUM
DE
MAIORATU,
ET FIDEICOMMISSO SALTUARIO,
vel Liniali, & quis in eo ſuccedat jure primogenituræ, vel alio diverſo?

Circa Palatium Grimaldum, ad favorem Illuſtriſſimi D. Baptiſtæ Grimaldis Nobilis Genuenſis.

AUTHORE
EMMANUELE ALVARES
PEGAS,
Juris Conſulto Luſitano.

Et in Regio Supplicationis Senatu cauſarum Patrono, Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotore, Mitræ Archiepiſcopalis Bracharenſis, ac Ulyſſiponenſis Procuratore, nec non Lamecenſis Advocato, & Capellæ Regiæ Eccleſiarumque patronatus Regio Fiſcali.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI:
Ex Typographia DOMINICI GONC. ALVES.

An. M. DCC. XXXIX.
Cum facultate Superiorum.

DE DOMINICO GONÇALVES

ORYSSIPONE OCCIDENTALI:

DECAS

EMMANUELE ALVARES

E SOCIETATE

MANTISSA

DE

TOPOSCOPIA

LICENÇAS.

DO SANTO OFFICIO.

CENSURA DO M. R. P. M. Fr. ANTONIO DE Santa Maria, Qualificador do Santo Officio, &c.

EMINENTISSIME DOMINE.

OPUSCULUM iſtud de Linia Legali, à Sapientiſſimo Juris Conſulto Emmanuele Alvares Pegas compoſitum, quod typis mandare deſiderat Dominicus Gonçalves Bibliopola vidi, & legi: opus ſane egregium, & optimum: nilque in eo, fidei, boniſve moribus repugnans, offendi: idcirco digniſſimum judico cœlo, & prælo: Hoc meum judicium, quod imperio Eminentiæ veſtræ ſubjicio: Ulyſſipone Occidentali in Conventu Deiparentis à Bonahora ſub die 23. Februarii anni 1734.

Fr. Antonius à Santa Maria.

CENSURA DO M. R. P. M. Fr. MANOEL DO Espirito Santo, Qualificador do Santo Officio, &c.

EMINENTISSIME DOMINE.

MEritó hoc Opuſculum de Maioratu, ac Fideicommiſſo Liniali à Doctiſſimo Juris Conſulto Emmanuele Alvares Pegas, noſtræ Luſitaniæ ſingulariſſimo ornamento compoſitum, typis mandare optat, atque intendit Dominicus Gonçalves; in eo enim quamplurima reperiuntur non tantum Advocatis utiliſſima, imó ipſis Judicibus proficua lites dirimentibus: qua de cauſa congruum eſt, ut in lucem prodeat; & maximè quia nihil continet contra fidem, aut bonos mores. Ita cenſeo in Regali Cœnebio Sancti Franciſci Civitatis Ulyſſiponenſis Occidentalis die 14. Aprilis anni præſentis 1734.

Fr. Emmanuel à Spiritu Sancto.

Vistas as informações; póde-se imprimir o Tratado de Linea Legali, composto pelo Doutor Manoel Alvares Pegas; e depois de impresso tornará para se conferir, e dar licença, que corra, sem a qual não correrá. Lisboa Occidental, 17. de Abril de 1734.

Sylva.

DO ORDINARIO.

Póde-se imprimir o Livro, de que se trata, e depois de impresso tornará para se conferir, e dar licença para que corra. Lisboa Occidental 8. de Mayo de 1734.

Gouvea.

DO PAÇO.

CENSURA DO DOUTOR FRANCISCO PEreira da Cruz, Dezembargador da Casa da Supplicação.

DOMINE.

LEgi Opusculum de Maioratu, & Fideicommisso Saltuario, vel Lineali circa palatium Grimaldum ad favorem D. Baptistæ Grimaldis, nobilis Genuensis, cujus author fuit Emmanuel Alvares Pegas; opus istud, & alia quasi posthuma nunc exeunt in lucem, postquam ab aurà decessit author, & æquum reputo, ut typis mandetur, ac per similia opera luceat tanti viri memoria, & omnibus nota sit tanti doctoris elegans in jure facundia; maxime dum in hoc Opusculo nihil offendo adversus bonos mores, vel leges patrias. Ulyssipon. Orient. 15. Junii 1734.

Doutor Francisco Pereira da Cruz.

QUe se possa imprimir vistas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impresso tornará a esta Meza para se conferir, e taixar, e dar licença para correr, sem a qual não correrá. Lisboa Occidental, 20. de Julho de 1734.

Pereira. Teixeira.

OPUSCU-

OPUSCULUM
DE MAIORATU,
ET FIDEICOMMISSO SALTUARIO,
vel Liniali ; & quis in illo ſuccedat , jure primogeniturae, aut alio diverſo.

SUMMARIUM.

Materias grandes , ingenia parva non ſuſtinent , n. 1.

Ratio ordinis , n. 2. 3. 4.

Controverſia ex ſola maioratus inſtitutione decidenda eſt , & ab ejus verbis , nullo modo diſcedere licet , ſed potius ſecundum eam judicare, & conſulere tenemur, n. 9.

Succeſſio maioratus , aut fideicommiſſi in duas regulariter dividitur ſpecies , n. 10.

Una eſt linialis , & ſecundum ordinem primogenituræ erecta , & dicitur regularis , ibidem.

Altera irregularis in qua datur ſuccedendi ordo per maioratum facti, & ſaltuarium , n. 11.

Una pars teſtamenti , alteram declarat , n. 13.

Filius ſub ingrediatur locum matris, perinde eſt , ac ſi duceretur , quod maioritas matris etiam ad filium ſit porrigenda , n. 17.

Si appareant in una eademque diſpoſitione , & in una unica oratione omnes hæc tria vocabula primogenitus , maior natus , filius maior , *pro ſynonimis habeantur , n.* 18.

Qui eſt ſecundus excludendus venit à primogenito , n. 19.

Appellatione maioris natu , nihil aliud intelligitur, quam primogenitus , n. 20.

Secunda linia teſtatoris non admittitur , quin primus evanuerit , & evacuata ſit linea prima , n. 21.

In eodem verificari nequit clauſula de maiori natu in minori natu , n. 22.

Verba ſunt intelligenda prout latine ſonant , n. 23.

Plurimum inter ſe differunt , maior natu , & maior ætate , ibidem.

Qui dicantur maiores , ibidem.

Linia primogeniti eſt illa, quæ debet attendi , n. 24. *in fine.*

Cum vocatur maior natu ex linea recta filii maioris , vel minoris natu , non cenſetur vocatus ma-

 ior

ior natu, qui inter omnes descendentes, aut omnium descendentium gradibus reperitur, sed primogenitus cujuscumque gradus ex linea recta primogenitorum, n. 32.

Non præsumitur maioratum saltuarium esse institutum, n. 33. in medio, & in fine.

Maior natu vocatus, & dilectus âtestatore videtur, ibidem.

Quando indefinite vocatur maior natu ex pluribus descendentibus, dicitur maioratus saltuarius, ibidem, & n. 34. in princip.

Quando in dispositione includuntur formæ, & institutiones sequentes quomodo intelligatur maioratus vide, ibidem per totum.

Dictio item, *apposita in principio periodi, est respectiva præcedentium qualitatum, n. 35.*

Et quando exposita in clausula prosus divisa, & separata, tunc non stat respectivè, sed in captivè, & facit duas ex se perfectas dispositiones absque repetitione, ibidem.

Et quando ponitur in oratione perfecta non inducit repetitionem, ibidem.

In ultimis voluntatibus verbum præsenti temporis importat novam dispositionem, & separatam ab alia præcedenti, n. 36.

Relicta, aut legata domo, veniunt hortus viridaria accessoria, & conjuncta domui, n. 38.

Etiam veniunt melioramenta facta in domibus hortis, aut viridariis domuum, ibidem.

Jus rei legatæ alienari, locari, aut vendi potest, n. 41.

Eo ipso quod maioratus institutus dicitur alienationis prohibitio inest à jure, n. 42.

Prohibitio alienationis, non sufficit ad constituendum maioratum regulare quanvis habeat verba importantia perpetuitatem, ibidem.

Cum prerogativa maioris ætatis, & natu maioritatis modum succedendi respiciat, semper maior ætate, in quacumque linea succedere debet, non obstante lineæ, aut primogenituræ consideratione, n. 56.

Verbum maior natu, indicat maioritatem ætatis, & importat maioratum saltuarium, ibidem.

Alienatio quando est necessaria, nunquam censetur prohibita, n. 43.

Executio fieri potest in fructibus, & commoditatibus, ad usumfructuarium pertinentibus, ibid.

Dominium rerum hominibus concessum fuit ut ipsi possint illis uti, n. 44.

Homo in extremo vitæ constitutus omnino est incapax usu rerum omnium, ibidem.

Unusquisque potest disponere de bonis in quibus habet dominium, & illa transferre in alios eomodo, quo sibi visum fuerit, ibid.

Dominium amissum à testatore transfertur authoritate legis in eum, ad quem ipsemet, testator, transferri vult, ibidem.

Verbum ipsius testatoris importat conservationem dominii in bonis ipsiusmet testatoris, ibidem §. 1.

Hæreditas repræsentat personam defuncti, ibidem.

Hæreditas juris nimen est, n. 45.

Non est inconveniens quod dominium bonorum, sive jus successionis remaneat in suspenso, ibidem.

Quod procedit non solum quando voluntas est manifesta, verum etiam quando est tacita, & per conjecturas, n. 47.

Duo in usufructu considerari debent, n. 48.

Uſusfructus, ſeu jus formale in jure conſiſtit cum nihil aliud ſit quam jus utendi, & fruendi, n. 49.

Fructus ſunt ipſius uſusfructus, cõmoditas, & utilitas, quæ non in jure, ſed potius in facto perceptionis conſiſtit, n. 50.

Fructus, ſeu comoditatis appellatione uſumfructuum non veniunt, licet è contra uſusfructus nomine fructus, & commoditatis compræhendatur, n. 51.

Penes unum poteſt eſſe uſusfructus, & penes alium commoditas, ibidem.

Nam in fructuum perceptione, nullum jus ut in uſufructu conſideratur, n. 52.

Ultimus poſſeſſor dicitur habere jus utendi, & fruendi, n. 54.

Ultra vitam uſusfructuarii non durat illius jus, n. 55.

Maior natus, dicitur qui primo natus eſt, & maiorem habet ætatem, & plures annos, n. 57.

Et ſi vocatus ſit maior natu hæc verba tolunt dubitationem, ut omnino intelligatur, de maiori ætate, & ſeniori, ibid. §. 1.

Et ideo quod teſtatori, ſeu gravato ſit proximior, non requiritur, ſed ſufficit quod ſit ſenior, ibidem.

Mortuo ultimo ſeniore non tranſit ſucceſſio ad ejus filios, ſed ad alium antiquiorem, ſed natu maiorem quanvis alterius liniæ, quia fundator ſic vocando ſeniorem hanc rem præſumitur taliter intelexiſſe, ibidem.

Qualitas ætatis non eſt tranſmiſſibilis ad filios, n. 58.

Nam ubi conſideratur ætas inſpicimus ſucceſſorem, non cum qui ſucceſſit in his, quæ poſt mortem illius ſumunt initium, vel effectum, ibidem.

Ætas omnium rerum eſt perſonaliſſima, quæ nunquam tranſit in filium, nam ætas patris, non poteſt eſſe ætas filii, ibidem.

Ergo cum patruus ſit maior ætate quam nepos filii primogeniti debet patruus nepoti præferri, ibidem.

Magna datur differentia inter jus Hiſpanum, & Luſitanum, inter filium maiorem natu, & primogenitum, n. 59.

Filius maior non idem ſignificat, quod filius primogenitus, ibidem.

Vocatio primogeniti ſumitur civiliter, & vocatio maioris natu, ſumitur naturaliter, ibidem.

Quando conceſſio facta fuerit ad maioris natu favorem ſemper intelligitur de illo, qui fuerit maior inter deſcendentes primi à quocumque deſcendat, ſive primogenito, ſive ſecundogenito, ibidem.

In maioratus ſucceſſione vocatus habet primum ſucceſſionis locum licet alii ſint in meliori linea ſexu gradu, aut ætate, n. 61.

Et in ſpecie vocationis natu maioris lineæ maſculinæ prout in noſtra clauſula continetur, talis natu maior cenſetur vocatus, n. 62.

Teſtatoris voluntas primum locum, in ſucceſſione ſibi vendicat, n. 63.

Eo ipſo quod maior natu cenſetur vocatus introducitur, cæterorum juniorum excluſio, n. 64.

Tota ſucceſſio provenit à fundatoris voluntate, ibidem.

Succeſſio legalis, & regularis locum non habet reſpectu filii primogeniti, ſed tantum vocatio filii maioris natu ſecundum teſtatoris voluntatem, n. 66.

Linea eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, n. 67.

Ver-

Verbum linia universos descendentes in infinitum comprahendit, n. 68.

Verbum perpetuo *appositum per vocationem maioris natu, & geminate probat, quod testator magis respicit ad ætatem, quam ad aliam qualitatem, n.* 70.

Sine copia multorum librorum, & multo studio, veritas non invenitur, & argumenta non cessant, n. 71.

Clausula dicitur finita, perfecta, & distincta quando dantur aliæ, intermediæ, cum suis verbis à quibus reguntur, & tunc aliæ dicuntur diversæ, d. 73.

Clausula quanvis generalis, & qualificata intelligitur loqui de dispositione, in qua antea specialiter provisum erat, & postea separatim provisum fuit, ibidem.

Quia non videtur velle loqui de isdem personis, & successionibus, sed diversis, quanvis alias includerentur, n. 74.

In institutionis clausulis semper intelligitur testatorem velle attendere ad casus diversos, & providere in omnibus casibus, qui accidere poterunt, n. 75.

Melius medium disponendi est per casus distinctionem, diversitatem, & separationem vocationum, ibidem.

Regula stat pro exclosione repetitionis, n. 76.

Quando successio ingressa fuit in alicujus linea, non potest ad aliam transire, dummodo ex illa linea aliquis super fuerit, n. 80.

Tamen hæc regula limitatur in maioratu facti, aut saltuario, in quo regula de linea ingressa non attenditur, n. 81.

Data incapacitate, aut inhabilitate successionis, statim fit transitus de una linea, ad aliam, ibidem.

Limitatur etiam quando datur voluntas testatoris, aut institutoris, quia tunc non extincta linea possessoris transit successio ad aliam lineam requisitam à testatore, ibidem.

Per vocationem maioris natu inducitur saltum de una linea ad aliam, n. 82.

In ultimis voluntatibus omissum habetur pro omisso, & non fit extentio ad alterum casum, & personam, n. 85.

In materia hujusmodi maioratus filius non ingreditur locum patris, aut matris, se proximior natu maior quanvis non sit ex linea primi nominati, sed ex alia, de eadem tamen familia, & agnatione, n. 86.

Nec in nostro casu attenditur, ad ultimi possessoris proximitatem requisitam adhoc ut aliquis dicatur legitimus maioratus successor, dummodo descendat ab institutoris sanguine, n. 87.

In hac irregulari successione proximitas gradus non computatur, nec numeratur respectu sanguinis, sed respectu successionis, n 88

Et in maioratu saltuario dicitur proximior maior natu vocatus, & remotior proximior in sanguine, ibidem.

Duplex proximitas datur una respectu sanguinis, altera respectu successionis, & ista qualificata præferentiam habet illi, n. 89.

Proximior non dicitur consanguineus, sed remotus, qui est in linea sine qualitate, licet sit proximior in sanguine ultimi possessoris, n. 90.

Differentia circa modum succedendi

di in maioratu ſaltuario, n. 91.
Maioratus ſaltuarius ambulat de maiori in maiorem, & non continuatur in linea, nec tranſit ad filios jam admiſſi, n. 92.
Filius poſſeſſoris, ſi non habet qualitatem â teſtatore requiſitam, excluditur à maioratu ſaltuario, quia in illo non cenſetur vocatus deſcendens poſſeſſoris, licet ſit filius, & proximior in ſanguine, ſed admittitur maior natu licet remotior in ſanguine, ibidem.
Primogenitus, & maior natus ſunt ſynonima, n. 95.
Et apud Luſitanos, & Hiſpanos confunduntur hæc nomina abſque differentia, n. 96. & 104. ubi late explanatur aliter ſe habet in Italia, & aliis locis ubi Luſitano, aut Hiſpano more non vivitur, quìa aliud ſignificant, n. 98.
Et ſecundum magis communem opinionem quando vocatus fuit ſimpliciter maior, non intelligitur de primogenito, ſed de maiori ætate, & ſeniores, n. 99.
Verbum Primogenitus *ſecundum communem loquendi uſum civiliter, & in ſenſu legali intelligitur, & accipitur quatenus inducit nomen juris, n. 100.*
Verbum maioratus communiter accipitur, & naturaliter, & ſecundum quod habet nominationem facti, n. 101.
Maior natu dicitur qui eſt ætate ſenior, n. 102.
Maior ætas ſucceſſionis tempore attenditur, & non alias, n. 103.
Primogenitus eſt nomen juris, & relationem habet ad jus civile, maior vero natu, nomen eſt facti, & naturaliter ſumitur, n. 104.
Durante linea primi admiſſi, aut primogeniti non fit tranſitus ad aliam lineam ſecundogeniti, ibidem.
Succeſſio in regnis defertur jure particulari regni, diverſo ab aliis ſucceſſionibus, n. 106.
Maior natu ex eo dicitur, quia prius natus, & maiorem ætatem habet, n. 107.
Vocato filio maiori conſideratur prærogativa ætatis tempore delatæ ſucceſſionis, & non lineæ primogenituræ, n. 108.
Inconvenientes circa ſucceſſionem in maioratu ſaltuario, n. 110. 111. 112. & ſeqq. uſque 115.
Sententia, quæ in rem judicatam tranſivit ab ea recedere non licet, n. 119.
Et ſi de injuſtitia opponatur, non enim quæretur an juſta, vel injuſta fuiſſet ſententia prolata, ſed an reſolutum ſit, ibidem.
Prærogativa ætatis prævalet lineali quoties verſatur quæſtio ſuper jure exquirente induſtriam perſonæ, vel actum prudentialem magis adaptabilem, & congruum maiori natu effective, n. 120.
Non eſt tamen recedendum à re judicata, ſuper ea interpetratione quam ſemel habuit teſtamentum, inter eaſdem partes, n. 121. in fine.
Maioratus regularis eſt ille, qui non defert ab ipſa primogenitura irregularis vere, & improprium qui exiſtit ſaltuarius, n. 125.
Qui habet prærogativam ætatis habet etiam regulam pro ſe, n. 126.
Differentia inter primogenitum, & maiorem natu eſt potius momentanea, & phymera, quam durabilis, & ſucceſſiva, ibidem.
Bona ingreſſa in unam lineam egredi non debent niſi ea totaliter ſit eva-

evacuata, ibidem.
Dictio semper maximum producit effectum, n. 129.
Quando datur opinionum concursus, & scribentium varietas potius judicandum est, per ea, quæ resolvunt scribentes per tractatus, & resolutiones, quam per ea, quæ ut consiliarii scripserunt, n. 137. & 138.
Fideicommissum, maioratum, quando est ingressum in una linia, in ea debet continuari donec fuerit evacuata, nec potest fieri transitus ad aliam, etiam si vocatio maioris natu sit generica, n. 142.
In maioratu vendicat sibi locum regula illa, quod vocata una persona etiam omnes ab ea descendentes, & prædilecti, & vocati censetur, n. 148.
Valet argumentum de feudis, ad fideicommissum, n. 153.
In maioratu saltuario consideratur vocatio natu maioris, qui succedere debet, & non filius ultimi possessoris, n 154.
Sunt ex text. expressi, qui ad exclusionem liniæ contrariam voluntatem admittunt, ibidem.
Linia incipit à persona fundatoris, quì dicitur in linia, ibidem.
Relatio ad suum initium confertur, & primordium rei totam ipsius continuationem informat, ibid.
Verba descendens à linea masculina d. testatoris intelliguntur de ipsius testatoris linea quatenus ab illo immediate, & potius dirivatur, non de remota, & mediata linea possessoris, cum verba accipi debeant per prius, & immediate, & non mediate, & per posterius, n. 155.
Et verba ejusdem tenoris denotant illius lineam propter dictionem dicti *personalissimam, n.* 156.
Nunquam verba clausulæ sequentis, referuntur ad præcedentem, n. 158.
Clausula sequens non potest, nec debet referri ad primas substitutiones, quæ suam specialem, & certam habuere determinationem, ibidem.
Ordo primogenituræ facilius præsumitur in fideicommisso constituto ab ascendente quam in ordinato à transversali, quia conditio si sine liberis, in quacumque dispositione facta ab ascendente subintelligitur, n. 160.
Præsumptio deducta ex L. cum avus ff. de condit. & demonstrat. cessat in transversalibus, quia in solis descendentibus militat, ibid.
Successio quando aufertur filiis dicitur turbari naturæ ordo, & juris dispositio, n. 163.
Maioratus saltuarius facilius præsumitur, in bonis feudalibus, & in erectione commendæ, n. 164.
Ad constituendum maioratum non attenditur ad qualitatem bonorũ, sed ad testatoris voluntatem, n. 165.
Maioris natu vocatio arguit primogenituram, n. 166.
Nepos excludit patruum in primogenituris, maxime quando pater nepotis bona primogenituræ possessit, ibidem.
Qualitas apposita in una substitutione, censetur repita in altera connexa, & copulata, n. 168.
Ordo succedendi expressus in institutione censetur repetitus in substitutione, ibidem.
Primogenitura censetur continuata, quando filius maior ex linea recta filii maioris fuit vocatus, ibidem.
In maioratus materia tacitum, non potest vincere expressum, immo expressum, facit cessare tacitum, ibid.

Qui

Qui habet vocationem expreſſam præferentiam abtinet in concurſu tacite vocati, ibidem.

Confeſſio facta à poſſeſſore, non præjudicat ſucceſſoribus, n. 169.

Et etiam quod exactu voluntario facto â poſſeſſore maioratus, non præjudicet ſucceſſoribus, qui ſemper poſſunt ſuum jus defendere, ibidem.

*Declaratio tacita deducta ex obſervantia contra teſtatoris voluntatem non dicitur obſervantia, ſed voluntatis deſtructio, n.*170.

A diverſis non fit illatio, n. 181.

Maioratus non poteſt vocari ſaltuarius niſi ita conſtet ex teſtatoris voluntate, aut conjecturæ efficaces concurrant, ſine quibus non poteſt fieri tranſitus de una linea ad aliam, n. 172.

*Semper jus eſt certum, nam licet quæſtio juris ſit ſubtilis, aut deficilis, non dicitur dubia, nec altiorem indaginem requirit, quia jus, & ejus reſolutio ſemper eſt certa, n.*173.

Maiores natu, & ſenes præſumuntur prudentiores ſapientiores, & bonorum conſervatores, num. 184. *& ſeqq.*

*Lacedemonii ſolum ad ſenectutem attendebant, ad bona conſervanda, & honores obtinendas, n.*85.

Privilegia conceſſa ſenectuti, de jure Divino, n. 186.

De jure naturali, n. 187.

De jure gentium, n. 188.

De jure canonico, n. 189.

De jure civili, n. 190.

MATERIAS grandes, ingenia parva non ſuſtinent, & in ipſo conatu velut auſa ſuccumbunt, inquit, divinum illud Eccleſiæ lumen, *Divus Hieronymus*; unde nihil mirum, ſi poſt tot magni nominis virorum multitudinem, qui pro elucidenda juſtitia, & ejus ſcopo attingendo in hujuſmodi cauſa materia, & lite, tam valde controverſa ſcripſiſſe conſtet ex ſcriptis *à Doctiſſimo Joanne Torre, in tract. de ſucceſſ. maiorat. & primogenit. tom.* 1. *cap.* 39. 40. *&* 41. *& tom.* 3. *dec.* 16. dum auſus ſum illorum minimus, meum interponere judicium, tantæ molis periculo me exponens ſuccumbam velut auſus: Rem tamen aggredior rogatus ab amico die 29. Novembris hujus anni, ut in ſenſu veritatis ſcriberem; & intra tam breve tempus auſus meos provoco, ſed ſcribo divino frætus numine, in cujus poteſtate cuncta ſunt poſita; hæc enim profecto, ſumma virtus eſt, provinciarumque omnium recte gerendarum virtus, ac verus ſcopus, cuique ſe magis quiſque adaptaverit, ac veluti conſtrinxerit, quidquid erit ſuſceptum honeſtius, ac laudabilius honorificentius, ac tandem ſine invidia, geret, nam ut recte ait *Senec.* Omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cujus in dictione, ac poteſtate ſunt, quam quid debeant facere; & ita indefeſſo ad ſtudio obediendum facto, multa vidi, non pava legi, & examinavi, & brevi tempore ſcripſi, ſic jubenti volens, lubenſque parvi, & ita quid intelligam ſubſcribo.

Illuſtriſſimus, ac Nobiliſſimus Hieronymus Grimaldus ſenior anno 1550. ſuum condidit teſtamentum, cujus tenor ad literam refert *d. Doctiſſ. Torre d. cap.* 39. *pag.* 438. *tom.* 1. & ideo in ejus narratione immorari ſuperfluum duxi, quia ex dicto libro typis mandato conjuncta arbore conſanguinitatis, de qua apud eum *pag* 450. *& in princ. tom.* 3. *dec.* 16. videndi ſunt ſucceſſores ſuo ordine in arbore contenti, in quos per

lineas, & ramos, ejuſdem arboris, diſperſos, ſanguis à primo primogenitore derivatur neceſſario pro cognoſcendo quoquiſque gradu diſtet, tam ab ſtipite, quam ab ultimo poſſeſſore, & melius ex caſus narratione conſtabit, quam videre poteris apud eumdem *Torre pag.* 450. *p.* 1. *col.* 1. *verſ. Hieronymus*, ubi ita ſcriptum reliquit.

Hieronymus Grimaldus reliquit,
3 *ut vidiſti in ejus teſtamento, hæredem univerſalem Baptiſtam ejus filium, & inter alia etiam diſpoſuit, quòd de ſuis bonis emerentur loca mille comperarum Sancti Georgii, quæ ſcribantur ſuper ipſum teſtatorem in una columna, de quorum proventibus fiat, quantum pro dimidia, eorum annuatim diſpenſatio per Sp. officium ſuffragii pauperum, cum interventu tamen, & conſenſu Baptiſtæ filii teſtatoris, & eo Baptiſta defuncto una cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendente; qua linea maſculina deficiente ipſa diſpenſatio fiat per ipſum Sp. officium una cum filia maiori natu dicti teſtatoris, & ſucceſſivè mandavit deponi in tot locis comperarum Sancti Georgii aliam ſummam ad effectū conficiendi quoddam multiplicum favore primogenitì ex deſcendentibus dicti teſtatoris ex linea maſculina, qua linea maſculina deficiente vocavit natu maiorem maſculum filiæ maioris ejuſdem teſtatoris in perpetuum, & ulterius, ut pariter legitur in eodem teſtamento; diſpoſuit. quod domus ſua cum viridario ſita Genuæ, non poſſit aliquo tempore vendi, aut alienari, & quod illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens à linea maſculina dicti teſtatoris, & ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori dicti teſtatoris; & ordine, & modis prædictis hoc perpetuo ſervetur.*

Baptiſta primo hærede, & admiſſo ad legatum prædictum, defuncto, ſucceſſit in maioratu domus controverſæ Joannes Franciſcus ejus primogenitus, vel natu maior; poſtea Hieronymus, Joannes Franciſcus Junior, & demum Hieronymus reus conventus Dux Hyeracii, omnes linealiter deſcendentes ab eodem Baptiſta primo hærede, contra quem dominum meum Hyeracis ducem inſurrexit annis præteritis D. Baptiſta ejuſdem teſtatoris ex Paſquali ſecundogenito deſcendens, eo ſubprætextu, quod cum ipſe haberet prærogativam maioris ætatis inter deſcendentes ejuſdem Hieronymi teſtatoris, eſſet vocatus ad fruitionem dictæ domus, non obſtante exiſtentia dicti domini Hieronymi Junioris maioris natu ex deſcendentibus Joannis Franciſci primogeniti, & maioris natu dicti Baptiſtæ. 4

Hactenus *Torrez*, & *in verſ.* 5 *cauſaque d. pag.* 450. profitetur, & teſtatur, quod cauſa in Rota Genuenſi introducta, quæ libet ex partibus patrocinia expetivit à pluribus magni nominis Italiæ advocatis, & præ cæteris idem D. Baptiſta recurſum habuit ad Aloytium Manſium, qui pro maiori natu totius deſcendentiæ ad vota ejuſdem requirentis ſcripſit, ut videre eſt apud eundem *Torre* §. 1. *pag.* 451. *uſque ad pag.* 472. ubi exarata invenitur reſponſio ſupradictæ conſultationi communicata eum *DD. Arnorfini*, & *Palma*, *ut* §. 2. *uſque ad pag.* 486. & 487. reperitur etiam reſponſum ſcriptum *à doctiſſimo Torre*, ubi plura elegan-ter affert, §. 3. *uſque ad pag.* 505. quo loco typis mandavit allegationem Hieronymi Palmæ nepotis, ad oſtendendum diſpoſitionem Hieronymi teſtatoris non fuiſſe ordine ſaltuario ordinatam, ſed lineali ordine, ut patet *fol. ſeqq. uſque ad pag.* 514.

& §. 5. ſubſcripſit *Doctor Franſciſc. de Andrea uſque ad pag.* 517. ubi defendit votum Seraphini, & Pamphilii; & §. 7. *pag.* 527. tranſcribit votum Doctoris Franciſci de Andrea defendentis apologeticé, quæ contra ipſum ſcripſit idem *Manſius uſque ad pag.*553. ubi §. 8. affert reſponſionem *Manſii* ad oppoſitiones contra eum factas, & defendit votum Seraphini, & Pamphilli; & §. 9. *pag.* 564. tranſcripſit alteram allegationem D. Franciſci de Andrea contra D. Manſium *uſque ad fol.* 601. ubi invenitur §. 10. cum reſponſo D. Joannis Auguſtini Solarii in eadem cauſa pro ſaltu ſcribentis, & affert per extenſum votum Seraphini, & Pamphilii, & arborem familiæ de Grimaldis, *uſque ad pag* 613. ubi tradit §. 11. & refert ad literam allegationem D. Alexandris Monte Merlus; & §. 13. ponit allegationem D. Caroli Anton. de Luca oſtendentis ſucceſſionem hujus maioratus eſſe linealem.

Sed ſupradictis non obſtantibus,
6 Rota Genuenſis communi, & conformi ſufragio ſententiam protulit in D. Baptiſtæ natu maioris de univerſa linea ipſius teſtatoris favorem, ex fundamentis impreſſis apud *Manſ. conſult.*108. prout teſtatur idem *Torre cap.*40. *pag* 629. *d.*1. *p.* & 3. *dec.*16. *pag.* 68. approbatis ab eodem *Manſ. conſult.* 372. *lib.*4 de qua facit etiam mentionem *Palm. Nepos conſult.*99. & 100. prout etiam teſtatur idem *Torre d. cap.* 40. ubi etiam aſſerit abhac ſententia interpoſitam fuiſſe appellationem per dictum Hieronymum Hyerarcis Ducem, & commiſſa fuit appellatio tribus judicibus Genuenſibus, coram quibus proſequuto lineæ, & ætatis conflitu rurſus ipſemet *Doctiſſ. Torre in* §. 1. *pag.* 629. exaravit conſultationem reſponſivam allegationi *D. Manſii*; & §. 2. eandem *D. Manſii* conſultationem refert; & §. 3. aliam conſultationem ab ipſo Torre compoſitam occaſione data reſpondendi conſilio Francis Antonii Coſtæ, quod dicebatur in terminis contra linealem ſucceſſionem; & *in* §. 4. motiva judicium appellationum contra maioratus ſaltuarium edita, & per D. Butinium extenſa; & *in* §. 5. alia motiva in contrarium; & *in* §. 6 reſponſum D. Franciſci de Andrea ad motiva contra ſucceſſionem linealem prolata; & §. 7. refert alias conſiderationes circa Seraphini, & Pamphilii; & §. 8. aliam affert reſponſionem D. Palmæ nepotis ad objecta loco motivi Butinii excitata adverſus ordinem linealem.

Et §. 41 refert *idem Torre* alias 7
allegationes initas coram tribus judicibus appellationum circa eandem materiam, & ſucceſſionem, ut patet *ex* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. in §§. multa hinc, inde doctiſſimi ſcribentes elegantiſſimas allegationes ſcripſerunt, & pro utraque parte typis mandarunt, pro, & contra *deciſionem* 16. *ejuſdemmet Torre.*

Igitur ſuppoſita hac facti ſpecie, 8
in cujus narratione immorari neceſſarium duxi, ut lectori de facili innoteſcat, ordo erit; ut prælibatis neceſſariis; quid juſtius ſit amplectamus, quis ex prætonſeribus meliorem foveat cauſam, ad finem aperiemus.

Et quod primò occurrit, illud 9
eſt, nempe in ſpicere inſtitutionis clauſulam, in qua totus cardo vertitur, ut cognoſcamus fideicommiſſi, ac maioratus naturam, nam controverſia ex ſola maioratus inſtitutione decidenda eſt, & ab ejus verbis nullo modo diſcere licet, ſed potius ſecundum eam judicare, & conſulere tenemur, *L. ita veniunt ff. petit. hæred.* ibi: *Interpretationem facere ejus relatis, L. de his ff. de tranſ-*

actionib. ibi: *De his controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi, neque exquire veritas aliter potest, resolvunt Padilh. Molin. Pereg. Pareja, Castr. Bald. Valens. Rovit. Paz de Tenut. Sastrih. Galeot. Nogueir. quos ego ipse refero in tract. de maior. erect. tom. 1. cap 6. n. 1. &* 2. & ita ejus tenor talis est: *Item vult, quod domus sua cum viridario, & pertinentiis sita Genuæ apud Sanctum Franciscum, in qua in præsentiarum ipse testator habitat non possit ullo unquam tempore alienari, vendi, nec obligari, aut pignorari, aliquo prætextu, tempore aliquo; prohibendo talem alienationem, vel obligationem, immo vult quod semper sit inalienabilis, & in bonis ipsius testatoris, quod illa frui, & gaudere perpetuo possit maior natu descendens à linea masculina dicti testatoris, & ea linea deficiente maior natu descendens à filia maiori ejusdem testatoris, & ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo servetur.*

Ex his verbis decisa fuit contro-
10 versia, & ex illis venit indaganda maioratus natura, de quo agitur; utrum sit facti, & saltuarius, an vero sit linealis, quia successio fideicommissi, aut maioratus in duas regulariter dividitur species: una est linealis, & secundum ordinem primogenituræ erecta, & dicitur regularis, adhoc ut succedat primulgenitus, & ad successionem invitetur, & post ejus mortem ejus filius, & sic successivé primogenituræ servato, omnes alii postea ab eo descendentes censentur vocati, excluso fratre testoris, ut ex *Abbas, Castrens. Tiraquel. Cov. Molin.* & *Menoch.* tradit idem *Torre* 1. *p. de successione in primogenit.* & *maiorat. Italiæ cap.* 39. §. 1. *pag.* 452. *num.* 1. & nos late exornavimus *in tract. de maiorat. succeff. tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 420. & late omnibus in specie citatis, *n.* 588. & *seqq.* & *cap.* 10. *n.* 45. & *seqq.* & §. 5. *pag.* 514. & §. 7. *pag.* 527. & §. 11. *pag.* 613 & §. 12. *pag.* 625 & *cap.* 40. *per totum*, *pag.* 632. & *seqq.* & *cap.* 41. §. 1. *pag.* 660. & *seqq.* & *cap.* 41. §. 2. *pag.* 665. & *seqq.* & §. 4. *pag.* 691. & §. 6. *pag.* 731. & *seqq* & §. 7. *pag.* 757. & *seqq.* & §. 8. *pag.* 771. & *seqq.* & §. 9. *n.* 779. & § 10. *pag.* 782. late *Feleaga Inchiridion. jur. cap.* 20. *Capon. discept.* 237. *Palma Nepos in specie alleg.* 99. & 100. *Lura de fideicommiss. disc.* 1. 2. 3. 4. 5. & 16. & 202. *in supplemento.*

Altera maioratus species est irre- 11
gularis, in qua datur succedendi ordo per maioratum facti, & saltuarium, in quo nulla primogeniti, & ejus lineæ rectæ ratio habetur, verum sola prærogativa ætatis inter omnes alicujus lineæ, seu descendentiæ attenditur; itaut quocumque tempore successionis vocatio contingat, ille solum in hujusmodi maioratu facti, & saltuario admittendus sit, qui cæteros omnes ex dicta linea, descendentia, seu familia à testatore, seu instituente nominata ætate præcellat, nulla ratione habita proximitatis testatoris, aut ultimi descendentis, sed tantummodo ætatis, ut tenunt *Alexand. cons.* 4. *per tot. lib.* 4. *Pereg. cons.* 64. *n.* 17. *lib.* 2. *cons.* 38. *sub n* 17. & *cons.* 24. *sub n.* 10. *lib.* 3. & *de fideicommiss. art.* 13. *n.* 86. *vers. quod si maior Marth. de succeff. legal. p.* 3. *q.* 8. *art.* 2. *n.* 11. *Gratian. forens. cap.* 38. & 456. *n.* 83. & *cap.* 695. *n.* 2. eleganter *Thesaur. forens. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 3. & *lib.* 1. *q.* 35. *n.* 45. *Rota apud Massin. de confisc. q.* 33. *Spada cons.* 52. *n.* 9. & 10. *vol.* 1. *Honded. cons.* 70. *lib.* 2. *Surd. cons.* 403. & *cons.* 455. & *cons.* 468. *Menoch. cons.* 442. & 886. *Bellon Jun. cons.* 11. *Fusar. cons.* 39. 40. & 41. *Galeot. contr.* 48. *Redenasc. cons.* 82.

Amat.

Amat. reſol. 1. *n.* 12. *Mangil. de imput. q.* 77. *n.* 169. *& ſeqq. Altograd. relat. à Sabel. reſol.* 40. *Cancer. var. p* 3. *cap.* 21. *de tranſmiſſ. n.* 303. & 304. eleganter exornat *Manſ. apud eidem Torre d. cap.* 39. *n.* 1. ubi de ratione, & §. 1. *per tot. & n.* 34. *verſ. quod in maioratu facti non proximitas, ſed ætas attenditur*; de qua re etiam latiſſimè *cap.* 40. §. 1. *pag.* 632. *n.* 10. 11. & 12. & 3. *p. dec.* 16. & 21. *Franciſc. Anton. Coſt. conſ.* 67. *n.* 2. *Carlin. forenſ. tom.* 3. *cap.* 222. *per tot. & n.* 51. *& ſeqq. Cenſal ad Peteg. art.* 13. *pag.* 21. *verſ. ſecundo, Kanipſchilt de fideicommiſſ. fam. nob. cap.* 6. *n.* 310. eleganter in ſpecie exornat *Palma Nepos alleg* 49. *per tot. & alleg.* 50. de qua re etiam *alleg.* 99. & 100. *Milanens dec.* 9. *n.* 47. *Robles de repræſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 24. *Cæſar Caren. reſol.* 5. *n* 11. *Antonel. de tempore legal lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 9. *& ſeqq. Altograd. Jun. contr.* 42. *n.* 19. 21. & 22. *tom.* 1. & 2. *p. contr.* 75. *n* 14. & *ſeqq.* & *n.* 30. & 31. *Actolin. reſolut.* 81. *per tot.* & *n.* 8. *Luca de fideicommiſſ. diſc.* 1. *n.* 4. *diſc.* 3. 4. & 5. *n.* 9. *Alter Altograd. lib.* 2. *conſ.* 46. & *n.* 20. & *conſ.* 77. *n.* 19. & 20, *Prato in add. ad Paſchal. de virib. patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 9. *ad num*, 6. defendit hanc partem abſque affectione, *Idem Torre* 2. *p. q.* 1. *per tot.* & 35. & 3. *p. dec.* 15. *n.* 25. & *ſeqq.* & *dec.* 18. & 21. *idem Prato forenſ. cap.* 38.

12 Suppoſita hac legali maioratus diviſione, reſtat inquirendum inſpecto inſtitutionis tenore, & conſiderata clauſula exarata, an legatum, vel maioratus, de quo agitur ſit, linealis, vel ſaltuarius, & utrum in hac bonorum ſucceſſione ſuccedere debeat filius primogenitus ultimi poſſeſſoris, & ſenioris Junior, vel patruus ſenior, & maior natu D. Baptiſtæ.

In qua controverſia vertenti ſuper intelligentia diſpoſitionis factæ à D. Hieronymo Grimaldi; utrum ſcilicet verbum, *maior natu*, intelligendum ſit de maiori in ætate, vel potius de illo, qui primus eſt in ordine primogenituræ, videbatur imprimis fore obſervanda nonnulla, ex quibus deinceps facilis erit aditus ad determinationem eorum, quæ apparent dubia.

Primum ſiquidem, dicunt adverſarii, quod certum eſt, teſtatorem in 13
eodem teſtamento tres feciſſe diſpoſitiones ad favorem ejuſdem maioris natu, ideſt, aſſiſtentiam, ſeu interventum maioris natu in diſtributione erga pauperes, multiplicum, & gauditum domus, quas omnes tres diſpoſitiones eiſdemmet conditionibus munivit, ideſt, quòd in ipſis ſemper ſuccedere deberet maior natu maſculus, & per lineam maſculinam, & hoc in perpetuum; qua linea maſculina deficiente vocavit ad prædicta maiorem natu maſculum deſcendentem ex ejus filia maiori natu, & hoc pariter in perpetuum; ex quo ſequitur, omnes has tres diſpotiones confectas fuiſſe ad favorem unius perſonæ, & quod una recipit interpretationem ab altera per regulam, quòd una pars teſtamenti alteram declarat, ut videre apud *Torr. d. cap.* 39. §. 4. & *n.* 33. *pag.* 510. & §. 12. *n.* 19. & *dec.* 16. *Palm. Nepos alleg.* 99. & 100.

Secunda res, quam certam aſſe- 14
runt, eſt, teſtatorem voluiſſe condere maioratum perpetuum, quod non extingueretur per obitum unius, aut alterius perſonæ vocatæ, ſed quòd perpetuò progrederetur de uno maiori natu in alterum, prout patet ex illis primæ diſpoſitionis: *Una cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendenti, & hoc ſervetur perpetuo modis prædictis*: & paulo poſt in vocatione maſculi deſcendentis

dentis ex filia maiori: *Succedat ille masculus maior natu, qui adesset ex filia maiori natu dicti testatoris, qui viveret, & de maiori natu, in maiorem natu ex linea filiorum dicti testatoris succedatur ad eam dispensationem una cum ipso officio, & hoc servetur perpetuo, prout supra*, ut colligitur ex eodem *Torr. ubi sup. d. cap.* 39. §. 4. 9. *&* 11. *& cap.* 40. §. 1. *& cap.* 41. §. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. *Palm. Nepos alleg.* 99. & 100. *Luc. de fideicommiss. disc.* 1. *& seqq.*

15 Tertia res, quam affirmant esse certam, est quod testator cum septem filios haberet, ideſt unum masculum, & sex fœminas, vocavit expresse ad gauditum, sive fruitionem dictorum maioratuum masculum descendentem ex omnibus septem cum prælatione tamen lineæ inter eos, ideſt, quod maior natu primæ lineæ præferri deberet maiori natu secundæ, & maior natu secundæ maiori natu tertiæ, & sic deinceps, quod evidenter aparet; primò etenim vocavit maiorem natu Baptistæ, & ejus lineæ; in defectum hujus lineæ, vocavit filiam maiorem natu, casu quo superstes fuisset, ibi: *Qua linea masculina deficiente, dicta dispensatio fiat una cum filia maiori natu dicti testatoris, quam tunc haberet, si viveret*, & casu quo decessisset, vocavit maiorem natu masculum natum ex dicta filia maiori, si supereſſet, ibi: *Et si non viveret una cum maiori natu masculo legitimo, & naturali nato ex ipsa maiori filia, si extaret*; at mortua filia maiori, nec ex ea ullo masculo superstite, tunc vocavit maiorem natu masculum, qui supereſſet ex alia filia maiori natu, ibi: *Et si non extaret ipsa filia maior, vel dictus filius masculus ex ea, loco sui in ea dispensatione succedat ille masculus maior natu, qui adesset filia maiori natu dicti testatoris, qui viveret*: quæ verba, *qui adesset ex filia maiori natu*, sunt per necesse intelligenda de illa cæterarum filiarum, quæ occuparet locum maioris natæ ob deficientiam primæ, quia non facta hujusmodi secunda vocatione, nisi in casu quo prima filia jam decessisset, & quod ex ea non superstitisset aliquis maior natu masculus, foret prorsus impossibile, quod iste secundus maior natu, qui supponitur viveret, & qui invitatur ad maioratum ob deficientiam primi, debuisset esse ille idem, qui supponitur jam mortuus, aut quod nunquam extitisset in rerum natura; ideoque subjungitur: *Et de maiornatu in maiorem natu ex linea filiorum dicti testatoris succedatur ad eam dispensationem. & hoc servetur perpetuo, prout supra.* Quod nihil aliud significat, nisi quod respectu omnium filiorum observari deberet perpetuo idem ordo, ideſt, quod linea secundæ non succederet nisi in defectum primæ, & quod linea tertiæ non succederet, nisi deficiente secunda, & sic deinceps. Et ad tollendam omnem dubitationem, quæ circa hoc potuisset oriri, possunt legi verba, quæ immediatè sequuntur respectu 500. locorum, quæ erant multiplicanda; ubi repetita eadem dispositione vocatur sub compendio verborum maior natu descendens ex omnibus filiabus testatoris, ibi: *Una cum maiori natu descendente ab ipso testatore, & à sua linea masculina, & ea linea masculina deficiente ex linea fœminina descendenti à filiabus dicti testatoris, quarum maior natu semper præcedat*; prout deducitur ex dictis *à Torr. d.* §. 4 & 11. *cap.* 39. & *cap.* 40. §. 1. & *cap.* 41. §. 2. 3. 4. 6. 7. 8. & 9. & *dec.* 16. 3. *p. n.* 30. & 31. *Palma Nepos alleg.* 99. & 100. *Luc. de fideicommiss. discurs.* 1. & *sequentibus.*

Quar-

16 Quarta res quam dicunt eſſe certam, eſt teſtatorem hoc pacto diſponendo per neceſſe voluiſſe qualitatem maioris natu fore conſiderandam habito reſpectu ad unam quamque lineam, quare, quem admodum maior natu de linea Baptiſtæ quanvis minor ætate excluderet omnes maiores natu ex fœminis quanvis ætate maiores, ita maior natu ex prima dictarum fœminarum, quanvis junior, excluderet maiorem natu ex ſecunda quanvis ſeniorem; & maior natu ex ſecunda excluderet alterum ex tertia, quanvis ætate maiorem; & ſic de inceps, & in hoc ſe conformavit cum eo, quod communiter receptum eſt in omnibus Tribunalibus, præſertim in Hiſpaniis, & Luſitanis, ubi talis maioratum materia quotidie practicatur; quod ſcilicet in omnibus ſucceſſionibus primogenialibus primogenitus unius lineæ quanvis junior, excludat reliquos alios vocatos extantes in alia linea, quanvis eſſent ætate maiores; & quod nunquam fit tranſitus à linea primogeniti ad lineam ſecundo geniti, niſi linea primogeniti prorſus evacuata remaneat; & hoc tamin linea effectiva, quam in contentiva, & ita tam in deſcendenti quam in collaterali, quanvis maioratus nunquam fuerit ingreſſus ſecundam lineam, quia ſemper ſecunda præferenda eſſet tertiæ, & tertia quartæ, prout ipſe met teſtator juſſit hoc caſu fore obſervandum, dum prætulit maiorem natu primæ filiæ maiori natu ſecundæ, & hoc voluit in perpetuum, quanvis maioratus non dum eſſet ingreſſus lineam primæ prout diximus *tom. 2. de maiorat. ſucceſſ. cap.* 10. *& in locis citatis n.* 10. *& n.* 80.

17 Quinta res quam volunt eſſe certam, eſt quod teſtator per verbum *maior natu* nihil aliud intellexit, niſi quod voluit connotare perſonam anteriorem in ordine nativitatis, ideſt illam, quæ fuiſſet prius nata, quanvis reperiretur jam mortua, pro ut ex dictis verbis: *ſuccedat ille maſculus maior natu, qui adeſſet ex filia maiori natu dicti teſtatoris*; & quod hoc intelligatur in caſu, quod filia maior jam deceſſiſſet, certum eſt, quia in caſu, quo ipſa viveret, ipſamet filia erat vocata, & non ejus maior natu, ut ſuperius viſum eſt; ex quo certò dicendum, eſt quod quando vocavit maiorem natu ex filia maiori natu, appellatione filiæ maioris natu illam intellexit, quæ prius erat nata, non illam, quæ maiorem haberet ætatem quia jam ſupponitur mortua, & ideo ſubjunxit: *Et ſi non extaret ipſa filia, vel dictus filius maſculus ex ea loco ſui.* obſervetur, *loco ſui*, quod ſignificat filium ſubingredi locum matris, quod perinde eſt, ac ſi diceretur, quod maioritas matris etiam, ad filium effet porrigenda, ex dictis ab eodem *Torr. 3. p. dec.* 29. *& p.* 1. *cap.* 39. §. 4. *&* 11. *& cap.* 40. §. 1. *& cap.* 41. §. 2. 3 4. 6. 7. 8. *&* 9.

Sexta res, quam profitentur eſſe certam eſt quod teſtator hanc perſonam maiorem natu non ſemper eodem vocabulo appellavit; quia licet ſæpe ſæpius utatur hoc vocabulo *maiornatu*, nunquam tamen uſus fuit ſolo vocabulo *filia maior* prout ex dictis verbis: *ex ipſa maiori filia ſi extaret*: & paulo poſt: *& ſi non extaret ipſa filia maior*; & in diſpoſitione multiplici, *Reſpondeatur maiori maſculo natu filiæ maioris dicti teſtatoris*, & in illa de domo: *Et ea linea deficiente maior natu deſcendens à filia maiori dicti teſtatoris.* Ex quo apparet, quod appellatione filii maioris natu nihil aliud intellexit, quam filium maiorem 18

rem, quod ſignificat primogenitum quod expreſſè declaravit in præfata diſpoſitione de multiplico, ubi apertè uſus fuit vocabulo primogeniti. Reſpondent adverſarii, quod primogenitus ex deſcendentibus dicti teſtatoris ex linea maſculina ſuccèdere debet, quia linea maſculina deficiente devolvitur maiori maſculo natu filiæ maioris dicti teſtatoris. Exquo cum appareat, quod in una, eademque diſpoſitione, & in una unica oratione omnibus iſtis tribus vocabulis uſus fuerit *Primogenito maiori natu*, & ſimpliciter *filia maiori*, certum remanet omnia hæc tria vocabula pro ſynonimis habuiſſe, ut deducitur ex dictis *à Torr. d.* §. 4. & §. 11. & *cap.* 40. §. 1. & *cap.* 41. §. 2. 3. 4. 6. & 3. *p. dec.* 16. *n.* 40. & *ſeqq. Palma Nepos alleg.* 99. & 100. *Luc de ſydeicomiſſ. diſcurſ.* 1. & *ſeqq.* & *in ſupplement. diſc.* 202.

19 His ita poſitis videbatur, & videtur dicendum, quod licet ex parte D. Baptiſtæ, prætenditur quòd Dominus Hieronimus veniat excludendus ex eo quod teſtator noluit ordinare primogenituram, & abſoluté habuit reſpectum ad maioritatem ætatis, reſpondent enim ſcribentes pro parte Hieronimi, quòd appellavit *maiorem natu*, & non *primogenitum*; attamen cum clare, & evidenter apparet, quòd teſtator promiſcué iſtis tribus vocabulis uſus fuerit, & pro ſynonimis habuerit, etiam ex dictis per ipſam met partem adverſam, dicendum prorſus remanet, teſtatorem inſtituiſſe unam primogenituram, & quod per conſequens per D. Hieronimum, qui eſt primogenitus in linea primogeniti veniat excludendus D. Baptiſta deſcendens ex ſecundo, ut oſtendit *Torr. d.* §. 4. 9. & 11. & *cap.* 40. §. 1. & *cap.* 41. & tenent citati *num.* 95. & concludit *Palm. Nepos alleg.* 99. *Luc. de fideicomiſſ. diſc.* 1. & *ſeqq.*

Secundò, certum eſſe, (dicunt 20
ſcribentes pro Hieronymo) teſtatorem aliquando appellatione *maioris natu* intellexiſſe ordinem primogenituræ abſque eo, quod potuerit conſiderari maioritas ætatis, prout quando vocavit maiorem natu filiam jam mortuam reſpectivé ad ſecundam; vice verſa nullibi conſtat, teſtatorem declaraſſe, quòd pro maiori natu intellexiſſet maiorem in ætate: ergo quando etiam verbum *maior natu* poſſet intelligi diverſimodé à verbo *primogenitus*, quod negant in propoſito tamen cum conſtet, quòd teſtator in uno loco appellatione *maioris natu* nihil aliud intellexit, quam primogenitum, dicendum eſt, quod ita intellexerit in omnibus aliis, ex dictis *à Torr.* & *Palm. ſup.*

Tertio dicunt conſtare, quod 21
teſtator cum haberet, prout fuit jam dictum, ſeptem filios, vocavit ad dictos tres maioratus deſcendentem maiorem natu maſculum ex omnibus ſeptem, ſed cum expreſſa prælatione lineæ, ideſt, quod deſcendens ex prima linea præferendus eſſet deſcendenti ex ſecunda, & quòd deſcendens à ſecunda præferri deberet deſcendenti ex tertia, & ſic deinceps, pro ut diximus *num.* 10. & 8. é contrario nullam habere aſſerunt probabilitatem, nedum certitudinem, quod teſtator non voluerit talem met ordinem ſervandum eſſe in lineis ſubalternis, ideſt, in ſub diviſionibus unius ejuſdem lineæ. Igitut ſi una pars teſtamenti alteram declarat; & ſi diſpoſitio dubia recipit interpretationem à conſimili, quando certa eſt: id, quod teſtator juſſit ſervandum eſſe in lineà contentivà, intelligendum etiam erit, in effectivà; & quemadmodum ſecunda linea ex filiabus teſtatoris nequid

quit admiti, quin priús evanuerit, & evacuata ſit linea prima; ita quando ex prima linea dirivantur plures lineæ, prout ſucceſſit in iſto caſu D. Baptiſta, qui deſcendit à Paſchali authore ſecundæ lineæ nunquam poterit ad ſucceſſionem admitti, niſi totaliter prius extincta linea Joan. Franciſci, qui fuit author primæ, ut dicunt citati *n.* 8. & *Palm. Nep. alleg.* 99. *n.*° 1. & *alleg.* 100.

22 Quarto affirmant eſſe receptiſſimam DD. ſententiam, quod quando ſit maioratus perpetuus, præſertim in linea deſcendenti, ſemper intelligitur, quòd primogenitus, aut maior natu conſiderandus ſit inter eos, qui deſcendunt ab alio primogenito, id eſt ille, *qui eſt maior natu*, *ex maiori natu*, aut, (quod idem ſonat) *primogenitus ex primogenito*, ut diximus *tom* 2. *de maior. cap.* 10. & tenet *Torr.* ubi ſupra citatus *num.* 10. & 8. & habetur expreſſe in uno caſu iſtius diſpoſitionis ſcilicet, quo vocantur deſcendentes ex fæminis ibi: *Et de maiori natu in maiorem natu* ex ea linea. Itaque ſi in deſcendentibus ex fæminis maior natu intelligitur ille, qui deſcendit ex alio maiori natu, nequit allegari (aſſerunt ſcribentes pro D. Hieronimo poſſe dari rationem diverſitatis, quare idem non ſit etiam intelligendum inter deſcendentes prioris lineæ ex maſculo; & per conſequens D. Hieronimus, de quo non dubitatur, nec controvertitur, quod ſit maior natu, erit prorſus præferendus D. Baptiſtæ, (dicunt) qui quidem eſt maior natu, ſed exminori natu, & ideo in eodem nequit vereficari clauſula de maiori natu in maiorem natu, ut oſtendit *Torr. d.* §. 4. *cap.* 39. & §. 11. & *cap* 40. §. 1. & *cap.* 41. §. 2. 3. 4. 6. 7. 8. & 9. *Palm. Nep. alleg.* 99. & 100.

23 Quinto aſſerunt adverſarii errò. neam prorſus eſſe aſſertionem ſcribentium pro parte D. Baptiſtæ dicentium, quod ſcilicet, verbum, *maior natu* inſenſu naturali ſignificet maiorem in ætate, & quod differat á verbo, *primorenitus*: quoniam (inquiunt) hæc duo vocabula ſunt propriiſſimé ſynonima, & proinde ſonat *maìor natu*, ac verbum *primogenitus*; & *primo natus* idem eſt, ac *prìmogeuitus*. Quare ſi D. Baptiſta dicit, quod ipſe eſt natus prius; eodem modo poſſet etiam dicere, quod eſt primogenitus, quia prius fuit genitus. Nec refert ſumere æquivocum à voce *maior* quippe quod denotat maioritatem in ætate; nam plurimum inter ſe differunt *maior natu*, & maior ætate. Maiores appellantur parentes noſtri, qui nati ſunt priùs, quam nos; non quia vixerunt diuturniori tempore, (cum poſſit dari caſus, quod pater decimo quarto ætatis ſuæ anno deceſſerit, & quod ejus filius centeſſimum attigerit, & tamen pater dicetur maior natus ſed quia priùs orti fuere: Unde non eſt bona argumentatio *pater eſt maior natu reſpectu filii*: ergo *eſt maior ætate* quia potiut anguſtiori tempore vivere: uno verbo; hæc vocabula non ſuut ſynonima. Deinde teſtamentum fuit conditum idiomate latino; & verba ſunt intelligenda, prout latinè ſonant *Bich. dec.* 390. & præſertim ſecundum ſenſum *Juris* conſultorum: *Mier.* & *Molin.* ſuper eadem materia duos ſcripſere libros, primus poſſuit inſcriptionem, ſeu titulum *de maioratibus*, & ſecundus *de primogenits*, & hoc ad demouſtrandum, quod una, eademque res diverſis verbis poterat appellari.

Negari non poteſt, inquiunt ad- 24
verſarii, quod hæc duo vocabula poſſunt intelligi dupliciter; uno modo phyſicè, & nullo habito reſpe-

ctu ad ſucceſſionem, in quà acceptione, & intelligentia *primogenitus* dicitur ille, qui prius fuit generatus & *natus maior* ille; qui prius ortus fuit, quin attendatur ad aliquam lineam ex peculiaribus; altero modo juridice; & in ordine ad ſucceſſionem, in qua acceptione, & intelligentia illa vocabula reſpiciunt eandem lineam, ut infra dicemus, & ſunt ſynonima; ex his duabus intelligentiis dicunt, debet præferri ſecunda, & demonſtratur, quia cum antiquitus verteretur in dubium an patruus præferendus eſſet nepoti in ſucceſſione regnorum, in quibus ſucceditur per modum primogenituræ, prævaluit legalis intelligentia, (& hoc jure uti teſtantur) nepos que præfertur: Ex hoc tradunt quod maioratus, ſive primogenitura in materia ſuccedendi debet intelligi ad favorem illius, qui eſt *primogenitus ex altero primogenito*, quod valet idem atque *maior uatus ex alio maiori natu*, & hoc ipſum ſenſiſſe teſtatorem, quando dixit *de maiori natu in maiorem natu*; explicant amplius, & aſſignant rationem; quia in primogenituris prius debet attendi linea, deinde gradus, poſtea ætas, & prior ætate ſolum præfertur inter eos, qui ſunt ejuſdem lineæ, & gradus, ideoque maior ætas non attenditur inter eos, qui non ſunt ejuſdem lineæ; his ſuppoſitis inferunt, & concludunt, quod licet D. Baptiſta præcedat D. Hieronymo ratione ætatis, & præſcindendo à ſucceſſione poſſit dicere, quod eſt primogenitus, & ſi ſuccederet teſtatori, precederet etiam in gradu; attamen non bebet præferri, quia non habet prærogativam lineæ ſive non eſt primogenitus ex primogenito: in ſuma; quod linea primogeniti eſt illa, quæ debet attendi, & quod in illa eſt D. Hieronymus primogenitus, & maior natu, ideoque debet ſuccedere, licet D. Baptiſta ſi maior natu, & primogenitus ſi loquamur abſolute, ita docet *Torr. d. cap.* 39. §. 9. *pag.* 565. & *ſeqq.* & §. 11. & *cap.* 40. §. 1. & *Palm. Nepos allegat.* 99. & 100.

Non obſtat igitur votum condi- 25
tum a DD. Auditoribus Rota ad favorem maioris in ætate in primo iſtorum trium maioratuum circa interventum maioris natu indiſtributione facienda erga pauperes, & quod ita fuit practicatum in columni Sancti Georgii.

Primo, quia cum illud votum 26
edictum fuerit una tantum parte informante, & tempore, quo maior natu ex maiori natu pupilarem agebat ætatem, non ſolum, non potuit ipſi aliquod præjudicium afferre ſed fuit iplo jure nullum.

Secundo, in quantum in illo 27
voto fit differentia inter verbum *maior natu*, & verbum *primogenitus* quaſi quod primum intelligendum ſit de maiori in ætate, & ſecundum de eo, qui primus eſt ratione lineæ; iſte eſt evidentiſſimus error, pro ut ex eo, quod huc uſque dictum fuit.

Tertio dum in caſu noſtro teſtator uſus fuit promiſcué verbis *primogenitus*, & *maior uatu*, etiam virtute ejuſdem voti ratio lineæ debebit attendi.

Quarto, dum conſtat, teſtato- 28
rem in deſcendentibus ex fœminis voluiſſe obſervandum fore lineæ rationem, ſumus in claris, quod voluit inſtituere primogenituram in illo ſenſu, in quo in eodem voto conceditur, quod quando inſtituitur primogenitura, datur in infinitum repræſentatio iſtius qualitatis, nulla habita ratione maioris, vel minoris ætatis comparatione aliorum deſcendentium ex linea ſecundo genitorum,

rum, & tertio, vel uteriori ordine natorum.

29 Quinto in voto firmatur, quod in iſta vocatione non agebatur de aliqua ſucceſſione, in qua potuiſſet dici, quod potuerit haberi reſpectus ad caput familiæ, quæ ſemper repræſentatur ab eo, qui primus eſt in linea primogeniti, ſed ſolum agebatur de una diſpenſatione, in qua videbatur electa induſtria perſonæ; ſed hoc evidenter convincitur, & DD. Auditores debebant obſervare, quod in eodem teſtamento aderant alii duo maioratus unus circa multiplicum, & alter de fruitione domus, de quibus nequit dubitari, quin concernerent favorem illius, qui debebat repræſentare caput domus, & tamen eiſdem met verbis erant concepti igitur eodem modo dicendum videtur circa diſpoſitionem, de qua diſputamus, quia certum eſt, quod una pars teſtamenti alteram declarat.

30 Sexto neque verum eſt, quod in in maioratu diſtributionum eſſet electa induſtria perſonæ, quoniam diſtributio debet fieri principaliter ab officio pauperum, & maior natu debebat ſolum præſtare ejus præſentiam, & aſſenſum.

31 Demum dicitur in voto quod ita fuerat, antea practicatum, & tamen hoc non erat abſolute verum, quoniam non dum advenerat caſus, in quo ita potuiſſet practicari; ſed in maioratu domus eiſdem verbis concepto, actualiter remanebat in poſſeſſione pupillus, quare potius aderat obſervantia in contrarium; ultra quam quod aderat teſtamentum hæredis, qui declaraverat diſpoſitionem paternam ad favorem primogeniti ut tenet *Torre d. cap.* 41. *p.* 1. §. 8.

32 Neque obſtat dicunt adverſarii doctrinam *Cancer.* citati, & aliorum pro parte D. Baptiſta allegatorum; quoniam illorum reſolutio Cancer ſi bene ponderatur, potius retorquetur in contrarium. *Cancerius* etenim nihil aliud dicit, niſi quod maior natu tunc, & in illo, caſu importaret maioritatem ætatis, quando conſtaret, teſtatorem habuiſſe reſpectum ad ætatem, & non ad ordinem primogenituræ. Unde ſubjungit, quod tunc dicetur habuiſſe reſpectum ad ætatem, quando non vocaviſſet maiorem natu deſcendentem ab una certa perſona, ſed abſolute maiorem natu unius univerſitatis perſonarum comprehenſarum ſub nomine generico, pro ut ſi ſimpliciter (in quit ille) vocavit maiorem natu ex omnibus deſcendentibus de familia, ſeu aliquo genere; ſecus quando vocaviſſet maiorem natu de linea maioris natu, prout communiter dicit practicari, quia tunc debet intelligi vocatus ille, qui eſt maior natu in linea primogeniti, & ideo ſubjungit: ſecus cum vocatus eſt maior natu ex linea recta filii maioris, vel maioris natu, nam tunc non conſetur vocatus maior natu, qui inter omnes deſcendentes, aut in omnium deſcendentium gradibus reperitur, ſed primogenitus cujusque gradus ex linea recta primogenitorum ut inquit *Torre d.* §. 4. *cap.* 39. *num.* 15. & *cap.* 41. §. 3. *n.* 28. *pag.* 684. *verſ. Cancer.* & §. 6. *num.* 41. *Palma Nepos alleg.* 99. ubi conantur reſpondere *d. Cancer. loco*, & *cæterorum* ſcribentium ad D. Baptiſtæ favorem, non ſolum ſpecifice, ſed generaliter in diverſis caſibus occurrentibus, tam ante, quam poſt lite motam.

33 Ex qua doctrina aſſerunt adverſarii ervi, quod ſi teſtator ſimpliciter vocaviſſet maiorem natu ex tota ejus familia Grimaldi, aut ex omnibus deſcendentibus de familia abſ-

que ulla distinctione, nec linearum, nec graduum, tunc intelligeretur vocatus maior ætate, id est ille, qui physice esset natus prius cæteris; sed videtur, quod testator distinxit tam bene lineas, & gradus, quoniam prius vocat Baptistam ejus primogenitum, & ibi: *Cum interventu tamen, & consensu Baptistæ filii dicti testatoris*; & ita maioratus radicatur, & incipit in persona certa, & incerto gradu, idest in primo mortuo Baptista vocatur maior natu descendens per lineam masculinam ab eodem Baptista in perpetuum, quod significat per omnes gradus usque in infinitum ibi: *Et eo Baptista defuncto una cum maiori natu ex linea masculina ab eo Baptista descendente, & hoc servetur perpetuo modis prædictis*: itaque non vocantur descendentes ab aliquo genere, sed descendentes ab una certa persona, & in casu certo, idest, *eo Baptista defuncto*; & per unumquemque gradum *modis prædictis* idest, quod semper mortuo uno alter succedat deficiente autem linea Baptistæ vocatur ejus filia maior natu, & ita transitus ad aliam personam pariter certam, & caput alterius lineæ; quando ista decederet, fit transitus ad secundum gradum istius lineæ idest ad ejus filium maiorem natu si extaret, & casu quo non supereslet neque filia maior natu, neque ex ea descendens maior natu loco sui, fit transitus ad alium filium maiorem natu alterius lineæ, & (ne hujusmodi cantilena semper repetatur) respectu omnium linearum, quæ erant septem, concluditur, ut de maiori natu in maiorem ex ea linea filiorum dicti testatoris, succedatur ad eam dispensationem, & hoc servetur perpetuò prout supra Igitur si fuit facta distinctio personarum, distinctio linearũ, distinctio graduum, & creatus fuit maioratus in omnibus, & per omnia conformis maioratibus perpetuis, & ut communiter fieri solet; ex illis, quæ inquit *Cancer.* & ad tenorem ejusdem doctrinæ debet intelligi vocatus ex verbis ejusdem *Cancerii*, *Primogenitus cujuscumque gradus ex linea recta primogenitorum*, & sic censeri constitutum jus primogenituræ, nihil obstante, quòd non fuerit vocatus primogenitus, sed solum maior natu, qui est casus, in quo loquitur *Cancer.* ut tradit *Torr.* loco citato, & *d. cap.* 41. §. 8. ubi etiam quod non præsumitur institutum esse maioratum saltuarium, sed non esse institutum, de qua re etiam *Luc. de fideicommiss. discurs.* 1. *usque ad* 6. & 16. & *in summ, n.* 70. & *seqq.* & alia multa argumenta refert *Palm. Nepos alleg.* 99. & 100. in specie.

Sed his minime obstantibus mihi videtur clara justitia sententiæ magna eruditione prolata in Rota Januensi ad favorem D. Baptistæ, & puto maioratum regulare non esse institutum, sed usufructum legatum, & esto quod fuisset maioratus iste, & legatum de quo controvertitur, esse saltuarium, & non lineale, & pertineret ad D. Baptistam uti maiorem natu vocatum, & dilectum à testatore, mihi videtur, prout in terminis dictæ institutionis, & clausulæ relatæ, tenent omnes DD. citati, & allegati *sup. n.* 11. & eleganter ostendit *D. Manj. apud do. Etiss. Torr. d. cap.* 39. *n.* 9. 10. & 11. ubi multis ostendit, quod quando indiffinitè vocatur natu maior ex pluribus descendentibus, inductus dicitur maioratus saltuarius, & *n.* 12. quod quando in dispositione tetatoris includitur filius maior natu, dicitur maioratus non linealis ordinatus, & quare *n.* 13. & *n.* 14. quod facta mentione de maiori natu intelligitur 34

ligitur inſtitutus ordo ſaltuarius, quidquid ſit facta mentione primogeniti; & *n.* 15. quod facta mentione maioris natu, licet poſtea additum ſit nomen primogeniti, diſpoſitio non erit primogenialis; & *num.* 16. multos refert, & explicat; & *num.* 17. oſtendit, quod vocatio natu maioris reſpectu alicujus deſcendentiæ intelligitur de natu maiori inter omnes; & *num.* 19. quod vocato antiquiori de domo, dicitur ordinatus maioratus facti, ſicuti etiam, ut inquit *num.* 20. quando teſtator non reſpexit ad primogenituræ conſtitutionem, ſed maioratum voluit efficere, quia tunc intelligitur de maioratu facti, prout etiam inquit *n.* 21. quando teſtator vocat natu maiorem ex ſuis deſcendentibus, quia manet inductus maioratus ſaltuarius; & *num* 36. quod mens teſtatoris eſt certa pro maioratu ſaltuario, quando teſtator ſimpliciter maiorem natu vocavit, quia ut inquit *num.* 44. vocatio maioris, vel natu maioris importat maioratum facti, & ſaltuarium; licet aliud dicat §. 2. *pag.* 474. *n.* 7. & *ſeqq.* ſcilicet quod vocatio maioris natu non eſt efficax argumentum ad inducendum maioratum ſaltuarium, & *ibi nn. ſeqq.* explicare intendat Doctores noſtram ſententiam defendentes, quibus non ſatisfit, ſed potius fatetur, talem vocationem inducere maioratum ſaltuarium, *ut num.* 17. quanvis dicat, procedere quando maioratus eſt inſtitutus à tranſverſali ab aſcendenti, & ante ſucceſſionis ingreſſum, non vero poſtea, *ut num.* 20. 24. & 34. quod procedit in jure honorifico, & militum commendis, & patronatibus, ut etiam §. 3. *num.* 75. & *cap.* 41 §. 2. 3. 4. 6 7. 8. & 9. in quibus aſſerit, admitti facilius ordinem ſaltuarium, & in aliis admitti præſumptiones pro excludendo maioratu ſaltuario, quia deviat à regulis juris, prout etiam tradit *d. cap.* 39. §. 3. *num.* 114. & *cap.* 40. *n.* 12. *pag* 633. quia hæc omnia convincuntur ex DD. citatis *ſup. n.* 11. & ab eodem *Torre* §. 1. *cap.* 39. *pag.* 459. & *n.* 26. qui loquuntur in maiorotu ab aſcendentibus inſtituto, & in omnibus caſibus procedere profitentur, & etiam citati *in* § 10. *pag.* 606. *per totum*, & §. 13. *num.* 20. & eleganter 3. *p. dec.* 16. *per tot.* ubi eleganter exornatur à Sapientiſſ Auditoribus, & Senatoribus; itaque oſtenditur in termiuis noſtræ clauſulæ, maioratum eſſe ſaltuarium, & pertinere ad natu maiorem, & eſt omnino videnda d. deciſio, quia in illa eleganter exornatur, & ab argumentiſque contrariis liberatur, & ita reſolutum eſſe ſufragiis conformibus teſtatur, oſtenditur quoque hanc eſſe veram ſententiam in D Baptiſtæ favorem, & etiam conſtabit ex dictis, & ex commentario ſequenti ipſiuſmet clauſulæ, ex quo evidenter jus D. Baptiſtæ demonſtratur, & ſine dubio oſtenditur.

Revertendo igitur ad commen- 35
tarium verborum d. clauſulæ, incipit illa per verba: *Item quod*, ex quibus deducit *Doctiſſ. Torre*, quod talis dictio: *Item* appoſita in principio periodi eſt repetitiva præcedentium qualitatum, ut in ſpecie noſtræ clauſulæ refert *d.* 1. *p. cap* 41. §. 6. *n.* 24. *verſ. ea enim dictio*: *Item eſt reſpectiva præcedentium qualitatum*, *pag.* 734. quod etiam poſtea dixit 3. *p. dec.* 5. *num* 4. & ita concludit, intelligi debere hanc clauſulam per aliam ſuperius ſcriptam contra D. Baptiſtam in diverſa diſpoſitione explicatam; ſed aliud dicendum eſſe videtur, quia talis dictio: *Item* poſita fuit in clauſula prorſus diviſa, & ſeparata, & tunc non ſtat reſpectivé, ſed incæptivé, & facit duas diver-

diverſas, & ex ſe perfectas diſpoſitiones abſque repetione. ut declarat *Paul in L.1.n.3.ff.publican.& vectigal. Rebuf in L. labeo* 14.§. *item ſi dominus ff. verb. ſignificat. verſ. item hæc dictio, pag.* 135 qui dicit, quod quando iſta dictio: *Item* ponitur in oratione perfecta, non inducit repetitionem; ſubſcribit *Gratian. forenſ. cap.* 828. *n.* 11 *& ſeqq Aug. Barb. dict.* 159. *n.*2. *Caren. reſolut.* 158.*n.*22. & 36. *Petr. Franſc. Paſſerin. problemat. legal.*4. *n.*137.*pag.* 100. & ita ſimilia verba non extenduntur ad præcedentem clauſulam, & diſpoſitionem loquentem in alio caſu, ſed dicta clauſula: *Item* de per ſe exiſtit, & dicitur prorſus divila, & ſeparata, faciendo novam, & perfectam diſpoſitionem de præſenti, & non de præterito, & ita non vitur verbo *voluit* de præterito, ſed verbo *vult* de præſenti, ad oſtendendam novam diſpoſitionem ſeparatam, & diviſam abſque præcedentis dependentia, quæ clauſula præcedens reſtricta, & limitata invenitur in hac clauſula, ubi fuit facta nova diſpoſitio, & vocatio inducta ex verbo: *Item quod*, ut diximus, & probat *textus in L. hujus §. quod habebat ff. ad Trebel.* & in ſimili verbo ſic concludit ad propoſitum *ſacra Rot. Roman. apud Paul. Rub. deciſ. recent p.* 4. *impreſſa anno* 1645 *dec* 282 *n.* 3. ubi quod ex hoc fundamento fuit ita reſolutum *in deciſione Reverendiſſ. Bononienſi verſ. quæ cum non legantur in conceſſione de qua agitur, non poteſt ab illis argui ad iſtam*, & ita videtur voluiſſe ſeparatim abſque alterius clauſulæ dependentia vocare maiorem natu, & hanc eſſe ſuam voluntatem oſtenditur, ex verbo ſequenti, *vult*, inquit *ſacra Rot. Romana apud Paul. Rubeum p.*9. *recent. tom.* 12. *dec.*188. *pag.* 518. *n.*9. 10. 11. & 12. ubi ita loquitur in caſu ſimilis clauſulæ: *Maxime quia ratio agnationis non fuit adjecta per modum enunciationis, ſed diſpoſitive, & regitur à diverſo ibi, attento quod intendit, & vult quod ſupradicta ſua bona ſemper in perpetuum ſtent, & per maneant in cippo ejus familiæ: cum enim verbum, vult, ſit diſpoſitum, & fideicommiſſi inductivum L. verbum volo, cod. de fideicom. L. cum pater §. volo ff. de legat.*2. *Alexand. Socin. Curt, inde ſequitur quod ratio agnationes, ut ſupra expreſſa dicatur ſtare de per ſe, ſeparata oratione, nec reguletur à prohibitione præcedenti, ſed inducat fideicommiſſum reale inter omnes de familia.*

Hæc ſunt elegantia verba d. deciſionis, & ad noſtrum propoſitum punctualia in terminis noſtrorum verborum, *quod vult*, in favorem D. Baptiſtæ, & ita etiam ſubſcribit *Paſſerin. problem. legal.*4. *pag.* 101. *n.* 147. *& ſeqq. uſque ad n.* 172. ubi refert ſimilia verba *in verſ. Et vult*; & judicatum refert; & ultra eos *Vivian. Cirochus diſcept.*27. *pag.*272. *n.*4. ubi agit de dicto verbo, & aſſerit, quod in ultimis voluntatibus eſt verbum præſentis temporis, & importat novam diſpoſitionem ſeparatam ab alia præcedenti, & ita ex dictis verbis clariſſime probatur juſtitia D. Baptiſtæ. 36

Sicuti etiam juſtificatur, ex ſequentibus verbis: *Domus ſua cum viridario, & pertinentiis ſita Genuæ apud S. Franciſcum, in qua in præſentiarum ipſe teſtator habitat*, licet in his verbis non agatur, de domo agnatitia, nec de ejus appellatione, de qua diximus *in tract. de maiorat. erect. cap.*6. *n.*55. *& ſeqq. pag.* 390. *tom.* 1. *& in comment. ad Ord. Luſit. tom.* 10. *de lege mental. cap.*27. *n.* 3. *& cap* 68. *n.* 1, *Barb. appell* 81. 37

Sed agitur de domo materiali, 38

reli-

relicta, & legata maiori natu, ut infra, & in hac diſpoſitione, teſtator ſecundum juris noſtri normas diſpoſuit; juxta quas, relicta, aut legata domo, veniunt hortus, viridaria acceſſoria, & conjuncta domui, ſicuti etiam pertinentiæ, ut late exornat *Aug. Barb. de appellat. verbor. jur. ſignificat. appellat.* 82. & ultra quos refert, probatur *ex textu in L. prædiis* 91. *§. fin. ff. de legat.* 3. ibi: *Appellatione domus inſulam quoque injunctam domui videri legatam*, & ibi *Gotofred. L. ſeyæ §. Tyrannæ ff de fund. inſtruct.* ibi: *Reſpondit ſi prata fundo Greciano ita conjunxiſſerit, ea quoque deberi L. riparum* 5. *ff. de rer. diviſ.* ibi: *Quorum prædiis hærent L. inſula* 56. *§. item quæro ff. de adquir. rer. domin.* ibi: *Pars autem proprior agro vicini ejus eſſe intelligatur L. ergo* 30. *§.* 1 *L. adeo* 7. *§.* 5. *ff. eod. L. conclave fin. verſ. nec tamen ff. de damn. infect.* Ac etiam legata habitatione domus, aut domo, venit hortus acceſſorius, & conjunctus domui, & etiam viridarium, ut ex *Bald. Angel.* & aliis *in L olimpico ff. ſervit. urban. prædior. Bart. Alberic. Roman.* in terminis maioratus reſolvunt *Mier. de maior.* 4. *p. q.* 33. *n.* 8. *Gutter. pract. lib.* 5. *q.* 71. *n.* 15. ubi etiam quod veniunt melioramenta facta in domibus, hortis, aut viridariis domum; ſequitur *Caſtill. lib.* 5. *contr. cap.* 62. *n.* 53. & ideo vendita domo venit hortus ei conjunctus, *Gutter.* ubi ſupra *n.* 16. *Mier. de maior.* 1. *p. q.* 10. *n.* 28. *Avendan. in L.* 46. *gloſ.* 6. *n.* 9. *Gom.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 13. ubi alios refert *Aylon Hermoſilh. in L.* 29. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſ. unic. n.* 11. *Aug. Barb. in tract. de nomin. appellat. verbo pertinentiæ num.* 7. *Salgad. de reg. protect.* 4. *p. cap.* 10. *n.* 102. ex quibus etiam patet, quod relicta domo cum viridario, & pertinentiis dicitur legata.

Et ita ex noſtris verbis conſtat, 39
non ſolum diſpoſuiſſe teſtatorem hac forma ad oſtendendam ſuam voluntatem eſſe ſecundum juris regulas, ſed ad demonſtrandum, tantum relinquere jus utendi, fruendi, vel habitandi, & conſtituendi uſumfructum omnibus ſucceſſoribus natu maioribus in dicto Palatio, viridario, & pertinentiis multis floribus ornato, & non paucis figuris compoſito, & ad voluptatis, recreationis, & ornatus, illecebras fabricato, in quibus dicitur conſtitutus uſus, fruitio, & uſusfructus ad voluptatem, ſeu recreationem, reſpiciant, & etiam commodum, & utilitatem, ut exemplificatur *à J. C. Marciano in L. ſtatuæ* 48. *ff. de uſufruct.* qui de ſtatuis, vel hominum imaginibus ſive, *ut gloſ.* intelligit, de quibuſcumque etiam figuris, aut picturis in domibus, aut viridariis loquens fructum ex eis percipi pone aſſerit, in ipſitque uſumfructum conſtituti, aut relinqui, ut ſunt verba textus, quarum rerum fructus principaliter conſiſtit, ut inſinuat Marcianus, in voluptatis, aut viſus delectatione, animique recreatione, de quibus ſemper Itali, aut Romani valde curarunt, voluptatem, & amenitatem rerum ementes, conſtituentelque in his recreationibus uſumfructum, ut conſtat *ex d. L. ſtatuæ* 48. *L. numiſmaton.* 28. *ff. de uſufruct. L. æquiſſimum* 17. §. *fructuarius verſ. eſt, eod. tit.* & eſt etiam *textus* elegans loquens etiam in arboribus, floribus, & eorum voluptatis fructibus *in L. competit ff. quod vi aut clam*, & de floribus, ſeu hortis aromatariis, viridariis, aut jardinis agit etiam *Virgil.* in laudem hortulus, *pag.* 516. in his elegantiſſimis carminibus.

Oblectat hortus, advocat, paſſi, tenet
Animoque mæſtu demit angores gra-
viis

Mem-

Membris vigorem reddit, & visum capit
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multi formæ gaudium.

40 Propter quas magnas utilitatas, & hujusmodi florum, picturæ, & imaginum dilitias magni Antiquos horti, sive jardini, aut viridarii habiti fuere, & apud Romanos, Italosque, ut de primis mundi cunabulis testatur *Doctiss. Lagun. in tract. de fruct. 1. p. cap.* 34. *§. unic. n.* 75. & *seqq. pag.* 698. & 699. ubi refert Authores historicos antiquiores, & recentiores; & *pag.* 694. *n.* 15. & *seqq.* magna eruditione ostendit, in similibus legatis, & dispositionibus intelligi relictum jus utendi, & fruendi, legatumque usumfructum, quia certe in illis animi recreationem, & voluptatem, non minimamque utilitatem, & fruitionem, immo maximam dari, in qua consistit usus, fruitio, gaudium, & ususfructus, ut ait *Connan. lib.* 4. *comment. jur. civil. cap.* 1. *pag.* 224. *n.* 2. testantur etiam alii DD. cum quibus eleganter exornat, & erudite pertractat *ipsemet D. Lagun.* ubi supra, ex quibus constant, legatum tantum esse usum, aut usumfructum, aut fruitionem domus, Palatii, aut viridaris d. testatoris ad omnes maiores natu pro tempore existentes, ut etiam infra dicemus.

Prosequitur testator in ipsamet
41 clausula in verbis sequentibus: *Non possit ullo unquam tempore alienari, vendi, nec obligari.* Ex his verbis probatur etiam usum, fruitionem, habitationem, aut usumfructum esse constitutum, & ex hac clausula magis confirmatur; quia cum in hac domo, Palatio, & viridario tantum collocaretur ususfructus, aut jus utendi, fruendi, aut habitandi, ut scriptum relinquimus, & ratione rei legatæ, & dispositionis, & alienari possit, locari, aut vendi tale jus, ut est *textus in L. arboribus* 13 *§. usufructuarius ff. de usufruct.* ibi: *Usufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare, vel vendere, vel aliis fruendam concedere potest*, & supponit *textus in L. non utitur* 45. *ff. eod.* & *§. plane*, & probari videtur *ex textu in L. cui ususfructus* 74. *ff. de usufruct.* ibi: *Cui ususfructus legatus ut, etiam invito hærede eum extraneo vendere potest, textus est etiam in §.* 1. *instit. de usu*, & *habitat*, & *in L. usufructu ff. de pericul. & comod. rei vend.* tenent *Sanch. in summa lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 13. & in puncto juris hanc veriorem esse tradit *Matiens. in L.* 13. *tit.* 11. *glos.* 3. *n.* 15. *lib.* 5. *recopil.* & multis ostendit *Doctiss. Lagun. de fruct.* 2. *p. cap.* 5. *n.* 18. & *seqq.* ubi multa refert pro utraque parte, & distinguit.

Ideo testator prohibuit alienatio- 42
nem in hac clausula ad proprietatem perpetuo conservandam in maiori natu absque usus, aut fruitionis, habitationisque translatione, & non ad alium effectum; quia si maioratum regularem erigere voluisse, superflua erat prohibitio alienationis tam geminata, quia eo ipso quod maioratus institutus dicitur, alienationis prohibitio inest â jure, *ex textu in L. cum pater* 77. *§. libertis, ubi glos. Bartol. & cæteri ff. de legat.* 2. L. *peto* 69. *§. fratre ff. eod.* & tenent multi quos ego ipse refero *forens. cap.* 4. *n.* 56. *in noviss. impress. ad addit. pag.* 308. *col.* 2 & *cap.* 309. *Carvalh. in cap. Raynaldus de testam.* 2. *p. n.* 214. *Fragos. de regim. reip.* 3. *p. disp.* 20. *§.* 5. *n.* 16 & *seqq.* prohibitio alienationis non sufficit ad constituendum maioratum regularem, qnanvis habeat verba importantia perpetuitatem, L. *qui solidum* 80. *§. prædium ff. de legat.* 2. *d.* L. *cum pater* 77. *§. libertis* 27. *in fin. ff. eod.* L. *pater*

ter filium 38. § *fundum* 3. *ff. de legat.* 3. *L. argum.* 2. *cod. quando dies legati cedat Authent. de reſtit. fideicom. collat* 9. § *nos igitur*; reſolvunt *Molin. de primog lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. & *cap.* 5. *n.* 37 & 38. *Mier. de maiorat.* 4. *p. q* 29. *num.* 12. & 2. *p. q.* 3. *num.* 84. & *ſeqq. Pereg. de fideicom. art.* 1. *n.* 30. & *art.* 52. *n.* 2. *Cyriac. contr.* 142. *Fuſar. de fideicom. q.* 358. & 459. *Leon. deciſ. Valent.* 60. *n.* 28. ubi plures ſententias refert, *Caſſan. conſ.* 4. *n* 59. *cum ſeqq. Caſtill. lib.* 2. *contr. cap.* 22. *n.* 44. & *ſeqq.* & *lib.* 4. *cap.* 9. & *lib.* 5. *cap.* 93. §. 2. & latiſſime nos diximus *in tract. de maiorat. erect. cap.* 6. *n.* 90. & *ſeqq. Valenſ. conſ.* 133. 2 *tom. n.* 13. & *ſeqq. Reinoſ. obſ.* 68. *Valaſc. conſ.* 82. Atque ita tantum ad uſumfructum conſervandum abſque translatione in alterius perſonam poſita fuit hæc clauſula á teſtatore, diſponendo non poſſe ullo tempore alienari, vendi, ac obligari.

43 Confirmatur hæc reſolutio ex verbis ſequentibus ejuſdem teſtamentis, *Aut pignorarî aliquo prætextu, tempore aliquo, prohibendo talem alienationem, pignorationem, vel obligationem.* Ex quibus verbis conſtat, verum eſſe ejus clauſulæ intellectum à Nobis præſtitum, & probatum ex verborum geminatione circa dictam prohibitionem, quia cum potuiſſet dari caſus, in quo alienatio ſequeretur prætextu neceſſitatis, quo caſu alienatio quando eſt neceſſaria, nunquam cenſetur prohibita poſita prohibitione alienationis, *ex L.* 1. *ff. de fund. dotal. L. alienationes* 13 *ff. famil. erciſcund. Carvalh. in cap. Raynaldus de teſt.* 2. *p. num.* 367. & tenent alii multi quos *ego ipſe* refere *forenſ. cap.* 5. *n.* 127. 128. & *cap.* 9. *num.* 54. & 55. ubi multos allegavimus vel etiam poſſit executio fieri in fructibus, & commoditatibus ad uſum fructuarium pertinentibus, ut tenet *Salg. in labir. credit.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 31. & *per tot. Lagun. de fruct.* 2 *p. cap.* 5. *num.* 55. Hunc prætextum forte fraudulentum voluit teſtator prohibere, & ita uſus fuit verbo, *prætextu*, qui eſt color argumenti, evaſionis inventio, quæ res, nec naturæ veritate, nec facti honeſtate probari poteſt, & fucco Auditoribus facto defenditur, & etiam propugnatur; ut ſunt verba *Arias Montan. lib.* 1. *judicum cap.* 8. *pag. mihi* 285. Atque ita talem uſum fructum voluit teſtator ſervari indemnem in maioris natu favorem abſque aliquo prætextu inducente colorem, ad hoc ut alienatio conſequeretur; & ideo cuncludit eum verbis: *Immo vult, quod ſemper ſit inalienabilis*; ut maior natu abſque impedimento pignorationis, aut alienationis voluntariæ, aut neceſſariæ uti, & frui deberet dicto Palatio cum ſuo viridario, & pertinentiis; & quod ad illum tranſiret talis uſus, & fruitio, & uſus fructus finitus per obitum ultimi poſſeſſoris abſque nullo prætextu ſucceſſionis, & dominio utentis, fingendo ſemper exiſtere in dominio bonorum ipſius teſtatoris, repræſentando illius perſonam ſequuntur ibi: *Et in bonis ipſius teſtatoris.*

Dominium rerum hominibus 44
conceſſum fuiſſe, ut ipſi poſſint illis uti teſtatur *Imperator in* §. *fin. Inſt. de jur. natural.* cum itaque homo in extremo vitæ conſtitutus omnino ſit incapax uſu verum omnium, imo in hac patte pene ſimilis ſit mortuis, qui amittunt omnia, quæ viventes habebant §. *deinceps Auth. denupt.* quia res ipſorum ſibi uſui eſſe nequeunt, & ultimæ voluntates perficiuntur in extremo ſpiritu vitæ, *L.* 4. *ff. de adimend. legat. L. fin. ff. de condit. inſtit. cap. cum Martha de*

celebrat. missar. consequens fuit perfectionem ultimarum voluntatum in in illud tempus conferri, quo amplius dominus non est is qui testatur hoc certè videbatur non posse esse
* de jure, quia licet quis piam possit disponere de bonis in quibus habet dominium, & illa transferre in alios eo modo, quo sibi visum fuerit, §. *per traditionem* 40. *Instit. de rer. divis.* & tenent multi quos ego ipse refero *forens. cap.* 4. *num.* 1. videtur tamen non posse conferre suam voluntatem in tempus in quo non habebit dominium, ast sustinentur dispositiones testatorum ac si dominium non transferatur ab eis, cum eum amittant in quam, favore le-
* gis, & dominium amissum á testatore transfertur authoritate legis in eum ad quem ipsemet testator transferri voluit, *L cum hæredes* 23. *ff. de acquir. possess. Ulp. in tit. de acquis.* §. *lege*, & ad has voluntates conservandas inducta fuit fictio, & dispositis voluntaria ex benignitate legislatoris, prout testatur, *Plat. de legib. dialeg.* 11.

Secundum hujusmodi facultatem potuit nater testator disponere bona sua debere remanere in bonis ipsius, & conservari in sua hæreditate, ut jacenti; & ita credendum est, quia verbum *Ipsius testatoris* importat conservationem domini in bonis ipsiusmet testatoris *ex text. in L. quint. Mutius a* 2. §. *argento ff. de agr. & argent. Legat. ubi DD.* & refertur ad ejus personam, & hæreditatem, *Rusn. cons.* 99 *num.* 16. *lib.* 21. *Rot. apud Paul. Rub. pag.* 8. *recent. tom.* 11. *decis.* 201. *n.* 5. & ita non transtulit testator dominium in usu fructuarium pro tempore existente, sed fictè voluit, ut in suis bonis, & hæreditate jacenti existeret, & quotiescunque ultimus usus fructuarius diem ultimum clauderet, & extremum, reverteretur ad suam hæreditatem in hoc casu fiete jacentem, & suam personam eodemmodo repræsentantem, absqueo eo quod ad alium translatum fuisset, pro ut attenta juris civilis dispositione repræsentat dicta hæreditas personam defuncti, *L. hæreditas* 50. *in princip. ff. petit. hæredit L. non minus* 31. §. *Tamen. hæreditas jacens repræsentat defunctum, ita ut jus civile multam maiorem vim, & efficatiam repræsentandi defunctum tribuit personæ illi fictæ hæreditatis jacentis, quam hæredi, ex quo hæreditati jacenti communicantur multa jura, quaret unius personalissima defunc.* 4. *ff de hæred. instituend. L. hæreditas* 134. *L. hæreditas* 61. *ff. de acquir. rer. domin* quos textus *ego ipse* refero *in tract. de compet. inter Archiep. & Nunt. cap.* 98. §. 3. *pag.* 199. *num.* 21. & *seqq.* eleganter probat *Salgad. in Labyrint. cred.* 1. *p. cap.* 32. *num.* 4. & 5. & *num.* 30. & 31. ibi *tì, quæ denegantur, & non communicantur hæredi, nec ad hæredem transeunt, nec transire possunt, nam dum hæreditas jacet, defunctus ipse vivere intelligitur, qui repræsentatur in illa persona ficta hæreditatis jacentis.*

Et merito quia hæreditas juris 45
nomen est *L. hæreditas* 50. *ff. petit. hæredit*, & in se omnia bona, juraque continet *L. si unus* 27. §. *penult. ff. de pact. L. si quis* 7. §. *ultim. ff. de except. res judicat, L. nihil aliud* 24. *ff. verb. significat L. hæreditas* 63. *ff. de regul. jur.* & ita nilmirum si mortuo usu fructuario, & habente jus utendi, & fruendi, revertatur ad hæreditatem proprietariam ficte jacentem, & dominam, ex dictis *à Joan, Harpprech in comment. ad instit. tom.* 2. §. *fin. instit. de usufr.* & renascat statim jus utendi, & fruendi ad maioris natu favorem, ad

quem

quem de novo tranſit tale ſjus cum fictione crevis manus, & juris, intenim dominio ſuſpenſo, & jure utendi, & fruendi, & habitandi pendente, ut poteſt accidere, quia totum hoc pendet á teſtatoris voluntate, & ad bonorum maioratus, ſeu fideicommiſſi de volutionem, ac ſucceſſionem, ſuſpenſo ſucceſſionis jure, ut probat *Farinac. deciſ.* 593. *num.* 3. *tom.* 2. *in noviſſimis* ibi: *non eſt inconveniens quod dominium bonorum, ſive jus ſucceſſionis remaneat in ſuſpenſo, quia reſpondetur id non eſſe abſurdum ſubſiſtente aliqua cauſa, præſertim quando conſtat de voluntate teſtatoris.*

46 Sequitur etiam *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *n.* 73. *Fuzar. de ſubſtit. quæſt.* 318. *num.* 79. *uterque Molin. unus de primog. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 15. & 25. *Alter de juſtit. & jure diſp.* 634. *num.* 5. & *col.* 11. *verſ ad ſecundum Caſtill. lib.* 5. *contr. cap.* 91. *n.* 43. & 48. *verſ. conſiderandum*, & *verſ. hac tenus Cabrer. de metu, lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 28. *uſque ad* 42.

47 Quod procedit non ſolum quando voluntas eſt manifeſta, verum etiam quando eſt tacita, & per conjecturas inducta *Mier. de maior.* 2. *p. in initio n.* 21. *Fuzar q.* 318. *n.* 92. *Caſtilh d. cap.* 91. *num.* 43. & *num.* 48. *verſ. namin pendentie eſſe poteſt ex voluntate præſumptaque inſtitutoris mente*, & tenent alii quos *ego ipſe* refeto *in tract. de maiorat. ſucceſſ. cap.* 9. *tom.* 2. *num.* 197. 198. & 199. & *num.* 209. & cum conſtet de voluntate expreſſa teſtatoris, quod bona ſemper remaneant in alienabilia, & in bonis ipſius teſtatoris, ut patet ex noſtris verbis ibi: *Semper ſit in alienabilis, & in bonis ipſius teſtatoris*; ad favorem maioris natu, ad illum de voluitur ſucceſſio tanquam vocatum pro tempore exiſtentem ut patet ex inſtitutionem ibi: *maioratu*, & non ad filium ultimi ulutructuarii hæredem, quia qualitatas ætatis requiſita á teſtatore tanquam perſonaliſſima ad illum non tranſit, ut in terminis hærediratis jacentis tradit idem *Salgad. d.* 1. *p. cap.* 32. *num.* 29. *in labyrint. credit.* ibi: *Ætas tanquam perſonaliſſima ad hæredem non tranſeat*, & in noſtri caſus ſpecie eleganter concludit *Joan. Petr. Aſtolin. reſolut.* 81. *n.* 21. & *ſeq.* Atque ita aſſumptum remanet probatum ad favorem maioris natu ex dictis verbis, & legatum fruiſſe tantum uſum fructum, aut jus utendi, fruendi, & habitandi mere perſonale.

Prædicta comprobantur, & evi- 48
denter demonſtrantur, ex dictæ inſtitutionis ſequentibus verbis ibi: *Et quod illa frui, & gaudere perpetuo poſſit.* Ex quibus verbis deducitur, & probatur, legatum eſſe jus utendi, fruendi, & habitandi, nec non conſtitutum eſſe uſum fructum ad favorem natu maiorum pro tempore exiſtentium; Nam duo in uſu fructu conſiderari debent, videlicet unum uſus fructus ipſe, vel ipſius jus formale, quod, & dominium, & proprietatem, licet improprie, vocat *Gom. in L.* 48 *Taur. num.* 2. Aliud ipſius uſus fructus, aut commoditas ut probatur, *per textum in L. qui uſum fructum in fin. ff. ſi uſus fruct. petatur*, *L. in venditione ff. de bon. authorit. judic. poſſid. gloſ ſingularis in L. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. Garcia de conjug. ac quæſtu num.* 174. *Lagun. de fruct.* 2. *p. cap.* 5. *num.* 2. & 3. ubi quod hæc res plurimum, immo omnino inter ſe differunt.

Nam uſus fructus, ſeu jus for- 49
male in jure conſiſtit cum nihil aliud fit; quam jus utendi, & fruendi, L. 1. *ff. de uſufr. princip. inſtit. eod. Caſtill. cap.* 4. & 5. *de uſufruct.*

50 Fructus autem ſunt ipſius uſus fructus commoditas, & utilitas, quæ non in jure, ſed potius in facto perceptionis fructum conſiſtit, ut probatur *ex text. in* L. *ſi uſus fructus* 67. *ff. jure dot.* L. *de uſufructu* 57. *ff. ſolut. matrim.* L. *neceſſario* §. *fin. ff. periculo*; & *commodo rei venditæ*, *Piuel. in* L. 1. *cod bon. mater. p.* 3. *n.* 38. *verſ. alit Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 11. *Pereg. de fideicom. art.* 45. *n.* 9.

51 Unde fructus, ſeu commoditatis appellatione uſumfructum non venire, licet è contra, uſusfructus nomine fructus, & commoditates comprehendantur, notant *per textum* ibi *in* L. *Mavius* §. 2. *ff. de legat.* 2. *Menoch. conſ.* 1022. *num.* 8. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 32. *n.* 4. 9. & 13. *Gom.* 2. *variar. cap.* 15. *n.* 15. *Molin. de juſtit. diſp.* 7. *tom.* 1. *col. fin. Barboſ. in* L. *uſufructu* 57. *num.* 3. *ff. ſolut. Giurb. ad ſtat. ſenat. Maſſanenſ. p.* 1. *cap.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 107. & *cap.* 7. *gloſ.* 2. *n.* 17. & 18. *Valenſ. conſ.* 56. *n.* 10. ubi quod fructus, & commoditas eos percipiendi ſit omnino quid diverſum, & ſeparatum ab ipſo jure formali uſusfructus, & quod ideo penes unum poteſt eſſe uſusfructus, & penes alium commoditas, ſeu fructum percipiendi facultas, ut probatur *ex d.* L. *ſi uſusfructus de jur. dot. Molin. d. cap.* 20. *n.* 11. *Giurb. d. cap.* 1 *n.* 111. *Gom* L. 48. *Taur in.* 2. *ſolorſan. de jure Ind. tom.* 2. *lib* 2 *cap.* 14 *n.* 35. *Olea de ceſſ. jur.* & *aut tit.* 3. *q.* 1. *n* 10.

52 Nam in dicta fructuum perceptione nullum jus, ut in uſufructu conſideratur, ſed merum factum tantum percipiendi fructus, quod bene per ſe abſque aliquo jure formali ſtare poteſt, ut tradit *Prato forenſ.* 2. *part. cap.* 18. *num.* 56. & 60. *Roſa conſ.* 18. *n.* 1. *Lagun. d.* 2. *p. cap.* 5. *n* 5. & 6.

53 Et hoc important noſtri teſtatoris verba, ex quibus patet, legatam eſſe fruitionem, & uſum, aut ad plus uſumfructum, ſecundum doctrinas, & jura allegata, & ultra ea probant loquendo in ſimilibus verbis *Ruin. conſ.* 21. *num.* 5. & *conſ.* 222. *n.* 9. *lib.* 1. eleganter exornat, & erudite pertractat *Doctiſſ. Lagun. de fruct. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 1. & *ſeqq.* omnino videndus, & ultra quos refert, in noſtra ſpecie probat etiam *Doct. Torr.* 1. *p. de maiorat. Italiæ cap.* 13. & *num.* 12. & *cap.* 39. §. 12, *num.* 2. & 2. *p. q.* 18. *n.* 3. *Gobius conſult. dec.* 150. *Valaſc. conſult.* 82. *in princ. ſolorſ. de jure Ind. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. & *ſeqq. Tondut. civil. tom.* 2. *cap.* 87. *n.* 4. & *ſeqq. tradit etiam Harpprecht. tom.* 2. *ad princip. inſtit de uſu & habitatione per tot.*

54 Et ita ultimus poſſeſſor tantum dicitur habere jus utendi, & fruendi, aut uſum fructum, & illo mortuo, finitum fuit, §. *finitur & ultim. inſtit. de uſufruct.* & ibi *Harpprecht.* L. *corruptionem cod. eod. tit.* L. 3. §. *fin. ff. quib. mod. uſufruct. amittatur*, L. 5. *de uſufruct. legat. Caſtill. de uſufruct. cap.* 61. *n.* 3. & *ſeqq. Gobius conſ.* 150. *n.* 6. *Torre de maiorat. Italiæ* 2. *p. q.* 18. *n.* 11. *pag.* 97. *Palma Nepos alleg.* 49. 49. *num.* 1. & 13.

55 Et ad Hieronymum ejus filium ſucceſſorrem, aut hæredem poſt mortem patris uſus fructuarius non tranſivit: quia ultra vitam uſusfructuariis non durat illius jus, ut dicimus, *tom.* 2. *de maiorat ſucceſſ. cap.* 9. *pag.* 137. *Torr. d, cap.* 39. *d.* §. 12. *num.* 8. & de ratione *cap.* 13 *n* 6. 12. & 18. & *pag.* 2. *q.* 30. *n.* 14. eleganter D. *Palm. d, alleg.* 49. *in princip.* ibi *Quia cum agatur de uſufructu, qui non tranſit ad hæredes, mortuo uſufructuario*, & *num.* 8. *verſ. cum igitur* ibi: *Quia cum omnibus vocatis fuerit relictum ſolum jus percipiendi proven-*

proventus eorum dem locorum, hoc eſt illorum fructus, omnes vocati ſuut ſimplices uſufructuarii, cum tali nomine fructum intelligatur relictus uſufructus ideoque uſufructuario defuncto ſit conſolidatio cum proprietate penes quemcunque ſit, ut fuit in principio firmatum §. ne videatur tamen; proprietas autem eſt penes hæredes Joannis Jacobi, uſufructus enim extinguitur cum vita uſufructuarii, & nihil poſſunt prætendere ejus hæredes, eleganter cum multis in ſpecie concludit *Altograd. contr. 75. num. 52. & 53. gratian. forenſ. cap. 695. num. 6. Luca de fideicommiſſ. diſc. 4. num. 6. verſ. tertio. Cardoz. in tract. de jure acreſcendi illat 27. num. 23. in fin.*

56 Sed tantum pertinet, & tale jus utendi, & fruendi, ſive ulusfructus devolutum fuit ad D. Baptiſtam, uti ſeniorem ex linea maſculina maiorem natu vocatum; ad quem directa fueruut verba ſequentia dicti teſtamenti, *Maior natu* ut ellegantter concludit loquendo in ſimili diſpoſitione *d. Palm. Nepos alleg. 48. 491. & 50.* ubi loquutus fuit ſecundum veritatem, (& in aliis 99 & 100. juxta affectionem,) & probatur ex dictis à *Doctiſſ. Torre d §. 12. & §. 10. pag 607. num. 19. & 25. Luca de linea legal. reſponſ. 13. num. 9.* & tenent omnes citati ſupra *num. 11.* & ita nullo in caſu poteſt ſuccedere D. Hieronymus filius ultimi uſufructuarii ſed tantum D. Baptiſta, uti maior natu vocatus à teſtatore, quia omnes maioris nati ſunt uſufructuarii ad fruendum, & gaudendum ſecundum verba relata, ex quibus patet tantum eis conceſſum fuiſſe jus utendi, & fruendi, & uſumfructum ut quam plurimis fundamentis exornavimus, & oſtendimus, & non eſſe inſtitutum maioratum regularem, ſed ſaltuarium ad maioris natu favorem, ut patet ex verbis ſequentibus d. inſtitutionis *Maior natu* ex quibus habet D. Baptiſta vocationem expreſſam, & claram, ad hoc ut ſuccedat per obitum ultimi poſſeſſoris, ut concludunt omnes citati ſupra *num. 11.* & patet ex eodem *Palm. alleg. 49. n. 1. verſ. quod vero* ibi: *Quod vero cum vita Joannis Jacobi ſucceſſio finem acceperit, judicio meo probatur evidenter, cum teſtator dixerit in jus d. primogenituræ ſuccedere debeat maior natu Alberglis Salvagorum de Vetelo, quando enim vocatur maior natu non conſtituitur maioratus perpetuus, ſed ſolum conſideratur ætas, ut punctualiter dixit Azeved. conſ. 18. n. 1. & 2. quem rectè dixiſſe firmat Caſtill. controv lib. 6. cap. 143. ſub n. 40. §. tertio principaliter verſ. quidquid involute, Add. ad Molin. de primog. lib. 5. cap. 22. verſ. ſed inter prætes*; *Et num. 4. ipſemet Palm.* ampliat, quando vocatus fuit primogenitus reſpectu certi gradus, ſed eſt de totà aliquà familia, & per totam allegationem ita fundat, & reſolvit ad favorem natu maioris, & eleganter etiam *alleg. 50. num. 5. 6. & 7. 13. & num. 15. & 16.* quod non tranſit ad filios jam admiſſi; & *num. 17.* refert contra filium poſſeſſoris, & ibi multa allegat, & eſt omnino videndus, quia pro veritate in illis allegationibus ſcripſit, & in diverſis cauſis, & propria claulula, nec non etiam *Joan. Petr. Actolin. reſol. 81. per tot. & Manſ. conſult. 93. & ſeqq.* in proprio caſu, & omnibus citatis etiam *Joſeph Altograd. contr. 42. num. 21.* ibi: *Primo quia in contrarium ſtat magis vera, & magis communis opinio, quod ſcilicet, cum vocatus fuit ſimpliciter maior, non intelligatur de primogenito, ſed de maiori ætate, & ſeniore; & non ſeqq.* multis rationibus com-

comprobat, & 2. *tom. contr.* 75. *qui n.* 14. ibi: *Et sic vocatus fuit in genere maior natu, qui ex dictis tribus fratribus filius dicti Marci Antonii per lineam masculinam nasceretur; in hoc, in quam, casu certum est, nullam haberi rationem lineæ, sed solum esse attendendam ætatis prærogativam, itaut excluso filio ultimi possessoris, ille solum admittatur, qui ex tota descendentia, filiæ, seu stirpe à testatore vocata ætate maior reperitur, & sic in terminis nostris D. Pompeius excluso D. Julio ad successionem, de qua agitur, admitti debet*; & ibi allegat multos, & *n.* 15. & *seqq.* multis rationibus exornat, & ad contraria respondet. Atque ita cum præ-
* rogativa maioris ætatis; & natu maioritatis universaliter in nostra clausula modum succedendi respiceret, semper maior ætate, in quacunque linea sit, succedere debet, non obstante lineæ, aut primogenituræ consideratione, ut multis eleganter exornat *Mans. apud Torre d. cap.* 39. § 1. *n.* 24. & 25. *pag.* 458. ubi etiam respondit ad ea, quæ diximus, & mira eruditione exornat, & defendit, & adversantium doctrinam explicat etiam secundum jus Lusitanum, aut Hispanum; & si attentis illis, ita resolvit, multo melius procedere debet in Italia, ubi secundum veram, & propriam verborum naturam procedendum est, ut jam diximus, & ex eodem Torre ostendi-
* mus; quo in loco verbum, *maior natu*, indicat maioritatem ætatis, & ipsummet verbum, *maior natu* importat maioratum saltuarium, ex eo quod denotat maioritatem ætatis, ut tenet *Galeot. contr.* 48. *n.* 20. *Amat. resol.* 1. *n.* 6. *Thesaur. forens. lib.* 1. *q.* 35. & eleganter scriptum est apud eundem *Torre d. cap.* 39. §. 10 *n.* 7. & *seqq. pag.* 602. & *seqq* & *num.* 15. quod vocato maiori nato, semper admittitur senior, & *n.* 16. & 17. de ratione, & *n.* 18. 23. & *per tot.* & ibi eleganter exornatur, & *vers. sed si respectus*; ubi quod si institutor habuit respectum ad unam lineam tantum, ut in nostro casu, tunc nulla admissa repræsentatione semper inspicitur, quis sit senior, & consequenter itur de uno in alium non descensivè a jam admisso, sed per saltum, ut tenet *Mansius consult.* 92. *n.* 12. & 13. & *cons.* 93. *n.* 15. & 34. & 37. & *cons.* 94. *n.* 5. 10. & *cons.* 95. *n.* 30. *vers. hoc*, & *n.* 27. *vers. protutiori*, & *n.* 98. & *cons.* 96 *n.* 21. & 41. *Cyarlin. forens. contr.* 222. *n.* 35. & *seqq. Actolin. resol.* 81. *num.* 7. & 67. *Bellon. d. cons.* 11. *n.* 57. & 63. & nulla habita ratione lineæ impressæ, *Massin. de confiscat. q.* 33. *n.* 21. qui in terminis terminantibus excludit filium possessoris ad favorem patrui; de qua re etiam est elegans responsum apud idem *Torre cap.* 41. §. 5. *pag.* 649. & *seqq.* eleganter *Actolin. resol.* 81. *Palma Nopos alleg.* 49. & 50. *Joseph Altograd. contr.* 41. *n.* 21. & *seqq.* & 2. *tom. contr.* 75. *n.* 15. & *seqq. Mans. consult.* 93. & *seqq. idem Torr.* 2. *p. q.* 1. *n.* 20. & *seqq.* & *q.* 35. eleganter etiam 3. *p. dec.* 3. *n.* 1. & *dec.* 21. *n.* 1. 29. & 30. ubi judicatum refert *in Rota.*

Probatur etiam, quia maior natus dicitur, qui primo natus est, & 57
maiorem habet ætatem, & plures annos *L. si pater in fin. ff. de adopt. L. eum qui in princip. ff. de interd. Decian. cons.* 443. *n.* 22. *in fine Surd. cons.* 268. *n.* 1. *lib.* 4. *Altograd. sup. Palma Nepos alleg.* 49. & 50. *Actolin. resol.* 81. *Torr.* 3. *p. dec.* 3. *n.* 1. & 21. *n.* 1. 29. & 30.

Et si cum vocatus sit maior natu, hæc verba tolunt dubitationem, adeo, ut omnino intelligatur de maiore in ætate, & seniore *cap. Lex*

est

eſt diſt. 2. & ideo non requiritur, quòd teſtatori, vel gravato ſit proximior, ſed ſufficit, quòd ſit ſenior. *Pereg. conſ.* 47. *n.* 15. & 17. *lib.* 2. & *fideicommiſſ. art.* 13. *n.* 86. *verſ. quod ſi maior*, *Fuſar. q.* 358. *ſub n.* 24. & *q.* 383. *n.* 1. & *ſeqq.* & *q.* 387. *n.* 38. in ultima editione; ubi plures congerit; & ſe ipſum corrigendo, & recedendo ab iis, quæ in prima editione dixerat, teſtatur revera hanc eſſe magis receptam ſententiam, & *conſ.* 39. *n.* 30. & *conſ.* 41. *n.* 143. prout teſtatur *Cyarlin. forenſ. cap.* 222. *n* 28 29. & 30. *ubi in verſic. ſane*, quòd mortuo ultimo ſeniore, non tranſit ſucceſſio ad ejus filios, ſed ad alium antiquiorem, ſeu natu maiorem, quanvis alterius lineæ, quia fundator ſic vocando ſeniorem, hanc rem præſumitur taliter intellexiſſe, & ibi multos refert, & *numeris ſeqq.* & *n.* 49. & *ſeqq.* latè *Gratian. forenſ. cap.* 456. *n.* 83. & 84. & *cap.* 695. *n.* 1. & 2. ubi loquitur, & idem tenet in legato facto ſeniori ex deſcendentibus, & eſt videndus *Honded. conſ.* 70. *num.* 30. & 42. verſ. *parum lib.* 2. ubi loquitur quando vocatus eſt maior natu ex deſcendentibus, *Alciat. conſ.* 138. *n.* 11. *lib.* 1. ubi contra filium primogeniti, vocato maiore natu, & *conſ.* 115. *n.* 6. & 7. *lib.* 9. ubi quòd patruus excludit filium primogeniti, & *Parerg. lib.* 8. *cap.* 15. latè *Prato forenſ. cap.* 38. *n.* 33. *verſ.* & *ſic*, & *ſeqq. Mart. de ſucceſſ. leg.* 4. *p. q.* 21. *art.* 13. *n.* 58. *Vivian. de jur. patronat. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 55. *Loter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 93. *Rot. Januenſ. juriſp.* 25. 1007. coram Lanceloto; qui docent in relicto ſeniori de familia non ſuccedere filium ultimi poſſeſſoris, qui deceſſit, ſed alium ſeniorem, licet ſit alterius lineæ, prout refert *Cyarlin. cap.* 222. *n.* 58. ubi aſſerit hanc eſſe veram, & magis communem DD. ſententiam, & *n.* 59. 60. & 61. verſ. *ſanè*, quòd hæc opinio non ſolum eſt veriſſima, & receptiſſima, ſed rationalis, & *n.* 62 & 63. & 64. & uſque ad finem, eleganter exornat, & defendit, nec non *Altograd. contr.* 42. *n.* 21. & *ſeqq.* & *controv* 75. *n.* 14 & *ſeqq. Actolin. dict. reſolut.* 81. *Palma Nepos alleg.* 49. & 50. *Manſ. conſult.* 93. & *ſeqq.* eleganter *Torr.* 2. *p. q.* 1. & 35. & 3. *p. dec* 5. *n*, 25. & *ſeqq* & *dec.* 21. *n.* 1. 29. & 30.

Qualitas enim ætatis non eſt 58
tranſmiſſibilis ad filium *not. in cap.* 1. *de reg. jur.* in 6. *Actolin. reſol.* 81. *n.* 48. nam ubi conſideratur ætas, inſpicimus ſucceſſorem, non eum, qui ſucceſſit in his, quæ poſt mortem illius ſumunt initium, vel effectum *L. ea, quæ cod. de tempor. in integr. reſtit.* & ideo ſi minor ſucceſſit maiori, non utitur jure minoris, L. *Æmelius* Largiences *ff. de minoribus*, ætas enim eſt omnium rerum perſonaliſſima, quæ nunquam tranſit in filium, nam ætas patris, non poteſt eſſe ætas filii, L. *ſi pater familias*, § *ult. ff. de adopt.* §. *minorem inſtit. eod. tit.* ergo cum patruus ſit maior ætate quam nepos filius primogeniti, debet patruus nepoti præferri in bonorum, & domus ſucceſſione, licet vocatio loqueretur de primogenito, ut concludit his non conſideratis *Bich. dec.* 493. *n.* 21. & 21. & in ſpecie *Altograd. controv.* 75. *n.* 75. & *ſeqq. Manſ.* & *Palm.* ubi ſupra, *Actolin. reſol.* 81. *n.* 48. *Torr.* 2. *p. q.* 1. & 3. & 3. *p. dec.* 21. *n.* 29. & 30. & per tot.

Et magna datur differentia etiam 59
inter jus Hiſpanum, & Luſitanum inter filium maiorem natu, & primogenitum, prout latè diximus *in comment. ad Ord. Regni Portugal. tom.* 11. prope diem in lucem edituro, & jam typis mandato, & *tom.* 2. *legis mentalis*, quam agnoſcit *Em-*

manuel

manuel à Coſt. in tract. de ſucceſ Regni pag. 11. *verſ. ſecundo*, in cujus margine ita hanc concluſionem ſcriptam reliquit : *Filius maior non idem ſignificat , quod filius primogenitus* ; & ibi *ſecundo conſidero , illud ſequens adjectivum , maior , quod ad ætatem* referri *omnes agnoſcunt plane , & ſi verba hæc , filius maior* , & *filius primogenitus , videantur prima facie idem omnino exprimere* , re*vera non idem ſignificant* ; & *ideo verbum, maior, magis accommodatur patruo , quam nepotì , ut ipſemet concludit , ut nepoti præferatur , ut patet ex verſ. hoc enim* , ibi : *Hoc enim adjectivum , maior , filio ſecundo genito magis commodat , ut nepoti præferatur, et in verſ. differentia* ratio *inquit , quod in eo eſt , quod primogenitus habet participium præteriti temporis , quod verificatum fuit in ipſo naſcendi tempore , contra hoc adjectivum, maior , nullam* relatio*nem habet ad præteritum naſcendi tempus* ; *atque ideo aptatur optime præſenti tempori , quo de ſucceſſione agitur, & accedit ita colligi ex Paul. de Caſtr. conſ.* 164. *n.* 5. *verſ ad ſecundum reſpondetur , lib.* 2. ubi diſtinxit ſignificationem primogeniti à ſignificatione maioris *Palat in repetit. rubr. de donat. inter vir. & uxorem §.* 69. *ad fin. Tiraquel. in tract. de primogenit. q.* 40. *n.* 160. ſubſcribit etiam *Gam. dec.* 51. & *dec.* 307. & *n.* 4. *verſ. ego , & in verſ. pro filio, & n.* 5. *verſ. aut enim vocatur filius maior , & tunc etiam pro patruo judicandum eſſe videtur* ; probat etiam *Menoch. conſ.* 442. *n.* 19. & 20. *Burg. in quæſt. Civil. q.* 1. *n.* 1 & *q.* 2. *n.* 84. & hanc differentiam agnoſcit etiam *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 20. & *n.* 23. & 24. *Surd. conſ.* 403. *Ancharran. conſ.* 82. *n.* 6. *Jaſon. conſ.* 443. *n.* 29. *Robles de repræſentat. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 20. 22, & 23. 24. 25. 26. 27. & *ſeqq.* & *per totum cap. Fuſar. de ſubſtit. q.* 387. *n.* 39 *verſ. limitatur* 4. *quando vocatus eſſet maior natu , quia tunc patruus admitteretur nepote excluſo , et in ultim. impreſſ.* 39. aſſerit , hanc eſſe magis communem , & receptam ſententiam , quidquid dixerit *in* 1. *impreſſ.* prout etiam teſtatur *Theſaur. lib.* 1. *forenſ. q.* 35. *per tot. et lib.* 2. *q.* 20. ubi teſtatur , ita judicatum , nemine diſcrepante , vel renuente ; & oſtendit *Amat reſolut.* 1. *n.* 1. *et* 2. 3. 4. *et* 5. ubi agit de differentia , & probat , quod vocatio primogeniti ſumitur civiliter , & vocatio maioris natu ſumitur naturaliter, pro eo qui maior eſt ætate ſucceſſionis tempore ; *et n.* 8. quod quando * concеſſio facta fuerit ad maioris natu favorem , ſemper intelligitur de illo , qui fuerit maior inter deſcendentes primi , à quocunque deſcendat , ſive primogenito , ſive à ſecundo , *et n.* 12. ſic ait : *Nam tunc nullo habito reſpectu à quo exiſtentes provenerint , antiquior ætate admittitur, et tunc dicimur verſari in maioritate facti, non juris , itaut etiam non obſtante ingreſſu illius lineæ , ſenior alterius admittatur defuncto altero , ubi enim vocatur maior natu , cenſetur habita ratio non ad dignitatem , vel ad eam præeminentiam , quæ in primogenito conſideratur , & invenientibus abeo* ; & *n.* 13. 35. & 36. *et n.* 42. eleganter etiam *Tondut. Civil. reſolut. cap.* 89. *n.* 12. dicens quod quando teſtator habuit reſpectum ad ſolam ætatis prærogativam, patruus præferendus eſt nepoti, cum ſit ætate maior ; probat etiam *Fuſar conſ.* 39. *n.* 1. 28. 30. 34. *et* 35. *et conſ.* 40. *n.* 27. *et* 28. *Valenſ. conſ.* 23. *n.* 94. *Cancer.* 3. *p. var. cap.* 21. *n.* 304. *Matute diſq. leg.* 7. ubi loquitur in quadam fundatione , qua maior dierum vocatus erat , *et n.* 11. ad rem ait. Et in hoc caſu noſtræ diſquiſitionis

omni

omni dubitatione caret, ſtante quod teſtator in locis vinculi fundationis refert qualitatem quod ſucceſſor ſit ſemper maior dierum, et concludit ideo ad qualitatem ætatis eſſe attendendum non lineam gradum, neque ſexum, Mier. de maior. 2.p. q. 6. n. 123. et 125.

60 Et ita deciſum in variis Europæ Tribunalibus, teſtantur, in Senatu Mantuano, *Surd. d. conſ.* 403. in Senatu Cataloniæ *Ludovic. Peguer. dec.* 114. *p.* 1. in Piamonte *Theſaur. d. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 37. & *lib.* 2. *q.* 20. *n.* 2. & in Rota Roman. *d. q.* 20. & in Senatu Hiſpano *Raudens conſ* 241. *n.* 67. *ultim. volunt. lib.* 2. & in Senatu noſtro Luſit. *Coſta de ſucceſſione Regni pag.* 165. & 168. *Gam. dec.* 307. & in Rota Januenſi in hac controverſia *Doctiſſimus Torre* 3. *p. dec.* 16. *de maiorat. Italiæ*, & optimé in terminis 2. *p. q.* 1. & 35. & 3. *p. dec.* 5. *n.* 25. & *ſeqq.* & *dec.* 21. *n.* 1. 29. & 30.

61 Et etiam per viam regulæ cum omnes DD. ſupra citati reſtentur, talem maiorem natu eſſe vocatum, ſuccedit regula, qua cavetur, quod in maioratus ſucceſſione vocatus habet primum ſucceſſionis locum, licet alii ſint in meliori linea, ſexu, & gradu, ut tenent communiter DD. *per textum ibi in L cum ita §. fideicommiſſo ff. de legat.* 2. *Cov. Molin. Menoch. Fuſar. Cald. Caſtill. Mantic. Surd. Peregrin. Valaſc. Phæb. Valenſ. Larrea, Cancer, Gutier, Cyriac, Cabed. Souſ. Pereir. Amat.* quos *ego ipſe* refero *for. cap.* 4. *n.* 122. & *in tract. de maiorat. ſucceſſ. tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 290. & *n.* 440. & late *cap.* 10. *n.* 1. & *ſeqq.* ubi etiam quando quis dicatur vocatus, & exemplicant in hoc caſu in terminis *Actolin. reſol.* 81. *Palma Nepos alleg.* 49. & 50. *Autograd. cont.* 42. *num.* 21. & *ſeqq* & *controv.* 75. *num.* 14. & *ſeqq.*

Tor. de maiorat. Ital. p. 2. *q.* 1. & 35. & 3. *part. dec.* 1. 5. *n.* 25. & *ſeqq.* & *dec.* 16. & *dec.* 21 *num.* 1. 29. & 30. & per tot; & diximus in *alleg. Domus de Aveiro num.* 382.

Et in ſpecie vocationis natu ma- 62
ioris lineæ maſculinæ, prout in noſtra clauſula continetur, talem natu maiorem cenſeri vocatum, tradit *Paul. Rub. in Romana. Curia advocatus in deciſ. Sac. Rotæ Rom. Recentior cap.* 8. *tom.* 11. *ſelect. deciſ.* 209. *coram R. P. D. Panzinolo in impreſſis anno* 1659. *pag.* 531. *n.* 5. ibi: *Quod autem Veſpaſianus ſit maior in linea maſculina non controvertitur inter partes, & propterea Domini dixerunt, ad illis favorem habere locum fideicommiſſum, & conſequenter Auguſtinum remanere excluſum, quia teſtator vocando maiorem in linea, cenſetur cenſiſſe de eo, qui habeat maiorem ætatem, qualis in præſentia eſt Veſpaſianus*; & allegat *Bartol. Socin. Honded. Menoch. Jaſon. Pereg. Mantic.* & *Fuſar.* & *n.* 6. ſic concludit: *Et ideo ſufficit, quod ipſe ſit vocatus, ſub generali nomine maioris natu de linea maſculina, ut bene per Greg. dec.* 464. *ſub n.* 19. verſ. *non obſtat*, tradit etiam *Nicol. Bets tract. Nomicopoliticus de ſtat. pact.* & *conſuetud. famil. illuſtr.* & *nobil. pag. mihi* 360. *impreſ. an.* 1661. ibi: *At vocando maiorem natu relinquit diſpoſitionem claram, cum intelligi locum poſſit de eo, qui reſpectu ætatis maior eſt*, & *credendum ſit tunc teſtatorem conſideraſſe hanc natu maioritatem, ut certam, & claram relinqueret diſpoſitionem ſuam retinenda eſt enim diſpoſio magis certa, & clara*; & *in maioritatibus Hiſpaniæ*, etiam in hoc caſu ad favorem maioris natu patrum contra nepotem tradit, & exornat *Doctiſſ. Feloaga in chirid. jur. cap.* 20. *n.* 7. 8. & 9. in ſpecie *Palm. Nep. alleg.* 49. & 50.

63 Hæc deciſio noviſſime adducta, & à nullo allegata, & *d. Bets* oſtendunt utira relata, D. Baptiſtam eſſe vocatum, & in vocatione maioris natu comprehenſum; itaque ex teſtatoris voluntate primum locum in ſucceſſione ſibi vendicat, quia prima ſucceſſionis cauſa eſt teſtatoris voluntas, ut fatentur adverſarii, & ipſemet Torre profitetur, *& in cap.* 39. 40. *&* 41. *per tot.* oſtenditur; & toto fere orbe obſervatur, *juxta textum in L. ex facto ff. de hæred. inſtit.* ibi: *Voluntas teſtatoris expectanda eſt, quæ totum facit; L. hæredes mei §. cum ita verſ ſed cum in fideicommiſſo voluntatem expectari conveniat ff. ad Trebel. L. L. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. & ex textus in L plurium ff. de acquir. hæredit.* ibi: *Prius ab ſcriptis hæredibus incipiatur, deinde tranſitus fiat ad eos, ad quos legitima hæreditas pertineat, L. fin. cod. verb. ſignificat.* & apud Hiſpanos *eſt L. 45. Taur.* & apud Luſitanos *eſt Ord. expreſſa lib. 4 tit.* 100. §. 3. & nos diximus ubi ſupra.

64 Et merito, quia eo ipſo quod maior natu cenſetur vocatus introducitur cæterorum juniorum excluſio *Riminald. conſ. 33. n. 15. Monter. dec. Aragon. 26. n. 3.* & nos late exornavimus, & multis exemplis confirmavimus *in tract. de maiorat. ſucceſſ. cap. 8. tom. 2.* Atque ita ſemper vocatio eſt diſpoſitio ſuperior, & illi ſubjiciuntur cæteræ maioratuum regulæ, ut primo loco ſuccedat vocatus, quia tota ſucceſſio provenit à fundatoris voluntate, *L. fideicommiſſa 11. §. item ſi quis ff. de legat. 1.* ibi: *Cum in fideicommiſſis præcipue ſpectanda, ſervandaque ſit teſtatoris voluntas L. hæredi 130. ff. eod. tit.* ibi: *Sola enim voluntas ſervatur in fideicommiſſis L. hæredes mei 57. §. cum ita ff. ad Trebel.* ibi: *Sed in fideicommiſſis voluntatem expectari competit L. cum virum cod de fideicom.* ibi: *Quoniam in fideicommiſſis voluntas magis, L. ubi pure §. 1. ff. ad Trebel. Cujac. lib. 8. reſponſ. Papiniani in L. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonſtr. verſ. plus valeat voluntas.*

65 Et cum habeamus D. Baptiſtam vocatum à teſtatore, uti maiorem natu, venit excludendus D. Hieronymus, licet de meliori linea, quia clara diſponentis voluntas illum excludit, ut concludunt *Caſtilh. lib. 5. contr. cap. 93. n. 17. in princip.* ibi: *Sic etiam regulæ eodem non procederent, quando reperirentur aliqui ſpecialiter vocati, quia hi præferuntur, & ſi ſint remotioris lineæ, & gradus, nec regula linearum graduum locum obtinet, quia ſpecialis vocatio, & clara diſponentis voluntas id excludit*; & in fine ita concludit; *hactenus limitatione prædicta, quando reperiuntur aliqui ſpecialiter vocati, ut linea non attendatur, ſed ipſi præferantur in ſucceſſione, etiam ſi ſint remotioris lineæ, & gradus*; optime *Gam. dec. 160. n. 3, & ibi addit.* in verbis ſequentibus: *Cum enim habeamus aliquem de vocatis à teſtatore, non pervenimus ad alios de familia niſi in defectum vocatorum, & ſi alii non vocati ſint proximiores, nam cum ſuperſint nominati, non curamus de proximitate ſanguinis*; cum multis etiam concludit *Tondut. civil. cap. 89. n. 11.* & ſubſcribuntur alii multi, quos ego ipſe refero *forenſ. d. cap. 4. n. 122.* & in ſpecie *Torre de maioratib. 2. p. q. 1. & 35. & 3. p. dec. 1. & 5. n 25. & ſeqq. & dec. 21. n. 1. 29. & 30. & per tot.*

66 Et in his terminis non habet locum ſucceſſio legalis, & regularis reſpectu filii primogeniti, ſed tantum vocatio filii maioris natu ſecundum teſtatoris voluntatum, ut inquit

quit *text. in Auth. derect. fideicommiſſ. §. nos igitur*, ſin illis verbis: *Non quia lege, ſed quia à teſtatore anteponitur, præferendus eſt Greg. Lopes in* L. 13. *tit.* 13. *part.* 6. *gloſ.* 2. *verbo mugeres col.* 7. *q.* 21. & ita in favorem hujus vocationis maioris natu concludunt citati *num.* 11. & eleganter laté *Altograd. d. contr.* 42. *num.* 21. & *ſeqq.* & *contr.* 75. *n.* 14. & *ſeqq. Actolin d. reſol.* 81. *Palma Nepos d. alleg.* 49. & 50. *Manſ. d. conſult.* 93. & *ſeqq. ipſemet Torre de maiorat. Ital. cap.* 2. *num.* 40. & 41. *p.* 1. & *cap.* 39. §. 10 *n.* 25. & eleganter 3. *part. dec.* 16. & *num.* 57. atque ita cum D. Baptiſta habeat vocationem expreſſam ſicut maior natu, ex illa præferentiam in ſucceſſione, & imgreſſu obtinere debet juxta ſupra dicta, & ea quæ tradit *Tor. d.* 2. *p. q.* 1. & 35. & 3. *p. dec.* 5. *n.* 25. & *ſeq.* & *dec.* 21. *n.* 1. 29. & 30. *per tot.*

67 Et etiam ex clauſula & verbis ſeqq. ibi: *deſcendens à linea maſculina dicti teſtatoris.* In quibus verbis habet etiam vocationem tamquam deſcendens à dita linea maſculina dictus D. Baptiſta; nam d. teſtator non uſus fuit verbo *ſuccedat* in d. clauſula, ex quo dubium reſultare potuerat, ex dictis à *Paz de Tenut. cap.* 27. *n.* 30. & 32. *Ruvit. conſ.* 83. *n.* 21. neque etiam uſus fuit in d. clauſula verbo *primogenito*, ex quo dubium oriri porerat, & dictis *à Palma alleg.* 49. *num.* 4. & 5. *Actolin. reſol.* 81. *n.* 24. *Altograd. contr.* 75. *n.* 55. neque etiam uſus fruit verbo *de linea poſſeſſoris ac ultimi uſufructuarii*, in quo dubitari poterat: ſed uſus fuit noſtris verbis *Maior natu deſcendens à linea maſculina dicti teſtatoris* ex quibus patet D. Baptiſtam eſſe vocatum, & in tali vocatione comprehenſum, ſicut deſcendentem à teſtatore, quia linea eſt collectio plurimum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, ut communiter docent DD. *per textum ibi in L. ſtemmata ff. de gradib. cap. quod dilecto de conſanguinitate, & affinitate, Menoch. conſ.* 205. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 444. *n.* 14. *Alex. Raudenſ. dec.* 28. *n.* 110. & *conſ.* 30. *n.* 133. *lib.* 2. *Valenſ. conſ.* 97. *n.* 22. *Paſchal. de vinb. patr. poteſtat.* 4. *p. cap.* 9. *n.* 51. *Gratian. forenſ. cap.* 773. *n.* 1. & 2. *Robles de repræſent. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 16 *Caſtill. lib.* 5. *contr. c.* 93. *n* 41. *Mar. Cutel. ad L. Martini not.* 53. *pag.* 569. *n.* 30.

Et ideo verbum illud *linea* univerſos deſcendentes in infinitum comprehendit *Alex. Raudenſ. conſ.* 30. *n.* 33. *lib.* 2. *Rot. per Farinat. dec.* 226. *n.* 3. *p.* 2. *recent*, *Add. ad Molin. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 33. Itaque collaterales ex primo deſcendentes ex linea maſculina dicuntur, dummodo ſint maſculi, ut ex *L. pronuntiatio* 195. §. *familia verſ. communi jure ff. verbor. ſignif. L. jure Conſultus* §. *ſunt ex lateribus ff. de gradib.* cum aliis *Cutel* ubi ſupra *pag.* 568. *n.* 28. 29. & 30. & tenent quos *ego ipſe* refero *in tract. de maior ſucceſſione cap.* 16. & ita D. Baptiſta cenſetur vocatus, & in generali vocatus, & in generali vocatione deſcendentium à linea maſculina teſtatoris comprehenſus, & ſpecifice ad ſucceſſionem invitatus, ſicut maioratu deſcendens à linea maſculina teſtatoris ad excluſionem D. Hieronymi, ut in iſdem verbis loquendo ultra deciſionem relatam in eadem cauſa apud *Tor. dec.* 16. *num.* 23. & *ſeqq.* reſolvunt *Joſeph Altograd. jun. contr.* 42. *n.* 29. *verſ. at è contra* ibi: *At è contra vocando maiorem ex filiis, & deſcentibus, dicitur feciſſe diſpoſitionem claram: nec enim in iſto caſu, qui eſt primogenitus, eodem tempore natu maior exiſtit, cum ex tranverſalibus invitatis, & conſideratis*

68

sideratis possit quis dici primogenitus, non tamen natu maior esse, ut plerumque contingit in concursu nepotis, & patrui ad successionem fideicommissi, in quibus terminis licet nepos esse possit primogenitus, tamen patruus regulariter est natu maior; & propterea in vocatione maioris facta ex filius, & descendentibus, & sic respectu totius transversalitatis, istud nomen Maior intelligi potest solum de illo, qui respectu omnium filiorum, & descendentium consideratorum, & contemplatorum, & sic totius transversalitas senior est, & ætate maior. Et refert *Alexand. Hond. Menoch Mangil. Prat. Fusar. Galeot. Redenasci*, & alios; & multis comprobat, & *n.* 33. eleganter exornat: nec non etiam *cont.* 75. *n.* 22. ubi loquitur de simili vocatione, & *n. seqq.* & *n.* 39. eleganter etiam *Actolin. resol.* 81 *n* 14. & 15. ibi: *In concessione de maiori natu ex omnibus descendentibus â primo vocato, qui sunt termini fortiores, quod intelligatur de maiori natu, à quocunque descendat, sive à primo, sive à secundo genito* tradunt *Cephal. Reminald. Malvas, Anat resol.* 1. *n.* 12. *ubi quod hoc casu nullo habito respectu à quo provenerit, admittitur maior natu; quia tunc versamur in maioritate facti non juris, & ideo consetur habita ratio non ad dignitatem, vel ad eam præeminentiam, quæ in primogenito consideratur, & in venientibus ab eo, sed ad ætatem, ita ut non obstante ingressu unius lineæ maior admittatur, defuncto altero*, & eleganter idem *Torre de maior. Ital.* 2. *p. q* 1. & 35. & *dec.* 21. *num.* 1. 29. & 30. & *per tot.*

Subscribit etiam *Palm. alleg.* 49.
69 *n.* 3. 4. & 5 & *alleg.* 50. *n.* 48. & *per tot.* latissimé, & elegenter *Mans. cons.* 93. & *seqq.* ubi omnia tradit *lib.* 1. & ab eodam *Palm.* laudatur. Atque ita tam generaliter, quam specialiter consetur vocatus D. Baptista in his verbis, tanquam natu maior descendens a linea masculina testatoris; & geminate habet vocationem natu maior, etiam descendens a filia maiori ejusdem testatoris subsidiarié, ut patet ex verbis sequentibus dictæ clausulæ ibi: *Et ea linea deficiente maior natu descendens à filia maiori ejusdem testatoris* ut in similibus verbis optime exornatur in aurea *decisione* 16 *apud Tor. de maior. Ital.* 3. *p. n.* 26 & *seqq* Cui aliquid addere, superfluum erit, quia omnia considerata, & explicata fuere circa dictorum verborum explicationem, & *dec.* 21. *per tot.*

Deinde confirmantur quæ dicta- 70
sunt ex ultima clausula dictæ institutionis ibi: *Et ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo servetur.* Ex quibus verbis patet, quod d. verbum. *perpetuo* appositum post vocationem maioris natu, & geminate, probat quod testator magis respexit ad ætatem, quem ad aliam qualitatem, & quod voluit, ut semper, & in omni tempore succederet maior natu pro tempore existens, ut ex *Alciat. Honded. Alvarad. Thesaur.* & *Gratiau.* tradunt *Actolin. resol.* 81. *n.* 39. & *seqq.* in specie, & ultra eos cum aliis multis *Altograd. contr.* 42. 1. *p. n.* 46. & *seqq.* & in alia decisione ultra casum controversum testatur idem *Torre* in simili causa, in qua non scripsit cum affectione 3. *p. de maior. Ital. decis.* 18. *n.* 81 & 82. ubi laudat *Cyarlin. contr.* 222 *num.* 30. & *Ros. cons.* 69 *n.* 87. sic resolventes; & ipsis met laudatis in terminis etiam sed in diversa allegatione idem *Palma Nepos alleg.* 90. *n.* 82. & 83. ubi quod talis dictio post vocationem maioris natu in fluit ad maioratum facti, quod etiam fatetur, *alleg.* 48.

vers.

verſ. his, & eleganter in terminis terminantibus idem *Torre* loquendi deſimilibus verbis, & de maioratu Saltuario ad favorem maioris natu 2. *p. de maior. Ital. q.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.* & ſignanter circa hæc verba *n.* 26. 27. & 28. *et dec.* 21. 3. *p.* & nulla alia allegatio neceſſaria erat ad favorem D. Baptiſtæ, quam elegans reſolutio apud *d. Doct. Torre*, qui proveritate in hac quæſtione ſcripſit ad favorem natu maioris contra filium ex primogenitis natum, & ita ex dictis verbis clariſſima manet juſtitia D. Baptiſtæ; quia ex illis conſtat, vocatum tantum eſſe natu maiorem & ad illum reſtringendam eſſe diſpoſitionem ex dictis *à Caſſanat. conſ.* 45. *n.* 151. quia talis dictio declarat mentem teſtatoris eſſe, ut velit, natu maiorem ſuccedere, & formam d. vocationis obſervari tantum in illo omni, prorſus extenſione ad alium ex ploſâ, pro ut inquit *Caſtill. tom.* 6. *contr. cap.* 131. *n.* 37. *Addent. ad Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 64. & ita ex ultimis dictis verbis demonſtratur, hanc eſſe teſtatoris voluntatem, ut notatur in *L. ſi ſtipulatus de uſur.* ibi: *Propter in ſecunda verba L. cum teſtamento §. qui tres ff. de hæred. inſtit. ubi gloſ. verbo ſequens.* Atque ita ex hoc commentario, & inſtitutionis verbis manifeſte conſtat, juſtiſſimam eſſe ſententiam Rotæ Januenſis latam ad D. Baptiſtæ maioris natu favorem, & ex doctiſſimis fundamentis, eruditiſſimisque motivis in illius confirmationem exaratis, & etiam ex reſponſione adverſariorum ſequenti conſtabit.

71 Juſtitia hæc D. Baptiſtæ non ſolum fundatur ex dictis in comprobationem ſententiæ exaratis, ſed etiam ex adverſariorum allegationum reſponſione, ex qua evidenter demonſtrabitur illius jus, ut inquit *Doct. Queſad. Pilo in quæſtion. forenſ. con. tr.* 35. *n.* 61. & tradit etiam *Bald. in L. præcibus cod. de impub. & aliis ſubſtit.* ibi: *Viam quaſi ferro aperit, qui per contraria vadit, quando quidem contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt, & dubiorum ſolutio eſt veritatis inquiſition, Naten. de juſt. Vuln. & Medic.* 2. *p. tit.* 11. *cap.* 1. *n.* 3. *poſt med.* ibi: *Tota vis, & difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, & illis ſolutis concluſiones reddantur clariores*; & ita cum multorum librorum inſpectione, & multo ſtudio puto veritatem invenire, & argumenta ceſſare, ut in ſimili inquit *Tel. Fernand. in L.* 12. *Taur. n.* 12. *in fin.* ibi: *Sine copia multorum librorum, & multo ſtudio (itaut unum ſine alio non ſufficiat) difficiliter veritas invenitur*; ſequitur ex eo, & *Gratian. doctiſſ. Feloag. inchirid. jur. cap.* 10. *n.* 204. & ita revertendo ad adverſariorum fundamenta, & argumenta, & dicam, quid ſentiam, ut juſtitia D Baptiſtæ in lucem clarior appareat, ultraquam quod ſufficiebant, quæ magna eruditione docet *Doctiſſimus Aloyſius Mauſ. in conſult.* 93. *& ſeqq.* & in allegatione impreſſa in hac cauſa, incipit *Subortam*, ubi ad omnia argumenta ſatisfit, & apud *Torre* 1. *p. pag.* 452. *& ſeqq.* & ultra ea ulla alia non contemnenda dicemus.

Primum igitur argumentum ad- 72
ductum eſt, *n.* 13. ex numero vocationum, ſcilicet, tres feciſſe teſtatorem iiſdem conditionibus, ut ſuccedere deberet maior natu maſculus in perpetuum, etiam linea maſculina deficiente, & ita has tres diſpoſitiones fuiſſe confectas ad favorem unius perſonæ, quia una clauſula interpretationem ab altera recipit.

Sed hoc fundamentum nihil of- 73
ficit D. Baptiſtæ, quia ultra reſponſionem iſtius argumenti doctiſſime

factam

factam *in d. dec.* 16. 3. *p. n.* 26. *& seqq.* ubi elegantèr explicatur hæc resolutio, respondendum esse existimo, (ut fatentur adversarii) diversas esse dispositiones, quia unaquaque clausula invenitur finita, perfecta, & distincta in dispositione, ut patet ex illarum tenore; quia clausula dicitur finita, perfecta, & distincta quando dantur aliæ intermediæ cum suis verbis à quibus reguntur, & tunc aliæ dicantur diversæ, & separatæ, & unaquæque de per se intelligitur absque repetitione alterius innitæ separatim, & in diversa oratione, ut tenet *Bald. cons.* 362. *paulo post med. vers et duo verba lib.* 1. *Honded. cons.* 4. *n.* 32. *lib.* 1. *Fusar cons.* 69. *n.* 28. *Altograd. cons.* 54 *n.* 27. *vers. et moveor, tom.* 1. ibi: *Diversitas autem orationum clarissima est, tum quia unaquæque habet suum verbum, instituit, ex quo inducitur orationum diversitas, et n.* 28. ibi: *Tum quia inter unam, et aliam orationem adest alia separatio, adest etiam ademptio legati; et n.* 29. ibi: *Quæ clausula intermedia separat orationem; et n.* 92. Et cum hæc dispositio habeat plures clausulas, & orationes, & unaquæque habeat suum verbum cũ diversis provisionibus, & dispositionibus, nunquam una clausula quanvis generalis, & qualificata intelligitur loqui de dispositione, in qua antea specialiter provisum erat, & postea, separatim provisum fuit, sicuti in nostro casu, in quo ultima clausula à nobis commentata est abaliis separata, & non potest interprætari secundum clausulas antea exaratas, sed de per se intelligenda est, sicut aliæ intelligendæ veniunt, L. *cohæredi §. qui patrem ad fin. ff. vulgar.* ibi: *Propter specialem inter patrem, & filium substitutionem, Mier. de major* 2. *p. q.* 12. *n.* 1. *Cassan. cons.* 4. *n.* 272. *& cons.* 19. *n.* 1. *Mehoch. cons.* 111. *n.* 13. *Castilh. lib.* 5. *contr. cap.* 89. *n.* 150. *&* 175.

74 Quia non videtur velle loqui de eisdem personis, & successionibus, sed dediversis, quanvis alias includerentur *Bald. cons.* 186. *n.* 1. *lib.* 1. qui loquitur in simili dispositione ibi *sed hic testator circa filias discrito ve taxati ve, & specialiter ordinavit; ergo subtacita, & generali interprætatione masculi generis eas non admisit.*

75 Et hanc esse voluntatem testatoris evidenter probatur, quia in institutionis clausulis semper intelligitur testatorem velle attendere ad casus diversos, & providere in omnibus casibus, qui accidere poterant sicut fecit noster testator in clausularum diversitate, & multiplicatione circa assistentiam, interventum in distributione erga pauperes, proventus ad favorem primogeniti, & gauditum, usum quedomus cum suo viridario, ad quem tantum vocavit maiorem natum, & ex hac diversitate testator voluit providere omnibus, & diversis casibus, qui accidere potuissent, ut notant omnes *per text. ibi in* L. *Gallus §. & quid si tantum ad fin. & §. melius ergo vers. quibuscunque casibus, & §. etiam vers. ad omnes casus ff. de lib. & posthum Menoch. cons.* 226. *n.* 70. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 19. *vers. quinto ad fin.* Quare melius medium disponendi est per casus distinctionem, diversitatem, & separationem vocationum, ut concludit *Altograd. cons.* 47. *n.* 79. *tom.* 2. qui omnes resolvunt cessare in hoc casu repetitionem, & non intelligendas esse unas clausulas per alteras, sed de per se stare una quæque.

76 Et ut habeamus salutem ex inimicis nostris, ita tradit, & respondet etiam *D. Palm. Nepos d. alleg.* 50. *n.* 23, & 24. ibi: *secundo respondetur,*

detur, quod regula ſtat pro excluſione repetitionis, ut poſt plures a ſe congeſtos firmat Altograd. ſen. conſ. 96. n. 35. lib. 2. quæ regula redditur indubitata in caſu noſtro, tum quia agitur de orationibus omnino ſeparatis, & à diverſo verbo regulatis, D. Altograd. conſ. 83. n. 82. & conſ. 96. n. 39. lib. 2. Rot. coram Rojas deciſ. 73. n. 12. & ad hoc allegat etiam alios, *& n. 25. & 25. & n. 27.* agit de caſu noſtro, quando in clauſula anteriori loquutus fuit teſtator de primogenito, ut videre eſt in clauſula *ulterius*; & in clauſula ſequenti *item vult* tantum de maiori natu, & aſſerit non habere locum repetitionem, ut patet *num.* 26. & 27. *verſ. quarto reſpondetur*, ubi in terminis ſimilis diſpoſitionis ſic concludit: *quarto reſpondetur, quod repetitio primogenituræ ſubintelligi non poteſt in hac parte, in qua fuit facta vocatio maioris natu de Albergho, & ſic diverſimo defuit facta expreſſio, Rot. coram Peutinger. d. 37. n. 14. immo ex hoc oritur efficaciſſima conjectura pro excluſione primogenituræ, ſic uti enim teſtator noſter in primis quatuor lineis, ubi eam conſtituere voluit, id expreſſit, noluiſſe cenſendum eſt, ut in terminis ad excluſionem repetitionis ponderat Rot. coram ottobon. dec. 252. n. 7. & 8.*

77 Et loquens in iſtis met terminis idem reſolvit idem met *Altograd. 2. tom. contr. 75. n. 57. & ſeqq.* atque ita nihil obſtat argumentum deductum *num.* 13. ſed potius hæc reſponſione D. Baptiſtæ juſtitia clarelcit.

78 Neque etiam obſtat argumentum deductum à Nobis *num.* 14. nempe teſtatorem voluiſſe condere maioratum perpetuum in antecedenti diſpoſitione *verſ. una cum maiori*, & perpetuum *ex verſ. ſuccedat ille maſculis*; quia reſpondetur ex dictis, & hanc diſpoſitionem non cenſeri repetitam ad caſum diverſum, de quo infra loquutus fuit vocando maiorem natu ad habitationem Palatii, & fruitionem vindarii, in quia clauſula *Item*, in oratione ſeparata, & diſtincta diſpoſuit: quo caſu d. diſpoſitio anterior non cenſetur repetita in ulteriori facta tantum de Palatio, & viridario, in qua vocatur geminate maior natu ad habitationem, & fruitionem, & ita non eſt certum argumentum deductum ex verbis relatis *d. n.* 14. & 15. quod quemadmodum maior natu ex linea Baptiſtæ quanvis ætate junior excluderet omnes maiores natu ex fæminis, ita pariter maior natu exprima filiarum deſcendens quamvis minor, excluderet maiorem, licet ætate provectiorem, & ita inferri teſtatorem ſe, ſuamque voluntatem reddere voluiſſe conformem Ordinationibus primogenialium ſucceſſionem, in quibus regulariter primogenitus unius, & primogenitæ lineæ licet ætate minor, omnes alios excludit deſcendentes ex linea ſecundi, vel tertio geniti, quanvis ætate maioris; quia ut dicit doctiſſimus *Manſ. in d. alleg. pag.* 11. *verſ. nec*, & *verſ. verum*, & *apud Torr. pag.* 462. & 463. & ſecundum ejus diſtinctionem; aut teſtatur plures, & varias contentivas lineas, & deſcendentias ſub unica inſtitutione concluſſit, ſed cumprælatione graduum, & linearum inter eoſdem inſtitutos præſcripta aut vero teſtator, plures, aut diverſas lineas, & deſcendentias, ſucceſſivam tamen unam alteri, & indefectum alterius ſubſtituit, eſt inter eos cujus libet ſubſtitutionis particularem ordinem ſuccedendi ſtatuit. In primo caſu, nempe, inter omnes lineas, & deſcendentias ſub unica inſtitutione, & ſubſtitutione,

compræ-

compræhensas, & eodem tempore ad successionem vocatas, cum ordine tamen succedendi inter eos a testatore constituto, potest contingere, quod minor unius lineæ ex voluntate testatoris præferatur alteri alterius lineæ eadem unica dispositione comprehensæ, licet ætate maiori, ut est exemplum in vera, & * lineali primogenitura, in qua testator vocat plures lineas, & descendentias plurium suorum filiorum, sive fratrum ab uno descendentium, sed inter eos successionis limites præscribit adeo ut omnes vocentur, sed prius descendentes a prima linea primogeniti, & ea evacuata, alii alterius lineæ vocatorum; prout etiam é converso contingere potest, quod inter eos non ratio lineæ, proximitas, & gradus, sed ætatis habeatur tantumodo, ex sic placita testatoris ordinatione. Verum si testator deficientibus omnibus his lineis in prima vocatione compræhensis, ut in secundo proposito casu vocaverit, & substituerit aliam descendentiam, vel lineam alterius personæ omnino diversam, præscripto in ea succedendi ordine maioris ætatis, pro ut in prima institutione ordinaverat, tunc quidem ætate minor primæ descendentiæ primo loco institutæ excludet maiorem descendentiæ, & lineæ secundo loco substitutæ, non tamen ratione lineæ, nec ex eo, quòd inter eos, attendi debeat ordo lineæ, sed quia non apperitur aditus secundæ substitutioni, donec aliquis exvocatis in antecedenti institutione super est; & quia non datur inter eos concursus, ut in diversa, & separata dispositione, & indefectum eorum tantum vocatis, qui datur inter eos solum, qui sunt in eadem institutione compræhensi, inter quos etiam solum attenditur mensura ætatis gradus, & lineæ juxta testatoris ordinationem in illa met præcipua substitutione expressam, nulla habita ratione vocationis, aut qualitatis, aut ordinis, qui fuit in altera successiva substitutione dispositus: & sic ex illo cessat quod dicitur de sex filiabus, & filio superstito tempore testamenti in nostro *n.* 14. & 15. ut videre est apud *d. Doctiss. Manz. in d. alleg. pag.* 12. & 13. ubi subtiliter, & doctissime tollit argumentum, & etiam videre est apud *Tor. d. tom.* 1. *cap.* 39. *§.* 1. *pag.* 463. & ita respondetur etiam ad ea, quæ diximus *num* 15. & aliter, doctissimé qué respondetur in *d. dec.* 16. apud *Tor.* 3. *p. n.* 32. *& seqq.* & sufficit ostendere non posse in hoc casu repetitionem admitti, nec officere vocationem primogeniti in his terminis, ut elieganter exornat *Palma Nepos alleg.* 49. *n.* 4 & 5. *& alleg.* 50. per tot, & infra dicemus.

Minus suffragari potest argumen- 79
tum adductum à Nobis *sup. n.* 16. videlicet, quòd ex facto antea relato *d. n.* 13. 14. & 15. constet testatorem voluisse qualitatem maioris natu fore considerandam habito respectu ad unamquanque lineam, adhoc ut maior natu de linea alterius Baptistæ excluderet omnes lineas, & omnes maiores ex fœminis, se conformando cum regula illa, qua cavetur, quòd in omnibus successionibus primogenialibus primogenitus unius lineæ, quanvis junior excludit reliquos extantes in alia linea, & quòd nunquam fiat transitus à linea primogeniti ad aliam, nisi prorsus evacuata linea primogeniti remaneat.

Respondetur enim certum esse in 80
jure, quod quando successio ingressa fuit in alicujus linea non potest ad aliam transire, in quantum ex illa linea aliquis super fuerit, *cap.* 1. *de natura succes. feud.* prout resolvunt *Molin. Lima, Surd. Menoch. Guttier.*

Cas-

Caſtil Larrea, Cyriac. Gam. Valaſc. Phæb. Pereir. Souſ Cardoſ. Perez, Giurb. Ramon. Maldonad. Olea, Altograd. Melius, Roxas, Rovit. Roza, quos ego ipſe refero *forenſ. cap.* 4. *n.* 28. & 29. & me citato, & laudato hoc loco *Aguila in addit. ad Roxas de incompat maiorat* 1. *p. cap.* 6. *n.* 2. *verſ. pluribus*, & *n.* 9. *verſ. limitatur*, & *n.* 15. & diximus etiam *de maiorat. ſucceſſ. cap* 9. *n.* 8. *Bich. dec.* 622 *num.* 4. *Cyarlin. forenſ cap.* 222. *n.* 3. *Feloag. inchirid. jur. cap.* 20. *Luc. de fideicom. diſc.* 7. *num.* 14. *diſc* 2. *n.* 2 & 4 *diſc.* 3. *n.* 6. *diſc.* 5. *n* 4. *diſc.* 15. *n* 7. *ſum. n.* 60. & *ſeqq. Palma Nepos alleg.* 99. *n.* 1. & *alleg.* 100. *Torre d. cap.* 39. §. 2. *n.* 1. 2. & 3. *pag.* 473 & §. 9 *n.* 14. & §. 13. *n.* 21. & *cap.* 41. *pag.* 662. *col.* 2 & *cap.* 41. §. 2 *n.* 67. & §. 3. *pag.* 678. & 2. *p. q.* 1. & *q.* 35.

81 Nihilominus tamen hæc regula limitatur in maioratu facti, aut ſaltuario, in quo regula de linea ingreſſa non attenditur, ut multis tradit *Manſius* apud *Torre d. cap.* 39. §. 1. *pag.* 464. *ſub n.* 33. quia non primoximitas, ſed ætas attenditur, ut *n.* 34. ubi multis confirmat, quia ut comprobat *n.* 32. fideicommiſſum relictum ſeniori excludit lineam, & filium admiſſi, & admittit natu maiorem, quia talis filius dicitur incapax ſuccedendi, & data incapacitate, aut inhabilitate ſucceſſoris ſtatim fit tranſitus de una linea ad aliam, ut tenent *Mier. Ramon. Giurb. Gratian. Caſtill.* quos ego ipſe refero *d. cap.* 4. *n.* 29. *in noviſſ. impreſſ. in addit. pag.* 304. ubi etiam *in* §. *aut etiam*, limitamus regulã propoſitam, quando datur voluntas teſtatoris, aut inſtitutoris, quia tunc non extincta linea poſſeſſoris, tranſit ſucceſſio ad aliam lineam requiſitam à teſtatore, prout tenet *Caſtill. lib.* 5. *contr cap.* 93. *n.* 16. *Gratian. forenſ cap.* 621. *n.* 4. *Caſſanat. conſ.* 47. *n* 5. *Molin de primogen. lib.* 3. *cap.* 4 *n.* 38. & *cap.* 10. *n.* 36. *Menoch. conſ.* 957. *n.* 19. *Larrea dec.* 33. *n.* 68. *Octobon.* (nunc Summus Pontifex Dominus noſter *Alexander Octavus*) *dec.* 177. *n.* 9. *Valenſ. conſ.* 113. *n.* 21. 97. 99. 102. & 106 *Carena reſolut.* 128. *n.* 13. & me citato hoc in loco quoad unam, & alteram limitationem tradit *Aguila in addit. ad Rox. d.* 1. *p. cap.* 6. *n.* 9. ibi: *Limitatio tamen communis eſt ex voluntate teſtatoris, ut infra dicam.* §. 1. *n.* 21. & *ex Molin. Caſtill. Caſſan. Menoch. Gratian. Larr.* & aliis *Doctiſſimus Alvarez Pegas*, *cap.* 4. *reſul. forenſ. n.* 29. ubi etiam *limitat quando ſuperſint incapaces, vel inhabiles in linea.* Et cum manifeſte conſtet ex voluntate teſtatoris per vocationem maioris natu, & tunc cenſeatur filius poſſeſſoris excluſus, regulaque de linea ingreſſa limitetur, & ſolum attendatur ætatem ſecundum teſtatoris voluntatem, nihil obſtare poteſt dicta regula de linea ingreſſa, ſed potius contemnenda venit, & etiam diximus *tom.* 1. *de maior. erect. cap.* 2. *n.* 96. & fatetur etiam *Tor. d. cap.* 39. §. 4. *n.* 2. & 3. *pag.* 506. & *cap.* 41. §. 3 *n* 45. *pag.* 687. & in ſpecie *Cyarlin. forenſ. cap.* 222. *n* 30. verſ. ſane, & *n.* 49. & *ſeqq.* idem *Tor.* 2. *p. q.* 1. *n.* 31.

Et ideo per vocationem maioris 82
natu inducitur ſaltum de una linea ad aliam *Amat. var. reſol.* 1. *n.* 12. *Mangil. de imput. q* 77. *n.* 169. optimè *Actolin. reſol.* 81. *n.* 16. & 17. & & non habet locum argumentum de lineæ tranſitu non faciendo, ex eodem *Torre cap.* 41. §. 1. *pag* 662. *verſ. quoniam*, & optime *Cyarlin. forenſ. d. cap.* 222. *n.* 30. *verſ. ſanè*, & *n.* 49. & *ſeqq.* eleganter reſpondet idem *Actolin. d. reſolut.* 81. *n.* 17. ibi: *Itaut non obſtante ingreſſu unius lineæ maior admittitur defuncto alte-*

ro; *Gabr. conſ.* 130. *n.* 39 & 40. *vol.* 1. *Alba conſ.* 60. *Marth. de ſucceſſ. legal. p.* 3. *q.* 9. *art.* 2. *n.* 11. pulchrè *Cancer. var. lib* 3. *cap.* 21. *n.* 300. *cum ſequenti*, *Gam. dec.* 306. cum aliis relatis per *Amat. reſol.* 1. *num.* 12.

83 Optimè tradit etiam *Altograd. contr.* 42. *n.* 34. ubi proponit illud argumentum, & *n.* 35. reſpondet, & *n* 36. ſic ſcriptum reliquit: *In maioratu enim cum intelligatur conſiderata à teſtatore illa qualitas maioris ætatis, & invitata, & vocata ad ſucceſſionem, illa tantum perſona, quæ habuerit hujuſmodi qualitatem admittitur, & non habetur ratio linæ admiſſæ, vel non admiſſæ, ſed in diſtinctè ſuccedit ſenior, & ætate maior, excluſo filio juniore ultimi poſſeſſoris*; & ibi multos refert, & exornando materiam concludit; nec non etiam idem *Torre*, non ſolum *in d. dec.* 163. *p. n.* 18. & *ſeqq.* ſed etiam in aliis multis locis, quando ſcripſit pro veritate in aliis cauſis diverſis, & ſimilibus, prout patet *ex* 2. *tom. de maior. Italiæ q.* 1. *n.* 27. & *ſeqq.* ubi loquendo in maioratu ſaltuario oſtendit juſtitiam maioris natu, & proponendo ſimile argumentum, illud ſolvit his verbis *n.* 30. ibi: *Quibus firmantis non obſtat quidquid in contrarium fuit ponderatum, quod fideicommiſſum in una linea ingreſſum, in ea debet continuare, donec aliquis extet deſcendens à poſſeſſore, quia talis regula procedit in dubio, non vero ubi conſtat de vocatione teſtatoris expreſſa pro vocatione natu maioris inter plures*; & adhoc allegat, *Bellon. Gratian. Sabelli, Manſ.* & *n.* 32. ſic concludit: *Filius præfuncti, qui eſt natu minor non poteſt in concurſum alterius natu maioris de linea prælata admitti, quia non habet qualitatem requiſitam à teſtatore*, & ibi: *Et propterea ſaltat ſucceſſio de una linea ad aliam, in qua adſit perſona habens qualitatem requiſitam, ut explicat Luca de linea legali art.* 11. *n.* 22. *Caſtill. lib.* 5. *cap.* 91. *n* 47. tradit etiam *q.* 35. & 3. *p. dec.* 2. *n.* 10. ibi: *Ordo vero maioratus facti eſt, ut fiat ſucceſſio per ſaltum, & in ea ſolum attendatur ætatis prærogativa, adeo ut ſi primus deceſſit cum filius, eis poſt habitis, venire debeat ſenior de alia linea*, ex laté traditis per *Cancer.* & *n* 12. & 13. ibi: *Et omnino diverſa à natura maioratus facti, cujus ſucceſſio eſt non linealis, nec deſcenſiva, ſed tranſitoria ab una linea, ad aliam lineam ſemper in ſeniorem, ut ſuperius diximus*, & *dec.* 18. *n.* 81. & *ſeqq.* & *ſeqq.* & *dec.* 21. *n.* 1. 29. & 30. ubi judicatum, & *per tot.*

Suffragari etiam non poteſt d. D. Hieronymo argumentum deductum a Nobis *n.* 17. circa verbum *maior natu*, aſſerendo in illo nihil aliud intellixiſſe, niſi quod voluit conottare perſonam anteriorem in ordine nativitatis ex verbis ibi relatis, adhoc ut ſuccederet per obitum patris, aut matris, ex quibus dicendum videbatur, quod quando vocavit maiorem natu ex filia maiori natu, appellatione filiæ maioris natu illam intellexiſſe, quæ prius erat nata, non illam, quæ maiorem habebat ætatem, quia ſupponitur mortua, ut patet ex verbis ibi relatis, quod ſignificat, filium ſubingredi locum matris, ac ſi diceret, quod maioritas matris etiam ad filium eſſe porrigenda. 84

Hoc argumentum non procedit, quia jam diximus hanc clauſulam anteriorem non eſſe repetendam in noſtra poſteriori, & maximè in ultimis voluntatibus, in quibus omiſſum habetur pro omiſſo, & non fit extenſio ad alterum caſum, aut perſonam, 85

ſonam, *L. ſi mater §. fin. ff. vulg.* cum aliis *Doctiſſ. Palm. Nepos all. g. 47. n. 85. & 86. & alleg. 50. n. 51. 52. & 53.* in ſimili ſpecie loquens; & retorquetur ſimile argumentum, ut patet ex verbis ipſiuſmet *Palm. alleg. 50. n. 50. verſ. Ex hac igitur expreſſa, ac repetita voluntate*; ubi loquens de ſimili diſpoſitione, in qua primo loco facta fuit ſucceſſio linealis, & in ultima claulula vocatus fuit maior natu, ut in præſenti, in diverſa, ac ſeparata oratione, nulla mentione facta de ſucceſſione, aut ordine primogenituræ, eam ſervari noluiſſe cenſendum eſſe, inquit per obitum patris, aut matris, ut patet ex verbis ſeqq. ibi: *Ex hac igitur expreſſa, ac repetita voluntate, quod in quatuor lineis primo loco vocatis ſuccedatur juxta linealis primogenituræ ordinem, infertur, quod cum in ſucceſſiva vocatione maioris natu facta in diverſa, ac ſeparata oratione, nulla mentio de ſucceſſione juxta ordinem primogenituræ facta fuerit, eam ſervari noluiſſe cenſendum eſt, cum ubi voluit, expreſſit, & quidem reiteratis vicibus, ut late Redenaſc. conſ. 10. n. 14. D. Altograd. conſ. 97. n. 59. vol. 2. ubi quod quando voluit vocare deſcendentes primo loco vocatorum id fecit, unde ubi id non fecit, noluiſſe cenſendum ſit Celſus dec. 145. num. 17. Peutinger. dec. 258. n. 13. bene videndus Ottobon dec. 252. n. 8. unde mentio etiam primogenitorum tot vicibus facta in tot partibus noſtri teſtamenti ſubſequentibus vocationem maioris natu per D. Manſ. ad ſuæ ſententiæ comprobationem adducta ne dum non ſtringit, ſed retorquetur, quia non ſolum non demoſtratur illa verba, dictus primogenitus referri etiam ad maiorem natu, ſed potius evidenter id excluditur, unde retorquetur argumentum ſtante diſcritivo modo loquendi per teſtatorem adhibito.*

Eleganter etiam *Altograd. jun. contr. 75. n. 39. & 40.* ubi ſimile argumentum retorquetur; ut patet ex verbis ibi: *Ultimum denique objectum retorquetur, nam ſicut teſtator quando voluit ſucceſſionem continuare in linea jam admiſſa, id exprimere ſcivit, pro ut expreſſit in linea D. Scipionis ejus primogeniti; ita etiam expreſſiſſet, ſi voluiſſet, invocatione aliorum trium ejus filiorum, quod cum non expreſſerit, ſed natu maiorem ex omnium dictorum filiorum deſcentibus in genere vocaverit, apparet, eum habuiſſe reſpectum non ad lineas, ſed tantum ad ætatis prærogativam*, & allegat multos, & confirmando quæ diximus *num.* 40. ſic loquitur: *Præterquam quod illatio de una parte teſtamenſi ad aliam non ſit, quando orationes ſunt ſeparatæ, maxime in caſu noſtro, in quo verba inſtitutionis, de quanos agimus. ſunt clara Fuſar. de ſubſtit. q. 11. n.* & paulo infra; *hac ſtante d. rationis diverſitate ſubſtitutio noſtra interpretationem à præcedente recipere non poteſt.* Idem etiam tradit *D Torre in ſpecie, de maior. Ital. 1. p. cap. 41. §. 2. n. 38. & tom. 2. q. 16. n. 115.* Atque ita in hoc caſu non procedit argumentum, nec filius ingreditur in locum patris, aut matris, ſed proximior natu maior, quanvis non ſit ex linea primi nominati, ſed alia, de eadem tamen familia, & agnatione, ut contra ſimile argumentum concludit in ſpecie *Actolin. reſol. 81. n. 28.* ubi loquens de hoc maioratu ſaltuario ſic inquit: *Filius non intrat in locum patris, ſed proximior in gradu ei præfertur, quanvis non ſit ex linea primi nominati in fideicommiſſo, ſed ex alia de eadem tamen familia, & agnatione; & ſequitur pluribus relatis Magon. dec. Lucenſ. 82. & ibi add. lit. C.*

& omnium pleniſſime *Fuſar. conſ.* 41. *n.* 86. & *ſeqq. Amat. reſol.* 1. *n.* 40. & in terminis tradit *Malvaſ. d. conſ.* 22. *n.* 38. *exinde inferens ad favorem patrui, quod ſit præferendus nepoti, quanvis non ſit de prole primogeniti, ea ſcilicet ratione, quia agitur de ſtricta, & ardua hominis diſpoſitione diſponentis, ut maior natu ſuccedere debeat, & ſic intrat diſpoſitio L. cum ita §. in fideicommiſſo ff de legat.* 2. *quam dicit, hujuſmodi caſum decidere, & ponere (ut ajunt) Socin. ad radicem arboris*, & ibi exornat, & *n.* 46. 47. 49. & 50 & *verſ. denique.*

87 Neque in noſtro caſu attenditur ad ultimi poſſeſſoris proximitatem requiſitam adhoc ut aliquis dicatur legitimus maioratus ſucceſſor, dummodo deſcendat abinſtitutoris ſanguine, ut late diximus, & exornavimus *tom.* 2. *de maiorat. ſucceſſ. cap.* 9. *per tot.* & tenet *Torre de maior.* 2 *p. q.* 1 *n.* 24. & *ſeqq. Palma Nepos alleg.* 99. & 100. *Vela diſſert.* 49. *n.* 76. *uſque ad* 78. *Roxas de incompat. maior.* 1. *p. cap.* 6. *n.* 196. *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 24. *num.* 332. *Valaſc. conſult.* 121. *n.* 10. *Pereir. dec.* 5. & 25. *Souſ. in L fœminæ* 1. *p. n.* 54. *Phæb dec.* 120. *n.* 20. & 171. *n.* 21, *Souſ. de Maced. dec.* 16. *n.* 15. *Valaſc. de juſta acclam* 2 *p. punct.* 1. §. 2. *Ord. Luſit. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2.

88 Quia in hac irregulari ſucceſſione proximitas gradus non computatur, nec numeratur reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis, & in maioratu ſaltuario dicitur proximor maioratu vocatus, & remotior proximior in ſanguine, ut eleganter exornat citati *n.* 11. & 82. circa tranſitum lineæ, & tenent *Aſtolin. reſol.* 81. *Altograd. contr.* 42 *n.* 21. & *ſeqq.* & *contr.* 75. *n.* 14. & *ſeqq. Palm. alleg.* 49. *et* 50. *Honded conſ.* 70. *n.* 44. *et* 45.

Datur enim duplex proximitas, 89
una reſpectu ſanguinis, altera reſpectu ſucceſſionis, & ita qualificata præferentiam habet illi, ut ex aliis tenet *Altograd conſ.* 58. *n.* 90. reſolvunt *Pereg Caſtill. Geurb.* quos ego ipſe refero *d. cap.* 9. *de maiorat. ſucceſſ. n.* 438. *Honded.* ubi ſupra *Caſtill. tom.* 5. *cap.* 93. *n.* 10. *verſ.* & ratio, *Valenz. conſ.* 63. *n.* 105 & 111.

Prout etiam non dicitur proxi- 90
mior conſanguineus, ſed remotus, qui eſt in linea ſine qualitate, licet ſit proximior in ſanguine ultimi poſſeſſoris, ut ſcripſerunt *Robles, Molin. Geurb. Surd.* apud me *d. cap.* 9. *n* 439 & tenent *Caſtill.* ubi ſupra, & *Honded. Geurb. de feud.* §. 2 *gloſ.* 13. *n.* 34.

Neque etiam obſtat præſumptio 91
dilectionis teſtatoris erga filium jam admiſſi, & poſſeſſoris, de qua *Fuſar. q.* 468. *n.* 3. quia ut inquit *d. dec.* 16. apud *Torr.* 3. *p. pag* 72. *n.* 20. procedit in vocatione tantum primogeniti in ordine præſcripto ſuccedendi ad modum primogenituræ linealis, ubi primogeniti linea, & ab ea ſucceſſive deſcendentes magis præſumuntur dilecti: ſecus autem in maioratu ſaltuario, & facti, ubi ſolum qualitas ætatis, in quocunque ſit ex deſcendentibus, contemplata, & dilecta præſumitur á diſponente, ut in his terminis tradunt *Alex. conſ.* 4. *ſub n.* 6. verſ. nec dicatur *Maſuaſ. conſ.* 22. *n.* 78. *Gratian. cap.* 621. *n.* 9. & 10. *Sabel. reſol.* 40. *n.* 10. *Prato cap.* 38. *n.* 25. & *ſeqq.* & ita dictum fuit apud *Tor. d. cap.* 39. §. 2. *n.* 108. & 109. *pag.* 501.

Ideoque maioratus ſaltuarius am- 92
bulat de maiore in maiorem, & non continuatur in linea, nec tranſit ad filios jam admiſſi, ut in quit *Palma Nepos d. alleg.* 50. *n.* 15. & 16. & *n.* 17. quod filius poſſeſſoris, ſi non habet qualitatem à teſtatore requiſitam,

tam, excluditur á maioratu ſaltuario quia in illo non cenſetur vocatus deſcendens poſſeſſoris, licet ſit filius, & proximior in ſanguine, ſed admittitur maior natu licet remotior ut *n.* 20 ſequitur *Actolin. d. reſol.* 81. *n* 28. 40. 47, 49. & 50. *n.* 34 & *ſeqq. Altograd. d. controv.* 42. *n.* 21 & *ſeqq.* & *ſignanter n.* 32. & 33. & *optime contr.* 75. *n.* 14. & *ſeqq.* & eleganter *n.* 21. & 31. & *ſeqq.* optime idem *Torre de maiorat. Ital.* 2. *p. q.* 1. *n.* 25. & *q.* 35 & 3. *p. dec.* 1. & 4. *n.* 25. & *ſeqq. dec.* 15. 18. 21.

93 Et cum vocatio maioris fuiſſet facta ad fruendum in vita, nullum jus radicatum fuit in perſona patris, ut filius ſuccedere poſſet tanquam proximior *Gratian. cap.* 695. *n.* 6. *Luca de fideicommiſſ. diſcurſ. n.* 6. *verſ. tertio Altograd. contr.* 75. *num.* 52. & 53.

94 Admitti etiam non videtur argumentum à Nobis deductum *n.* 18. ex eo quod teſtator hanc perſonam maiorem natu non ſemper eodem vocabulo appellavit, quia licet ſæpius uteretur hoc vocabulo, *maior natu*, nunquam tamen uſus fuit ſolo vocabulo, *filia maior*, ex quo videbatur dicendum, quod appellatione filii *maioris natu*, nihil aliud intellixiſſe, quam *filium maiorem*, quod ſignificat *primogenitum*, quod expreſſé declaravit in diſpoſitione, utendo tribus vocabulis *primogenito maiori natu*, & ſimpliciter, *filia maiori* quo caſu hæc tria vocabula pro ſynonimis habuit, & ita excludendum eſſe D. Baptiſtam conſtat ex rationibus deductis, & proſequutis a Nobis *n.* 19. & 20. in quibus ſcribentes pro D. Hieronymo fundantur.

95 Sed his rationibus minime obſtantibus, clariſſime in noſtro caſu excluduntur hæc fundamenta non ſolum ex dictis *in dec.* 16. apud *Tor.* 3. *part. n.* 40. & *ſeqq.* ubi late ad hæc verba reſpondetur, ſed etiam quia licet ſecundum aliquos *Primogenitus*, & *maior natu* ſint ſynonima, ut tenet *D. Tor. de maior. Ital. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 40. & *cap.* 41. §. 8. *n.* 8. & 3. *p. dec.* 18. *n.* 90. & *dic.* 22. *n.* 12. *Altograd. contr.* 42. *n.* 20. *Luc. de fideicommiſſ. diſc.* 1. *tom.* 10. & *de ſupplem. diſc.* 202. alter *Luc. de lim. leg. art.* 8. *n.* 9. verſ. admittitur, & *n.* 10.

Et apud Luſitanos, & Hiſpanos 96
confunduntur hæc nomina, & non detur differentia inter maiorem natu, & primogenitum, & filium maiorem, ut cum multis tenet *Tor. de maiorat. Ital. cap.* 39. § 1. *n.* 23. & §. 3. *n.* 2. & *ſeqq pag.* 489. & §. 4. *n.* 3. & 5. *pag.* 514. & §. 6. 7. 9. 12. *p.* 625. & §. 13. *n* 5. *pag.* 626. & §. 2. *c.* 41. *n.* 12. & *ſeqq. pag* 665. & *p.* 3. *dec.* 18. *n.* 6 & *dec.* 19 *n.* 3 & *dec.* 22. *n* 12. & ultra quos refert *Doctiſſ. Aquil. maddit. ad Roxas de incompat. maiorat. p.* 8. *cap.* 1 *n.* 15. & *cap.* 5. *n.* 8. *ex Maluaſ. Menoch. Surd. Peregrin. Mier.* quibus addendi ſunt *Caſtill. tom.* 5. *contr. cap* 143, *n.* 40. *verſ. Ego ſane*, *Add. ad Molin. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 18. & 19. *verſ. quorum ſententiam*, *Cyarlin. for. cap.* 222. *num.* 9. *late Feloaga inchiridion. jur. cap.* 20. *n.* 6. & *ſeqq. Capon. forenſ. diſcept. cap.* 237. *n.* 57. *Palm. Nepos alleg.* 50. *n.* 6. & 7. & *alleg.* 99. *n.* 14. & *alleg.* 100. *verſ. tollitur pag.* 675. & *verſ. quoniam pag.* 676. *Actolin. reſ.* 81. *n.* 7. *Altograd. cont.* 42. *n.* 20. & 38. & *cont.* 75. *n.* 29. *Luc. d. art.* 8. *n.* 9. *verſ. admittitur* & *n.* 10. & *ſeqq.*

Et contrarium teneant multi alii 97
apud *Actolin. reſol.* 81. *n.* 8. 9. 10. 11. & 12. *Altog. cont.* 42. *n.* 29.

Nihil ominus tamen in Italia, ac 98
aliis locis, ubi Luſitano, aut Hiſpanico more non vivitur ſecundum veram, & propriam naturam verborum, & ſignificationem aliud ſignifica-

nificationem aliud significatuor *maior natu*, aliud *Primogenitus* ut firmat *Fuzar. consi.* 39. *n.* 35. & *consi* 40. *Redenasc. consi.* 82. *n.* 2. & *seqq Tor. d. cap* 39. §. 3. *n* 1. *pag.* 489. & *pag.* 490. *n.* 3. & § 6. *n.* 5. *pag.* 522. & §. 10. *n.* 12. *pag.* 606. *ex Bellon. Prat. Galeot. Mansi. Fuzar. Robles*, & *n.* 13. rationem præstat, & *cap.* 41. §. 1. *n.* 7. ubi quod in Italia datur differentia inter vocationem maioris natu, & primogeniti, ut etiam testatur *Altograd. contr.* 42. *num.* 21. & *seqq.* & signanter *n.* 38. & 39 & *cont.* 75. *n.* 30. *Actolin. resol.* 81. *n.* 10. *Palm. Nepos alleg.* 48. *n.* 23. & *alleg.* 50. *n.* 5. 6. & 7. ex quibus convincitur *Luca de fideicomiss. tom.* 10. *discurs.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 16. & *in supplem. disc.* 202. & ex dictis infra.

99 Et secundum magis communem opinionem quando vocatus fuit simpliciter maior, non intelligitur de primogenito, sed de maiori ætate, & seniore, ut multis exornant *Amat. variar. resol.* 1. *n.* 6. *Capic. Galeot. cont.* 48. *n* 20. *lib.* 1. *Gratian. cap.* 695. *num.* 1 *Surd. consi.* 455. *sub n* 1. *vers. id quod Massin. de confisc. q.* 33. *n.* 8. *Anton. d. de tempor. Legal. lib* 1. *cap.* 46. *sub n.* 9. *vers idemque Fuzar. q.* 383. *n.* 1 *Altograd. contr.* 42. *n.* 21.

100 Verbum enim *Primogenitus* secundum communem loquendi usum civiliter, & in sensu legali intelligitur, & accipitur, & quatenus dicit nomen juris *Fusar. q.* 387. *n.* 40. *Amat. resol.* 1. *n.* 2. *Actolin. d. resol.* 81. *n* 7. *Torre d.* §. 3. *n.* 4. *Altog. cont.* 42. *n.* 22.

101 Et verbum *Maior natu* communiter accipitur, & naturaliter, & secundum quod habet nominationem facti *Belon. consi.* 11. *n.* 47. *in fin. Mangil. de imput. q.* 77. *n.* 170. *Vela differt.* 49. *n.* 35.

102 Et maior natu dicitur, qui est ætate senior, *Menoch. consi.* 220. *n.* 119. *Robles de repræsent. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 20 & 21. *Torre d.* §. 3. *n.* 7. *Altograd. cont.* 42. *n.* 21 & eleganter ex ornat *cont.* 75. *n.* 15. & *seqq.*

Et propterea maior ætas successionis tempore attenditur, & non alias, *per textum in L. qui cum maior natu ff. de oper. libertor. Caren. resol.* 5. *n.* 5. *Cancer var. lib.* 3 *cap.* 21. *n.* 300. *Galeot. contr.* 48. *n.* 19. & 20. *Altograd. d. contr.* 75. *n.* 15. *et seqq. Torre* 2. *p. q.* 1. *et* 3. *p. dec.* 5. *n.* 25. *et seqq dec.* 15 16. 18. *et* 21. 103

Et etiam attento omni jure hæ opiniones inter se diversæ, an maior, & primogenitus sint synonima, & differant inter se realiter, aut verbaliter tantum, conciliantur cum doctissima distinctione inventa apud *Altograd d. contr.* 42. *n.* 29. ad favorem D. Baptistæ considerata in terminis propositis, & comprobata *nn. seqq. et n.* 38. 39 *et* 40. distinguit etiam inter maioratus Hispaniæ, & Italiæ, ita ut lenius sit, quod in Hispaniæ maioratibus non datur differentia realis, sed verbalis tantum inter primogenitam, & maioratum; At vero in Italia datur magna differentia, quia ea est maioratuum Italiæ conditio, & natura, ut semper transeant a seniore defuncto in alterum seniorem de tota descendentia honorata, & contemplata, ex *Peregrin. consi.* 34 *n.* 17. *lib.* 4. & ita tenent omnes citati supra *n.* 98. *Altograd. d. contr.* 42. *num.* 40. *et* 41. ubi quod extra casus supra scriptos, qui dixerunt, non dari differentiam, loquuti sunt contra magis veram magisque communem, & receptam sententiam ex authoritatibus diversorum Tribunalium, & decisionibus cumulatis, per quas patet differentia, & non habetur ratio lineæ admissæ, vel non admissæ, nec primogenituræ, quando testator non 104

censetur

cenſetur dilexiſſe magis unam, quam alteram lineam, ſed tantum ætatem maiorem, & tantum illam perſonam, in qua reperiretur hujuſmodi qualitas *Grat. cap.* 695. *n.* 2. *et cap.* 456 *n.* 83. *Sabel. reſolut. cap.* 40. *n.* 2. *Amat reſol.* 1. *num.* 8. & ſic tollitur argumentum ſynonimi, & non habet locum illius conſideratio, nec primogenitura, ſed tantum debet ſuccedere maior natu naturaliter, & non diverſimode civiliter à verbo primogenitus deductum tale verbum nec habet locum, quod appellatione maioris natu in diverſo caſu intelligeretur de primogenito, nec poteſt dari repetitio ad noſtram clauſulam ultimam, & ſeparatam, ut diximus ſupra *n.* 73. *et ſeqq.* & etiam ſuppoſita vocatione primogeniti in iſtis met terminis concludit *Palm. Nepos d. alleg.* 49. *n.* 4. *et* 5. *et ſeqq. et per tot. in citat. et alleg.* 50. atque ita non poteſt concurrere, nec ſuccedere in concurſu maioris natu, ut jam diximus *n.* 91. 92. *et* 93. & doctiſſime reſpondetur in leganti allegatione citata D. *Manz. pag.* 6. *verſ. et hinc* ubi oſtendit erudite, non ſubſiſtere ſimile argumentum deductum ex æquali ſignificatione, *primogenituræ*, *maioratus*, *primogeniti*, *et maioris*, quia ex dictis à *Redenaſc. conſ.* 82. apparet notabile deſcrimen; ea potiſſimum ratione, quia primogenitus eſt nomen juris, & relationem habet ad jus civile; maior verò natu, eſt nomen facti, & naturaliter ſumitur, & ſimplici contingentia facta inſpecta, cum intelligi poſſit de eo, qui reſpectu ætatis maior eſt; unde licet, ut acidit, quandoque nepos veniat ſub vocatione primogeniti nunquam tamen venit ſub vocatione maioris natu, & quod propterea, ex vocatione maioris natu, cenſeri habet habitam rationem, non ad præeminentiam, quæ in primogenito conſideratur, ſed ad ætatem, ideoque non haberi reſpectum, an ex ſecundo, vel tertio genito deſcendat, ſed inſpici ſolum maioritatem ætatis & hanc eſſe communem opinionem & in conſulendo, & judicando ſequendam probat ex *Mitunenſ. Surd. Bellon. Fuſar. Amat*, & refert judicatum in fine *conſ.* & juxta *Bellon.* doctrinam *conſ.* 11. *n* 48 hoc anxioma nempe, *Primogenitum*, & *maiorem natu* eſſe ſynonima, ſi primogeniti nomen naturaliter, ac vere accipiatur in ea ſignificatione, quæ factum reſpicit: cæterum ſi civiliter accipiatur, & fictè, ex hac civili fictione, non modo dicitur primogenitus, qui vere ante alios genitus eſt; ſed is etiam, qui licet ſecundo genitus, reſpectu tamen poſt ſenatorum, mortuo primogenito tempore ſucceſſionis primogenitus dicitur veluti repræſentative, uti nepos ex primogenitis, qui licet non ſit genitus primo, quam patruus ſuus tamen quia repræſentat patrem, qui prior: fratre genitus erat, etiam ipſe licet fictè, tamen primogenitus appellatur, & eo caſu multum inter ſe differre hæc duo nomina ait *Bellon. d. n.* 48. Nam maior natu, non dicitur niſi, qui vere, & naturaliter aliis ætate maior eſt, nec alterius perſonæ habetur ratio, ut concludit *d. alleg. pag.* 9. & 10. *verſ. nec* oſtendens nihil ob eſſe, dictam allegationem nec conſiderationem, deductam ex vocatione primogeniti in una diſpoſitione, & in altera maioris natu in palatio, quia ad omnia ſatisfit doctiſſime, *in verſ. nec*, *junctо verſ. nihil ominus*, & ita non poteſt admitti conſideratio adverſariorum nec conſequentia quod primogenitus, & natu maior ſignificant idem, & ſic quod ſemper quod vocatus eſt maior natu inducta eſt primoge-

mogenitum linealis, & ſucceſſiva in linea primogeniti, ſicut è contra vocato aliquando etiam primogenito, non defertur ſucceſſio filio juniori primogeniti, ſed ætate ſeniori, ſi ex aliis ſic oſtendatur voluntas teſtatoris; ſed cum; ut in contrarium dicitur, ſint hæc duo verba ſynonima, & ejusdem ut ajunt ſignificationis, & naturæ, non percipitur qua ratione ex unius, vel alterius nominis expreſſione, conſtituta magis dici debet primogenitura linealis quam maioratus facti, cum utraque nomina, utriuſque diſpoſitionis naturæ, & eodem modo convenire poſſunt, ut antea eruditiſſime ſcriptum relinquit idem *Doctiſſ. Manz. d. alleg. pag. 7. verſ. ſed & verſ. nec exiſtimo*, & quod non exiſtimat aliquam ex ſe ſufficientem probationem, aut conjecturam ſuggere poſſe ſolam unius, vel alterius nominis expreſſionem, ſed potius inſpiciendum eſſe, quà occaſione, & in qualibet parte diſpoſitionis à teſtatore fuerit adjecta, quia duplici modo potuit á teſtatore, verbum illud *natu maior* intelligi ut inquit *Alciat inter conſ. Grat. 8. lib. 1. n. 1. & cum eo Men. conſ. 981. ſub n. 3. verſ. præmito*, nam potuit primo habuiſſe in mente teſtatot eum maiorem natu reſpective, ad deſcendentes ſuos, & ex ſua linea provenientes, ex quacunque linea ſint, aut primogenitos vel ſecundo genitos, vel alterius ſui filii, dummodo ſit maior natu omnium ex tota linea teſtatoris deſcendens, & tunc uti ſubjungunt, ad ſucceſſionem admittere voluiſſe maiorem ætate juxta *conſ. Alex. 4. Anchar. 82. Dec. 443.* * *ſi certum eſt*, ſecundo etiam potuit intelligere teſtator de maiori natu ex deſcendentibus intra lineam tantum ultimi morientis, & primum * admiſſi, ita ut explicat *Grat. n. 8.* maior in ſingula linea deſcendentium ſuorum admittatur, cum hoc tamen, quod durante linea primi admiſſi, aut primogeniti non frat tranſitus, ad aliam ſineam ſecundo geniti; & tunc ſuccederet, ut inquit, filius primogeniti, licet natu minor excluſo patruo alterius liniæ, quia videtur tunc intellexiſſe teſtator de maiori natu illius liniæ deſcendentis primi admiſſi: Unde perſpicuum eſt, quod eadem vocatio maioris natu, ex ſua natura vocare poteſt tam ætate maiorem, cujuslibet lineæ ſit ex vocatis quam maiorem natu tantum primæ lineæ admiſſæ; ex quo patet non id eſſe ſemper ſimpliciter verum, quod ſi teſtator ordinaverit fideicommiſſum perpetuum, ita ut perpetuo vadat de maiori in maiorem, idem ſit ac ſi jus primogenituræ conſtituerit, nam poteſt etiam hujuſmodi maioratus hic verbis inſtitui, ut in eo non jus primogenituræ ſucceſſivum, ſed ætatis prærogativa tantum inter omnes deſcendentes ex eo, vel de familia attendatur, & ſic in eo ſuccedat, qui natu maior reperitur tempore, quo maioratus ſucceſſio defertur, ut huic objectioni reſpondet, *Cancer. lib. 3. var. cap. 21. n.* 301. & 302. & eſt videndus *n.* 303. & 304.

Ex quibus etiam convincitur ar- 105
gumentum à Nobis deductum *n.* 21. & etiam ex eleganter notatis in ſpecie *à d. Rot. Januenſi apud Torre 3. p. dec. 16. n. 33. & ſeqq.* & ſic etiam tollitur dictum argumentum ex ſcriptis *à n.* 81. 82. & 83. prout etiam ceſſat aliud oppoſitum *à Nobis n.* 22. quia illius oppoſitio non poteſt ſuffragari d. D. Hieronymo, quia non agimus de maioratu lineali, ſed de uſufructu relicto, aut maioratu ſaltuario, in quo non tranſit ſucceſſio

de

de primogenito in primogenitum, ſed de poſſeſſore ultimo ad maiorem natu fit ſaltus, & in illius ſucceſſione excluditur filius ultimi poſſeſſoris junior, & admittitur patruus ſenior, qui dicitur vocatus uti maior ex tota deſcendentia teſtatoris contemplata, vocata, & dilecta, declarando, ſuam voluntatem eſſe, quod ſemper natu maior ſuccederet; & ſi ratio lineæ, au primogenituræ habenda eſſet, maioratus tranſiret â patre ultimo poſſeſſore in filium, & abeo in nepotem, & ſic deinceps; & conſequenter excluſo patruo, & aliis ſenioribus de deſcendentia teſtatoris contemplata, & conſiderata, maioratus ſemper reſideret penes juniorem cum maximo abſurdo, & contra verba, & intentionem teſtatoris, ut ex aliis concludit *Altogrd. d. contr.* 42. *n.* 42. & 43. & 44. ubi eleganter in hac ſpecie ita reſolvit, & defendunt omnes DD. citati *ſup. n.* 11. & *ſeqq.* Atque ita non poteſt admitti aſſertio, docens idem eſſe maiorem natu ex maiori natu, ac primogenitum ex primogenito, quia inter hæc vocal ula magna datur differentia, ut dictum eſt; ex quibus etiam tollitur argumentum deductum, *n.* 23. & differentia ibi propoſita inter tractatus *Mier.* & *Molin.* quorum unus ſcripſit de maioratibus; Alter ſcripſit de primogeniis, quia ad iſtam conſiderationem reſpondet ad propoſitum, & in ſpecie idem *Altogr. contr.* 42. *n.* 35. & *ſeqq.* & ſignanter *n.* 38. 39. 40. 41. 42. & 43. ex quo patet etiam relolutio addictorum *nn.* materiam: eodemque modo ex dictis tollitur argumentum deductam *n.* 24. & *ex Palm alleg.* 49. *n.* 4. & *ſeqq.* & *alleg.* 50. *et ex d. dec.* 16 *n.* 20. *et ſeqq. et per tot.* ubi huic conſiderationi reſpondetur d. argumenta ibi propoſita non habere locum in hoc maioratu ſaltuario, in quo ſicut in omnibus prima cauſa ſucceſſionis eſt voluntas teſtatoris, ad cujus compectum ceſſant omnes regulæ linearum, & primogenituræ (ut diximus *num.* 61. *et ſeqq. et n.* 81. *et ſeqq. et n* 89. *et ſeqq.*) *et n. ſeqq.* proſequitur tollendo argumenta *d. n.*

Aſſertio autem circa vocabolum primogeniti, aut maioris nati, ex linea poſſeſſoris, incovenientia conſiderata in dictis numeris, abſurda propoſita in objectionibus, & exempla, ſeu argumenta deducta ex Regni ſucceſſione ſunt à linea à materia, & res aliæ diverſæ, quo caſu, non procedit circa Regni ſucceſſionem æquiperatio reſpectu hujus ſucceſſionis, *Paz de tenut. cap.* 85. *n.* 34. *et ſeqq.* & ſucceſſio in Regnis defertur jure particulari regni diverſo ab aliis ſucceſſionibus, ut eſt *text. in cap. grandi* 2. ibi: *Jure Regni de Supplend. neglig prælat. in* 6. *Ponte conſ.* 139. *vol.* 4. *n.* 2. *diverſ. ult. volunt.* & quando per illud Regni jus reguletur ſucceſſio, in Italia, & ſecundum Italos ſucceſſio maioratus, & bonorum in diviſibilium, eſt jus prioris ætatis honorificum, & utile competens ei, qui primus fuit in ordine naſcendi, *ut ex Molin. Palez Honded.* tradit ultra citatos *ſupr. n.* 98 & noviter adductus, *Balthaſar Thom. tract. var. tract.* 9. *de maiorat. tit.* 1. *n.* 1. ibi: *Maioratus eſt jus ſuccedendi in bonis â lege relictis, ut in familia integrè ea lege perpetuo remaneant juxta leges Hiſpanarum, ſecundum Italos autem, jus prioris ætatis honorificum*, & ita adhoc erudictiſſimo viro, qui ſcripſit per tractatum recognoſcitur vera differentia inter maioratus Hiſpaniæ, & Italiæ, *ex Molin.* ibi allegato, & ejus doctrina ſufficiens erat ad argumenta propoſita *in dictis num.* tollenda, & removenda, in favorem D. Baptiſtæ maioris natu, & ex voluntate

106

luntate teſtatoris ad ſucceſſionem invitatis, & vocatis, uti maior, ut etiam proſequitur idem *Thom. tit.* 2. ubi explicando quis dicatur maior natu; ſic ſcriptum reliquit.

107 *Maior natu ex eo dicitur, quia prius natus, et maiorem ætatem habet, etiam ſi maior tantum fuerit vocatus L. ſi pater in fine ff de adopt. L. eum qui in princ. ff. de interd. et releg. Alex. conſ.* 4. *n.* 2. *lib* 4. *Dec. conſ.* 443. *n.* 13. *Surd conſ.* 455. *n.* 1. *et conſ.* 468. *Lecerier. de prim. p.* 1. *q.* 2. *loquentes, quando in aliqua diſpoſitione maior vocatus fuit, et Honded. conſ.* 70. *n.* 12 *lib.* 2. *et quando maior vocatus fuit de domo, vel familia ſimpliciter, Tiraq. de primog. q.* 1. *n.* 10 *et ſeq* laté *Mantic. de conject. ult. vol lib.* 8. *tit.* 10. *n.* 1. *de communi Simon de Præt. de ult. vol pag.* 329. *n.* 74 *pag.* 334. *num.* 18. *Menoch. conſ.* 211. *num.* 26. & 220. *n.* 18. *et lib.* 4 *præſ.* 92. *n.* 1. *Pereg. conſ* 47. *n.* 16. *lib.* 2. *Raud. de analog. lib.* 1 *cap.* 15. *n.* 217. *et ſeqq.* late *Fuſar de ſubſtit. q* 383 *n.* 1 *Integriol. de feud. cent.* 2. *art.* 35. *n.* 9. *et n.* 2. *ſic inquit: Filius ſi maior natu vocatus ſit, quia de maiore ætate, et ſeniore intelligetur L qui cum maior natu de per libet, Lecerier. de primog. q.* 2. *n.* 4. *Socin. conſ.* 265. *n.* 4. *lib.* 2. *Pariſ. conſ* 19. *n.* 124. & *ſeqq. lib.* 2. *Tiraq. de primog. q.* 1. *in fin. Honded. conſ.* 70. *n.* 15. *lib.* 2. *Fuſar ſup. n.* 4 *Gracian. cap.* 695. & *n.* 3. *ſic concludit: Primo ampliat; ut maiore, vel maiore natu vocato, naturaliter de ſeniore, & ætate maiore intelligi debeat, non civiliter de eo, qui ſit maior dignitate, genere, aliisve qualitatibus, Tiraquel. ſup. n.* 10. & *ſeq. Motin. de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. *Integril de feud. cent.* 2. *art.* 35. *n.* 9. & 10. *Gratian. diſcept.* 456. *n.* 8.

108 Hactenus *Doctiſſim. Balthaſar Thomaſius in d. tract.* & hanc reſolutionem agnovit, & negare non potuit *Carol. Anton. de Luca in tract. de lin. legal. art.* 8. *n.* 6. & *ſeqq* ubi *d. num.* 6. propoſuit quæſtionem circa verba, *ſuccedat filius maior*; & *n.* 7. inquit, quod vocato filio maiori, conſideratur prærogativa ætatis tempore de latæ ſucceſſionis, & non linea primogenituræ, *ex Alexand. Honded. Surd. Marth. Robles, Theſaur. Gratian.* & *Fuſar.* quos refert, & *n.* 8. quod vocatio maioris natu intelligenda eſt de maiori natu, qui eſt talis per naturam cum ſola prærogativa ætatis, non de eo, qui eſt talis, licet junior, ex fictione legis ob prærogativam lineæ primogenitæ, & quod teſtator vocando maiorem natu relinquere videtur diſpoſitionem claram, & intelligi ſolum poſſit de eo, qui reſpectu ætatis maior ſit, & credendum eſſe diſponentem conſideraſſe hanc natu maioritatem, prout dicunt *Menoch. Barboſ. Fuſar.* ab eo citati; & *n.* 9. refert diſcrimen inter maioratum Italiæ, & maioratum Hiſpaniæ; ut in illis Italiæ, in quibus vocatur maior natu, attenta prærogativa ætatis per naturam, excludat nepotem, poſt ergata prærogativa lineæ, id eoque hos maioratus ob vocationem maioris natu eſſe ſaltuarios de ſeniore in ſeniorem, *ex Alexand. Alciat Menoch. Mangil Gratian. Fuſar. Redenaſc. Prat. Amat. Theſaur. Galeot. Cyarlin. Manſ.* & licet *n.* 22. conetur detendere differentiam inter utroſque maioratus, *ex Luca* altero *de fideicom. diſc.* 1. *n.* 17. & 18. & *n.* 26. diſtinguat alios caſus, & *n.* 28. *verſ. At ſalva*, reprobet ipſummet *Lucam*, & agat de caſu diverſo, & *uſque ad n.* 38. tractet caſum, in quo vocatus fuit conjunctim primogenitus, & maior natu, & pro linea reſolvat; & etiam in alio *tract.* typis man-

mandato 2. *p.* compoſito ad favorem D. Hieronymi, qui ad manus meas non pervenit.

109 Nihilominus tamen primam reſolutionem eſſe veram, & contra lineam obſervandam fore ad favorem maiori natu, jam ſcriptum relinquimus *in tract. de maiorat. erect. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 57. *pag.* 18. & ejus opinionem non eſſe ſequendam, nec aliorum ſcribentium pro D. Hieronymo, patet evidenter, non ſolum ex eo, quod ſcripſerunt ad D Hieronymi petitionem, & cum affectione, ſed etiam quia convincitur illorum opinio, non ſolum ex jam dictis, ſed etiam ab illis, quæ doctiſſime tradit *d. D. Manſ. in dd. conſult. & allegat.* ubi mirabili eruditione oſtendit, tam in facto, quam in jure illam magnam differentiam inter verbum, *natu maior*, & *primogenitus*, in terminis propoſitis; & ad ſimilia argumenta, ſicut nos propoſuimus, ſatisfacit, & doctiſſime ad favorem D. Baptiſtæ concludit, eleganter exornat, & erudité ejus juſtitiam pertractat; & cum non tollat rationes conſideratas in noſtris argumentis ab abſurdis, & inconvenientibus ortas, revertamus ad illas, ad hoc, ut juſtitia D. Baptiſtæ magis clareſcat.

110 Primum inconveniens, quod conſideratur, & conſiderari poteſt, eſt, quia turbarentur ſæpiſſime ſucceſſiones, facerentque eæ tranſitum á liberis ultimi poſſeſſoris morientis ad tranſverſales remotos, qui in ſperato fideicommiſſi maioratus, & ſucceſſionis commodo fruerentur; cum militet contra hoc diſpoſitio *L. unicæ verſ. ſiquidem, cod. de his, qui ante apert. tabul.*

111 Secundum inconveniens reſultaret, quia negligeret quiſpiam poſſeſſor res maioratus, aut fideicommiſſi, malèque erga eas ſe verſaretur, dum videret ad liberos ſuos tranſire non poſſe, ut ponderant *DD. in L.* 2. *& in L. ſcire cod. ut in poſſeſſ. legat.*

Tertium inconveniens eſt, quia 112
ſuppoſita perpetuitate fideicommiſſi, aut maioratus, manerent dominia rerum ſub incerto, eo quod ſi attendi deberet proximitas teſtatoris circa maiorem natu, non vero circa proximitatem gravati, & ultimi poſſeſſoris, eveniente poſtea die ad multa defluxa tempora, quibus mortuus eſt teſtator, non poſſet inveniri, quis ſit proximior, & præcederent ex diverſa linea ſucceſſores abſque diſtinctione illius prærogativæ, ætatis, & gradus, redderenturque lites inextricabiles, & locum haberent contra maioratus regulas; prout circa talia inconvenientia inſtitit *Fuſar. de ſubſtit. q.* 484. *n.* 15. *verſ. & abhac ſententia*, ſequitur, & extollit *Fontan. dec.* 33. Uterque *Luca unus de fideicom. diſc.* 1. *n.* 15. alter *d. art.* 8 *n.* 10. *& ſeqq.* qui primum refert, *Palm. alleg.* 100. *n.* 6. *D. Torre* 1. *p. pag.* 565. *n.* 45.

Sed his inconvenientibus, & ab- 113
ſurdis negletis vera eſt noſtra reſolutio, quia reſpondeo ad primum de deturbata ſucceſſione eo prætextu, quod fieret tranſitus à liberis ultimi poſſeſſoris, ad remotos tranſverſales; quod id forſitan verum erit abſurdum, quando ageretur de bonis ipſius ultimi poſſeſſoris, & morientis propriis; & vero abſurdum non erit, quando ageretur non de ejus propriis, ſed illius qui talem legem in inſtitutione, & teſtamento præſcripſit ex ſua morte in res ſuas, *ex L. in re mandata cod. mandat.* & diximus *foren. cap.* 4. *n.* 1. quæ namque injuria dicitur fieri liberis ultimi poſſeſſoris morientis, ſi ab illis auferatur, quod eſt alienum, & quod tali lege defunctus, à quo ipſe cauſam habet, relinquit: fieret é contra iis magis

injuria, ad quos de jure, attenta dilpoſitione inſtituentis, referendum foret, ſi ab iis auferetur, & aliis deferatur, quibus nec jure id complexit, nec ad eos extenditur diſpoſitio juxta ea, quæ notavimus *forenſ. cap. 4. n. 122. & ſeqq.*

114 Nec ſecundum currit inconveniens; quia ab eo aliud inconvenientiſſimum oriretur: nam ſi præferenda foret conſervatio bonorum vocationi, detraheretur perſona propter res, & rei contemplatio anteferetur perſonæ, eſſentque res perſonis privilegiatiores, tempore, quo non res, ſed perſona extitit contemplata, cum tamen res cedant perſonæ, tanquam eis digniori, *ad textum in §. aliam vero de inſtit. jure natural. gent. & civil.*

115 Ultimo inconvenienti ſcilicet dominii ſub incerto manentis, reſpondemus pariter, quod debet, ſperni, & non attendi; non eſt curandum de incertitudine, & inconvenientibus circa dominium, quando perſona eſt certa; quæ contemplatur invocatione, in qua invenitur vocatus natu maior: cum ergo habeamus ſpecificam diſpoſitionem, ad quid recurrendum eſt ad inconvenientia, nec ad lites? quando omnia in diſpoſitione teſtatoris fuerunt ad favorem natu maioris ad amuſſim ponderata, & reſoluta, prout ſupra ponderavimus, & profitetur, his non conſideratis, *Doctiſſ. Tor.* quando ſcripſit pro veritate *in tract. de primogenit. & maior. Italiæ tom. 2. q. 1. pag. 7. n. 34.* ubi addicta inconvenientia vitanda ſic alloquitur *d. n. verſ. neque* ibi: *Neque pariter alicujus eſt ponderis, quod maioratus ſaltuarii exorbitent à jure communi, & ſit inconveniens, quod ſucceſſio non deferatur de patre in filium, quia abſurda non ſunt curanda, ſed ſolum attendendum quid ſenſerit teſtator, cui liberum eſt de rebus ſuis ad libitum diſponere*; & in terminis noſtris obſervat *Pereg. conſ. 64. n. 16. lib. 2. Altograd. jun. d. contr. 75. n. 38.* firmatur bene *in d. dec. 406. n. 10. p. 14.* cum multis ad propoſitum adductis per *Eminentiſſ. de Luca d. lib. 10. de fideicom. diſc. 5. n. 5.* Quid amplius deſiderandum, quando reſponſionem ab adverſariis noſtris habemus.

116 Neque obſtant quæ diximus ex adverſariis contra votum exaratum a DD. Auditoribus Rotæ ad favorem maioris in ætate, conditum a Seraphino Olivario, & Hieronymo Pamphilio, prout videre eſt *à num. 25.* uſque ad *num. 31.* quia ultra quamquod laudatur, & liberatur ab oppoſitionibus contrariis á doctiſſimis ſcribentibus pro D. Baptiſta, ut videre eſt per relatos à *Doctiſſ. Torr. de maiorat. Italiæ 1. p. cap. 41. §. 5. n. 2. pag. 700. & 3. p. deciſ. 16. n. 5. & 6.* eruditiſſime defenditur á doctiſſimo D. D. omni ævo memorando *Anſaldo de Anſaldis* in Curia Romana inſigni Advocato, ſcribendo pro D. Baptiſta in voto nondum typis mandato, ubi ita talli allegatione ſatisfit.

117 *Boſis autem angularis, ſuper qua conſtruerem fundamentum judicandi, ſtaret in voto anno 1597. per eximios, ac non minus antiquitate, quam doctrina Venerabiles Rom. Rotæ Auditores Seraphinum Olivarium, & Hieronymum Pamphilium edito ad poſtulationem DD. protectorum, qui ipſum ſucceſſive, & uſque ad præſens, ut parerat, excutioni demandarunt; unde niſi de evidentì palpabilique injuſtitia, aut in applicabilitatis nota legitima arguatur, crederem, quod omnis ratio naturalis, & civilis, & politica expoſcat, quod tandem aliquando partes acquieſcant judicato,*

to, ne lites inter concives in grave Reipublicæ præjudicium protrahantur in infinitum, aliàs nanque niſi huic fundamento innitamur quomodocunque hodie negotium hoc terminetur, ſemper occurrentibus novis vocationibus hujus particularis fideicommiſſi præbebitur anſa ſuſcitandi diſputationem ex integro cum non ſit aſſignabilis ratio, quare licitum ſit de præſenti D. Hieronymo reaſumere trutinationem etiam poſtquam ad conformitatem præcitati voti D. Baptiſta duas obtinuerat ſententias, non debeat autem licere poſteris revangare (ut ita dicam) hodiernum judicatum, quoties diſcordet ab antiquo, & quoties peculiares circunſtantiarum opportunitates, vel ſperati favores ita exigere videantur, unde ad tollendum hujuſmodi abuſum, repugnantem textui in cap. finem litibus de aolo, & contumatia cum ſuis concordantibus, placuit mihi ceſſante clarà injuſtitia, vel in applicabilitate antiquitatem venerari quæque à maioribus noſtris deciſa fuere pro legibus recipere, minime enim mutanda ſunt quæ certam jam habuerunt interprætationem, ut dicebat Moles deciſ. Neapolit. tit. de jure Dohan. §. 6. q. 14. n. 10. & poſt Menoch. conſ. 725. n. 7. & 8. Capic. Latr. conſ. 66. n. 1. & conſ. 68. n. 14.

118 *De injuſtitia vero redargui nullo modo poſſe videtur prædictum votum, hactenus regiſtratum penes Manſ. conſult. 201. n. 39. & ſeqq. &* apud *Doctiſſ. Torre de primogen. p. 3. deciſ. 19. ſi quidem ad ſummum propter acumen defenſorum D. Hieronymi dici valet, quod illud votum redditum fuerit ambiguum; ſed ab injuſtitia, quæ dici poſſit clara vindicatur per ſcribentes pro D. Baptiſta, nec non ageminis ſententiis, quæ ex iſto almæ Rotæ auditorio prodierunt ad favorem ejuſdem D. Baptiſtæ, ſi enim ad efficiendam ambiguam alicujus articuli reſolutionem ſufficit, eum extitiſſe diſcuſſum, & non deciſum in aliquo magno tribunali, ut me ſcribente reſponait Rota in Romana Penſionis 6. Martii 1684. §. fin. coram R. P. D. Florel. quid dicendum, ubi propter ipſam collutationem, & turbiditatem orientem à conflictu, & varietate tot ſcribentium, duæ concurrunt ſententiæ canonizantes id ipſum, quod fuit in prædicto voto definitum licet enim ab eis nuper prævia revocatione receſſum fuerit; attamen negari non poteſt, quod illæ ſint duæ, & hæc ſit una, & cujus motiva, ſeu fundamenta non fuerunt adhuc oculis ſubjecta fidelibus.* 119

Hactenus d. Doctiſſimus D. cui addo circa dictum votum, & in illius ſententiæ obſervanſiam, quæ eleganter in ſimili caſu conflictus opinionum ad excludendam ſimilem oppoſitionem contra reſolutum interminis terminantibus reſolvit *Cælio Bichio deciſ. Rot. Roman.* 390. *n.* 12. ibi : *Deeſt pariter (ad effectum dequo agitur) probatio erroris circa ſecundum ſuppoſitum aperitionis primogenituræ ad favorem Camilli, pendet nanque ex ardua quæſtione, an primogenitura relicta primogenito, & maiori natu alicujus lineæ, filius primogenitus præ defuncti ætate minor excludat patruum ætate maiorem ex ſecundo vel ulteriori genito teſtatoris deſcendentem, in quo articulo elaborarunt ſcribentium ingenia in acies diviſa, & utramque ſententiam innumeris fere conſtare ſectatoribus apparet ex allegatis per Menoch. Fuſar. Gratian. Amat. Leo. quod ſufficit, ut qui unam vel alteram opinionem amplexus fuit non dicatur deceptus ad effectum, ne*

ex

ex capite erroris retardetur. Et n. 13. ibi : *quia ad hunc effectum oportet, errorem esse omnino clarum & indubium, Seraphin. Urgel. Rot. Peruzio qualis non est qui pendet à quæstione juris intricati, & valde controversi*, & ad hoc multos allegat, & ita concludit, & erit concludendum; quia dicti voti virtute lata, fuit sententia, quæ in rem judicatam transivit, à qua recedere non licet ut eleganter exornat *Valens. cons.* 68. *per tot.* & si de injustitia opponatur; non enim quæritur, an justa, vel injusta fuisset sententia prolata, sed an resolutum sit *ex textu in L. qualem §. si prætor ff. jul. L. servo* 64. *§. cum prætor L. debitor* 59 *§. fin. ff. ad Trebel. L.* 1. *§. parimodo* ibi : *Parimodo si judicatum fuerit, non esse in potestate: & si per injuriam judicatum sit, agenti, hoc interdicto, objicienda erit exceptio rei judicatæ, ne de hoc quæratur, an sit inpotestate, sed an sit judicatum ff. de rejud. L.* 1. *ff. de liber. agnosc* ibi : *sive contra pronunciaverit, non fore quanvis suum suum, fuerit, placet enim ejus rei judicem jus facere: Bald. in L. ingenuum ff. stat. homin. in* 1. *lectur. n.* 6. ibi : *Est sententia fundamenti, unde ut finis imponatur, non vult lex idem sæpe resolvi, & sic nihil amplius quærendum est, quam utrum judicatum sit.*

120 Revertamus nunc advotum propositum, à quo digressi fuimus; & quo ad inapplicabilitatem, seu differentiam casus, in quo prodiit votum Seraphini, & Pamphilii, quidquid sit, utrum subsistant rationes ejusdem diversitatis excogitatæ per *Cardin. de Luc. de fideicom. disc.* 1. *n* 7. *& disc.* 3. *n.* 3. *& disc.* 4. *n.* 4. *& disc.* 6. *n.* 9. *& disc.* 202. *n.* 18. *in suplem. seu summar. Gatt. cons.* 8. *n.* 33. nempe quod prærogativa ætatis prævaleat lineali, quoties versetur quæstio super jure ex quirente industriam personæ vel actum prudentialem, magis adaptabilem, & congruum maiori natu effectivé; ideoque cum super hoc individuo puncto scilicet juris distribuendi subventiones, & eleæmosinas à testatore legatas emanaverit hujusmodi votum; nequeat idcirco fieri sub extensio ad casum puræ successionis, cujus respectu admittendo saltuariationem, plura sequerentur inconvenientia quæ notat idem *Card. de Luc:* in locis mox enunciatis: nam prætermissâ impugnatione hujus distinctionis acriori stylo facta per *D. Mans cons.* 202. *n.* 32. *& seq* utique possumus admittere, quod facilius intret prærogativa ætatis supra alteram lineæ, quoties agatur de jure administratorio, sed non tenet consequentia, ergo votum Seraphini, & Pamphilii, utpote percutiens hunc casum, non est allegabile ad decisionem hodiernæ inspectionis, siquidem *n.* 1. 2. 3. & 4. firmat absolute, quod ubi fuerit vocatus maior, vel natu maior interpetrari debeamus dispositionem de eo, qui alios præcedit ætate; & sic licet facilius id procedere firmaverit, quando tractatur de dispensatione reddituum, & actu prudentiali, attamen nec imaginabiliter in hujusmodi voto dignoscitur habita restrictio ad hunc casum, imò ex *Alex. Socin. Deiro. Curtio.* Cæterisque in eodem voto allegatis sub illa expressione, quod omnes loquuntur in materia successionis satis liquet votum prædictum etiam in eadem materia successionis non dubitasse canonisare hanc opinionem habenti prærogativam ætatis favorabilem, maxime, quia ex infra deducendis hæc est verior, & receptior sententia; & cum ipso *D. Mans.*

Manſ. in conſult. 201. *n.* 41. & 42. & *Prat. diſcept. forenſ. cap.* 38. *n.* 19. *verſ. & maior natu lib.* 1. nominatim laudato hoc voto Seraphini, & Pamphilii fatetur idem *D. Palm. in altera allegat.* 50. *n.* 12.

121 At ſi hæc procederent in abſtracto, quid dicendum in concreto; non enim præmanibus habemus diverſam, & ſeparatam diſpoſitionem ejuſdem, vel diverſi teſtatoris, ita ut verbum *maior natu* in illa diſpoſitione, in qua tractetur de jure adminiſtratorio poſſit intelligi devero maiori natu, in altera vero in qua agatur de ſucceſſione compatibiliter, valeat interprætari pro primogenito; ſed verſamur in una, eademque diſpoſitione, ubi teſtator (ſi qua ad eſſet ratio differentiæ) illam penitus ſubſtuliſſe videtur; poſito enim hujuſmodi principio, quod votum Seraphini, & Pamphilii á ſucceſſiva etiam, & pacificata exequutione canoniſatum urgeat, & ſit recipiendum in ſuis terminis; profecto dum teſtator in omnibus ſucceſſivis diſpoſitionibus non amplius loquentibus de jure adminiſtratorio, ſeu diſtributorio, ſed de altero ſucceſſorio adjecit illa verba: *Et hoc ſervetur ordine, & modis prædictis*, ut in teſtamento §. *ulterius*, & rurſus in noſtro præciſo caſu *ſub* §. *item vult*, ibi: *Et ordine ac modis prædictis perpetuo ſervetur*: Quis non videt, quod ut præmiſimus, nullam idem teſtator facere intellexit differentiam inter unum, & alterum caſum; ideoque ex nullo facto palpamus idealem eſſe diſtinctionem, (ſaltem ex mente teſtatoris) ad effectum, de quo agitur; cum, ut pariter fatetur *D. Palma* in contraria *allèg.* 99. *ſub n.* 49 illa clauſula (ſunt verba præcila) *& ordine, & modis præaictis hoc perpetuo ſervetur*: ordinem in una ſubſtitutione datum facit cenſeri in altera repetitnm, ut per *Altograd. ſenior conſ.* 60. *n.* 109. *lib* 1. *Rot. dec.* 98. *n.* 20. & 21. *p.* 17. & de facto ipſemet *Cardin. de Luc. d. diſc.* 202. *n.* 17. diſſimulare nequit hujuſmodi conſequentiam, dum laudat impugnationem prædicti voti, quam aſſumpterant ſcribentes pro D. Hieronymo in ſumma: omnis ſubtilitas adverſa eſt penitus rejicienda cum non ſolum ex antiquis ſed & ex noviter, & ex noviter diſputatis apparuerit, bene fundatam eſſe interprætationem, & votum tam inſignium *Rom. Rot.* Auditorum, vel ſaltem adeo rem verſari in ambiguo, ut non ſit temere recedendum à re judicata ſuper ea inter prætatione, quam ſemel habuit teſtamentum inter eaſdem partes, ut docet idem *Cardin. de Luc. de fideicom. diſc.* 25. *n.* 6. & *diſc.* 43. *n.* 14. & penes *D. Torre de primogen.* 1. *p. cap.* 37. *n.* 258.

Accedunt huic ſolidiſſimo penes 122
me fundamento duæ aliæ ad modum perſtringentes rationes; altera nimirum quod nos non verſamur in univerſo teſtatoris patrimonio de ſeniorem regulando, in quibus fortaſſe terminis locum ſibi vindicarent ea, quæ ſuper præmiſſa diſtinctione inter jus adminiſtratorium, & ſucceſſorium inſinuantur per *Cardin. de Luc. de fideicom. diſc.* 1. & repetuntur *in ſupplemento d. diſc.* 202. *ſub n.* 13. nimirum, quod durum, & alperum exiſtat, bona ſemel in una linea ingreſſa ab illa deflecti, filiumque orbari hæreditate, ac bonis ab ejus genitore poſſeſſis, itaut filius de linea primogeniali divite pauper efficiatur, ſed ſumus in legato uſus ſolius Palatii, qui propterea non cauſat hujuſmodi aſperitatem, itaut reflexio, quam adhuc deducit *Cardin. de Luc. d. diſc.* 202 *ſub num.* 14. nempe quod uſus habitationis conſpicui

picui Palatii ſupponat ſtatum divitem, & conſpicuum, plerumque conſervatum, ſeu vigentem in eo, qui facit figuram primogeniti, & capitis domus; non ſolum tollatur à quotidianis exemplis in oppoſitum, ubi præcipue bona ab initio ſunt æqualiter relicta per aſcendentem, itaut vel partus fortunæ, vel induſtriæ reputari mereatur, ſi potius primogenitus, vel reliqui fratres maiorem figuram conſtituant; (quandoque enim ſupplente natura defectum prioris nativitatis plus tribuit ingenii, & induſtriæ fratribus minoribus, vulgo Cadetti, unde ob ejuſdem ingenii, vel induſtriæ alacritatem forte domus Magnatitiæ, & qualificatæ proveniunt magis á Cadettis, ſeu ſecundo, quam à primogenitis) ſed etiam quia animadverſio hæc longe conflictetur ab aliis potentioribus, quoniam in illis regionibus, à quibus datum eſt à Deo priſtinam conſervare libertatem; ſenior ætate, & conſequenter, & veriſſimiliter maturior ingenio præpollet inter concives ratione magiſtratuum, quibus ipſum decorari contingit; ideoque ubi vellemus introſpicere mentem teſtantis, non eſſet (fortaſſis) abſurdum Opinari, quod noſter in ſua republica ſupervivere malucrit, relinquendo palatium non jam habenti prærogativam lineæ primogenialis (quæ vere, cadere poteſt in infante) ſed ſuffulto maiori ætate; ut ita in eo, qui præſtantiores magiſtratus obtineat, ſplendor nominis cum habitatione Palatii illuſtrius apud populum conſervetur juxta illud *Ouvid.*

A' ſenibus nomen mite ſenatus habet.

123 Altera autem, quæ non minus urget, reflexio fundatur *in conſ. Surd.* 455. duplato *ſub conſ.* 468. tanti enim viri præſtantia ad modum efficit; quod ſi ipſe nominibus ſuppreſſis Opinatus eſt, rem eſſe favore natu maioris extra omnem aliam ſub illis verbis: *Meo judicio*, quæ indicant reſponſum pro veritate, addita ulterius circunſtantia plenariæ ſubſcriptionis, *Joan. Petrus, Surd. J. C. Senatus Montisferrati Præſes*; quæ non de facili legitur in aliis Conciliis forſari editis ad impurtunitatem clientium; certe non ita temere recedendum eſt ab ejus ſententia, quia ſi ejuſdem reſpondentis authoritas adduceretur in alia cauſa, in qua non reſpondiſſet, magnam vim operetur; & niſi haberet in puncto contraditorem, reputaretur pro caſu legis; adquare ergo hoc caſu, vel ex ſe claro, vel ſaltem dubio aufugemus adhærere ejus deciſioni? obſervando præcipue, quod & ipſe optime ratiocinatur, ut ſupra, videlicet quod præſuppoſita reſolutione edita ſuper diſpenſatione fructuum; hoc eſt, voto Seraphini, & Pamphilii, neceſſe eſt eundem præbere intellectum peculiari diſpoſitioni, de qua tractatur, tum quia unum, idemque verbum in eodem teſtamento poſitum non debet cenſeri deverſimode, nec Capi ſecundum diverſos intellectus; tum quia ſtante illa clauſula: *Ordine*, & *modo prædictis* ſervari illud idem debet in uſu, & gaudimento Palatii, quod ſervandum ſtatuerat teſtator in multiplicatione, & diſtributione redditum, ut latius videre eſt apud eundem *Surd. ſub n.* 6. *ex §.* 6. *negari uſque ad fin.*

Potiſſime, quia idem Conſilium 124
Surdi habitum fuit pro magiſtrali in hac materia in aliis forenſibus collocationibus, rebuſque judicatis per magna Tribunalia, & coſdemmet DD. ex adverſo reſpondentes; illud namque ſequuta eſt *Rot. Florent. in Florent. maiorat. de Pazzis penes Manſ.*

Manſ. conſult. 99. *ſub n.* 27. *& Romana dec.* 66. *n.* 2. *p.* 14. prout etiam illud ſequuntur *Bellon. jun. conſ.* 11. *ſub n.* 48. *Altograd. jun. contr.* 75. *ſub n.* 14. *D. Palma alleg.* 50. *ſub n.* 5. & alii, quos ſuperfluum penitus eſt, ocioſa tranſcriptione cumulare.

125 Hæc itaque ſunt, quæ me impellerent, ſi Judex eſſem, ad ita pronunciandum; quia de cætero, ſi caſum ex integro, & ac ſi ageretur de puncto virgine libere examinare, fatcor, quod utrinque concurrunt rationes, & fundamenta ſufficientia ad conſtituenda, eſſormandaque nova volumina allegationum præterea, quæ huc uſque ad abundantiam exarata noſcuntur: ſed nihilominus breviter attingendo potiſſimas difficultates, (quidquid dicatur ſuper negatione diſcriminis inter maioratus Hiſpaniarum, & Italiæ) hoc utique apud me certum eſt, quod Itali DD. hanc differentiam fecerunt, itaut quando conditum fuit teſtamentum ab Hieronymo, jam vigeret, & per conſequens nota eſſet hæc differentia extraditionibus *Alexand. Abbax, Barbat. Grat.* & cæterorum antiquiorum, qui paſſim ſolent in propoſita quæſtione collaudari, itaut etiam ſi *D. Torre* ſuſtinere contendat, maioratum proprium, & regu-
* larem eſſe illum, qui non differt ab ipſa primogenitura, irregularem vero, & improprium, qui exiſtit ſaltuarius, ut in ejus allegationibus regiſtratis 1. *p. de primogen. & maior. Italiæ pag.* 492. *n.* 29. & 30. totum ex meo judicio ſtat in oppoſitum, quia proprius maioratus eſt, qui contra diſtinguitur à primogenitura: improprius autem, quando cum ea confunditur, ut ſonat ipſamet diſcrepantia terminorum, & demonſtrant tot res judicatæ pro ſaltuariatione maioratus paſſim editæ, & ad facietatem probat *Altograd. jun. con-*

tr. 75. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* unde negari non poteſt, quod niſi contrariæ ſuper accedant demonſtrationes, dum teſtator vocavit maiorem natu, id intelligitur naturaliter, & non ficte, ſeu per maioratum facti, & non juris, ut pariter citra inutilem chartarum repletiouem, ſolide demonſtrat, *Bellon. jun. conſ.* 11. *n.* 47. *verſ. ſecundus vero caſus, cum ſeqq. Altograd. jun. d. contr.* 75. *n.* 12. *& ſeqq. D. Palma d. alleg.* 50. *n.* 5. *& ſeqq. Rot. Peruſin. apud Maſſin. de confiſcat. q.* 33. *n.* 8. *cum ſeqq. Rota Florentin. penes Manſ. d. conſ.* 99. *per tot.* & ſignanter *n.* 46. *uſque ad fin. ubi ſub. n.* 47. quod aliud eſt erigere primogenituram, aliud eſt vocare maiorem natu, *& Roman. d. dec.* 66. *n.* 2. *p.* 14. quibus addi, poteſt *Epiſcopus Rocca ſelect. diſput. jur. cap.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Quam obrem ſuſtentare velle, quod naturalis, magiſque communis intelligentia talis vocabuli non aſſiſtat habenti prærogativam ætatis, eſt tam attento numero ſcribentium, quam pondere, & ratione, dirigere brachia contra torrentem, & hoc eſt, quod etiam pro regula confirmatum fuit in d. voto Seraphini, & Pamphilii penes *Doctiſſ. Torre p.* 3. *de primogen. & maiorat. Italiæ dec.* 19. *n.* 2. 3. & 4.

Subſiſtente igitur, quod habens 126
prærogativam ætatis, habeat etiam regulam pro ſe, ut ſcilicet vocato maiore natu ſit præferendus habenti fictam qualitatem maioritatis ex ordine primogeniali; Domini, ut video, qui in contrarium ſcripſere, totum adhibuere conatum in ottendendo quod ætatis prærogativa, vel ſit juxta concilium *Menoch. conſ.* 442. *n.* 22. & 23. & *Cancer. variar. reſolut. p.* 3. *cap.* 21. *n.* 304. conſiderabilis inter ipſos fratres, vel ſub intellecta ſanctione *textus in L. cum avus ff. condit. & demonſtr.* nequeat

habere locum in progreſſu lineæ favore ſenioris, ſed ſolum in ingreſſu; ut late dicens, & quod ob id differentia inter primogenitum, & maiorem natu ſit potius momentanea, & ephymera, quam durabilis, & ſucceſſiva, ſatagit comprobare *D. Torre d.* 1. *p. de maiorat. fol.* 490. *n.* 13. *& ſeqq.*

127 Verum non levi, ut crederem, in hoc carpitur æquivocum, quia ita foret deſtruere regulam præmiſſam, & ſupponere, quod eſt in quæſtione, & expreſſè negatur, nempe, quod vocabulum *primogenitus*, *& maior natu* eſt unum, & idem, quod non eſt ullo modo verum, ex infinita prope modum acie ſcribentium, quos poſſemus per ſpeciem (ut ita dicamus) caſtorum ordinare, niſi ſatis fuiſſet ſupra allegaſſe eorum noviſſimos relatores; nam eſto, quod de naturali, & communiori ſignificatione vocabulum *maioris natu* importet præcedentiam ætatis indiſtincte, & abſolute, tenetur prætendens, regulam hanc, & intelligentiam limitare ad caſum novi ingreſſus, vel inter ſolos fratres oſtendere aliunde, quod teſtator primogenium efformare voluerit: in his nanque terminis utique ad conciliandam expreſſionem quandoque factam de maiore natu, neceſſe eſt dicere, quod talis maioritas reſtringatur in novo ingreſſu, vel inter ipſos fratres, ex quo tunc ſalvaretur ſubſtantia, ſeu importantia vocabuli, & qualitatis primogeniti, cætero quin expreſſe, vel conjecturaliter volitæ per teſtatorem, ut etiam reſpondit *Rot. Peruſin. apud Maſſin. de confiſcat. d. q.* 33. *n.* 22. At quando de hac tacita, vel expreſſa voluntate faciendi primogenium aliunde non conſtat, & ſtat in ſuo robore regula, quod maior natus ſignificet ſeniorem, rediculum penes me eſt dicere, quod talis præ ſe ferentia vocabuli coarctetur ad prædictos duos effectus, quoniam eſſet ſine alia extrinſeca demonſtratione reddere ſcynonima hac vocabula *primogeniti*, & *maioris natu*, cum citra difficultatem *primogenitus* ſit maior in illa linea, quæ ingredi debet, ex quo præmorjuus non potuit tranſmittere jus meré conditionale ex notoriis, & procul dubio pariter inter fratres ſemper primogenitus ſit maior natu; ſed ubi de hac volita qualitate primogeniaſi alibi non apparet, non intrant amplius hæ conſiderationes, ſed ille qui exiſtit maior natu in illa deſcendentia, vel linea locum occupat ſucceſſionis, nam & regula, quod bona ingreſſa in unam lineam, egredi non debeant niſi ea totaliter evacuata; & tacita conditio, *ſi ſine filiis*, ad mentem *L. cum avus*, rejicit illam caſtigationem, nempe ſi ſine filiis capacibus, vel ſi in eadem linea adſint perſonæ capaces, ut magiſtraliter explicat, & diſtinguit *D. Bellon. jun. d. conſ.* 11. *n.* 49. *& ſeqq.* ubi ſignanter multifariam diſtinguit, & ad rem noſtram optime concludit, & varios pariter caſus diſtinguendo *D. Palma d. alleg.* 50. *n.* 5. *& ſeqq.* & quod propterea cenſura *legis cum avus*, locum non habeat in maioratibus bene monſtrat *Altograd. jun. d. contr.* 75. *n.* 42. *& ſeqq.* qui non audet impugnare *D Palm. d. alleg* 50. *n.* 58. & neceſſario ſupponitur, eo ipſo, quod admittitur, maioratum verum, & proprium habere locum in diſpoſitione condita per aſcendentem, ut tenuerunt relati *per Altograd. d. contr.* 75. *n.* 45. *Rot. Perus apud Maſſin de confiſcat. d. q.* 33. *n.* 18. ubi egregie reſpondet *ad textum in d. L. cum avus*, & alibi firma-

firmavit pro veritate, & non pro affectione (pro ut hic) idem *D. Torre de primogen. & maiorat. ital. p. 1. cap. 2. n. 40. & 41.* ubi exemplificat, ſi vocatus ſit maior natu omium teſtatoris deſcendentium, & rurſus admittit *D. Palm. d. alleg. 50. n. 55. verſ. & licet*, ubi refert de ducta per *D. Manſ.* in hac cauſa.

128 Idque adeo verum, eſt ut tandem agnoſcens Judiciociſſimus *D. Palm.* has veritates crediderit, Nos in præſenti theſe non verſari in vocatione generica maioris natu de univerſa linea, deſcendentia, vel familia, quia nimirum linea incipiebat à D. Baptiſta, vel in omnem caſum quia particulares hujus cauſæ circunſtantiæ excludunt hanc ſaltuariationem, ſeu effectum genericæ vocationis; Verum ingenioſæ hæ ponderationis non videntur ad caſum applicari, quia teſtator literis cubitalibus vocavit maiorem natu ex deſcendentia ſua maſculina habendo reſpectum ad ſe ipſum, ut ibi: *maior natu deſcendens a linea maſculina teſtatoris*; per accidens vero eſt, quod habuerit ſolum filium maſculum Baptiſtam, deinde eædem doctrinæ, quæ admittunt ſaltuariationem in vocatione maioris natu facta per aſcendentem, per neceſſe debent ſupponere, quod deſcendentia teſtatoris ſit tanquam corpus collectivum conſiderata, & in quo aliud non curetur, niſi qualitas ætatis; proindeque quod ſufficiat collectiva vocatio per ſimplex vocabulum lineæ teſtantur *Anchar. Menoch. Caſtill. Molin. Peres Avendari ſeſſ.* cæterique late congeſti *ab Epiſcopo Rova ſelect. diſp. juris d. cap. 4. n 4.* ubi quod hæc concluſio in his terminis abſque controverſia procedit: nec ab re erit ſubjungere, quod cum gaudimentam domus reſtringatur ad habitationem, iſta nullum radicare potuit jus in patre, quod eſſet ad filium tranſmiſſibile, ut per *Altograd. jun. d. conſult. 75. n. 52. & 53.*

Aliqua mihi vim faceret ob- 129
ſervantia, niſi optime in facto, & in jure remaueret interverſa per *Doctiſſ. Manſ. conſult.* 203. ubi etiam reſpondet prætenſæ confeſſioni hæredis, & ſi fas eſt alias adducere conjecturas maioratus incluſivas, obſervetur quod in teſtamento *§. reliqua autem loca* lineas ſex filiarum teſtator ſumpſit collectivè ib. *Et ea linea maſculina deficiente ex linea fœminina deſcendente à filiabus dicti teſtatoris, quarum maior natu ſemper præcedat.* Ergo collective exquiſivit in pluribus lineis fœminarum ſolam qualitatem ſenioritatis, & rurſus appoſſuit illam dictionem, *ſemper*, quæ maximum producit effectum, ut per *Altograd. jun. conſ. 42. n. 46. & ſeqq. & d. controv. 75. n. 55. Caren. reſolut. 158. n. 12. Gratian. diſcept. 695. n. 1. & ſeqq.* & iterum loquendo de ſua linea maſculina *ſub d. §.* appoſuit illa verba: *Qui pro tempore erit.* Quæ certe magis operantur incluſionem iſtius qualitatis quam importet dictio *ſucceſſivè*, ut per *Rot. Perus apud Maſſin. d. q. 33. n. 14. & 15.* magnamque idcirco efficatiam exoriri etiam ex hoc §. teſtamenti patet colligatione ſemper habita per teſtatorem mediante illa clauſula *ordine, & modo prædictis* quæ reddit impoſſibilem diverſam intelligentiam unius partis diſpoſitionis ab altera.

Hactenus *d. Doctiſſ. Anſaldus* 130
circa oppoſitum contra d. votum Seraphini, & Pamphilii, & revertendo *ad n. 26.* ubi deduximus argumentum, nempe illud votum editum fuiſſe una tantum parte informante, & tempore quo maior natu ex maiori natu pupilarem agebat ætatem,

quo casu ei præjudicium afferre non poterat ; nihil officit argumentum, quia non constat, & quando constaret, dictum votum exaratum fuit anno 1597. circiter centum annos ; & nihil oppositum fuit contra illius validitatem, sed potius observatum fuit, ut constat ex dictis *à D. Manss. in d allegat impressa pag.* 20. *vers. constat autem*, & apud *Torre tom.* 1. *pag.* 471. & succedet regula *textus in* L. *ultim. cod. de tempor. in integr. restit. cap.* 1. *de in integr. restit. lib.* 6.

131 Deinde opponitur contrad. votum *n.* 27 non esse certam differentiam, de qua in illo agitur, apud *Torre dec.* 19. *p.* 3. inter verbum, *maior natu*, & verbum, *primogenitus*, quasi quod primum intelligendum sit de maiori in ætate, & secundum de eo, qui primus est ratione lineæ, qui est error, nam in casu, de quo agitur, testator usus fuit promiscuè verbis, *primogenitus*, & *maior natu* ; quare etiam virtute ejusdem voti ratio lineæ debebat attendi.

132 Huic objectioni jam supra responsum dedimus latissimé, & magna eruditione tollitur d argumentum ex mirabiliter dictis ab eodem *Doctiss. Manss. in d. allegatione, & apud Torre d. p.* 1. *pag.* 452 *& seqq.*

133 Sic etiam non obstat argumentum propositum *n.* 28. dum asserunt adversarii constare, testatorem in descendentibus ex fœminis voluisse observari lineæ rationem, & ejus verbis constitui primogenituram ; quia respondetur non solum ex dictis supra à Nobis, sed ex eleganter notatis *à d. Doctiss. Manss. in d. allegat. pag.* 11. *vers. verum*, & *pag.* 12 *per tot. & apud Torre pag.* 452. *& seqq.* ubi *n.* 13. ubi elegantissimis fundamentis docet cessare hanc considerationem, tam ex testamenti verbis, quam ex juris dispositione, & circa hanc partem nihil addendum supereſt, & ibi etiam respondetur ad argumentum deductum *n.* 29. 30. & 31.

Transeamus nunc ad ea, quæ 134
objiciuntur contra *Cancerii*, & aliorum scribentium pro parte D. Baptistæ resolutionem *n.* 32. & 33. sed contra ea, quæ his nn. objiciuntur superflua erat responsio, quia omnes DD. ad favorem D. Baptistæ allegatis, *& n.* 11. citatis loquuntur in terminis terminantibus nostri casus, nec non etiam *Cancer.* impugnatus ab adversariis pro parte D. Hieronymi, ut ex illorum inspectione patet, & ostenditur *à Doctiss. Manss in d. allegat.* illos referendo, explicando, & eruditissime exornando ; quodque magis est, ipsemet *Doctiss. Torre* acerrimus defensor d Hieronymi ipsum etiam *Cancer.* & alios, in quibus fundatur justitia d. Baptistæ, & laudat ad probandam in ejus favorem resolutionem, ut videre est 2. *tom. de succeſſ. in primog. & maiorat. Italiæ* 2. *p. q.* 1. *n.* 13. ibi : *Quia vocatio maioris natu intelligitur de maiore, & seniori in ætate, quando prout hic non fuit habitus respectus ad aliquam particularem descendentiam, & restricta vocatio ad fratres dumtaxat, sed vocatus fuit maior natu inter plures*, & adhoc allegat *Honded.* ipsummet *Cancer. in loco impugnato*, & *Altograd. Mulvas, Menoch. Thesaur. Surd. Alciat. Capic. Galeot.* & etiam *n.* 35. & eleganter *Doctiss. Torre q.* 35. *n.* 4. ubi ponit exemplum in nostris terminis, & sequitur *d. Cancer.* & alios, ut patet ex verbis ibi: *Vel vocatio respicit universalem descendentiam alicujus personæ primo vocatæ, ex qua debeat admitti natu maior, utpote quando dictum fuit ; instituo maiorem natu ex filiis, & descendentibus, & eo casu non est controversia*

inter

inter ſcribentes, quod dicatur inductus maioratus facti ſaltuarius, & per conſequens ſit ſemper admittendus natu maior in quacunque linea, & gradu reperiatur inter deſcendentes à primo vocato juxta magiſtralem diſtinctionem Cancerii lib. 3. cap. 21. n 304. ab omnibus approbatam, & ſignanter à Bellon Amat. Peregrin. Bero, Malvas, omneſque alii de materia ſcribentes antiquiores, & moderniores.

135 Quid amplius deſiderandum, quando doctiſſimus defenſor partis oppoſitæ hanc doctrinam profitetur eſſe veram, & ab omnibus antiquioribus, & recentioribus approbatam, & quando ſcripſit pro veritate, eam vocat magiſtralem; & ab alios DD. pro parte d Baptiſtæ allegatos refert & ſequitur 3. *p. dec* 5. *n.* 25. & 26. & *dec.* 15. *n.* 4. & *ſeqq. uſque ad n.* 14. ubi allegat *Cancer. d. loco*; & eſt videndus *dec.* 18. *n.* 81. & 82. ubi allegat *Cyarlin.* & alios pro parte D. Baptiſtæ allegatos, & *n.* 91. & 92. citat *Cancer.* licet caſus, de quo ibi, fuiſſet diverſus, & *dec.* 21. videndus *n.* 1. 29. & 30. ubi judicatum.

136 Sic etiam *Doctiſſ. Palm. Nepos*, qui etiam ſcripſit pro parte D. Hieronymi *alleg.* 49. *n.* 5. ibi etiam laudat *Cancer.* & alios in terminis faventes ad favorem D. Baptiſtæ, & in ſimili vocatione hæc verba ait: *Quod nullam patitur difficultatem in caſu noſtro, quia teſtator vocavit maiorem natu non habito reſpectu ad aliquem certum gradum, vel perſonam, ſed ad totam familiam, ſive Albergum Salvagorum de Veteto, & propterea dicitur reſpexiſſe ſolam ætatem, ut bene diſtingerunt Cancer. var. p.* 3. *cap.* 21. *n.* 304. & circa hanc eandem concluſionem ad Baptiſtæ favorem in terminis propoſitis refert aliqua *in alleg.* 50. *n.* 4. & 5. ubi aſſerit, hanc eſſe veriorem, & magis communem calculo Doctorum receptam ſententiam, nempe quod per vocationem maioris natu cenſetur per teſtatorem inductus maioratus ſaltuarius, & allegat *Surd. Bero, Marth. Mangil. Valenſ. Fuſar, Cacca, Moriſc Maſſin. Prat. Milaneus, Amat. Robles, Caren. Sabel. Bellon. Manſ. Cyarlin. Altograd. Actolin. & n.* 12. *verſ. quia*, eandem concluſionem refert, & ſequitur, & allegat *Cancer.* loco impugnato.

137 Et quando hæc reſponſio non foret attendenda, aliter reſpondendum fore exiſtimo; nempe, quod DD. qui ſcripſerunt pro parte D. Hieronymi, ſunt conſiliarii, & per conſilia ſcripſere, ut patet ex dictis, & allegatis per *Doctiſſ. Torre*, & *Palm. Nepotem*, qui typis mandarunt opera ſua, & DD. diſputantes ad D. Baptiſtæ favorem ſcribentes per reſolutiones, & tractatus; & quando datur opinionum concurſus, & ſcribentium varietas potius judicandum eſt per ea, quæ reſolvunt ſcribentes per tractatus, & reſolutiones, quam per ea, quæ ut Conſiarii ſcripſerunt; prout docent *Marc. Anton. Maria, Corrat. tract. de communi DD. opinione lib.* 1. *tit.* 6. *toto, maximè n.* 47. *ſub tom.* 3. *comm. opinion. Bertazol. conſ.* 114. *n.* 3. *Magon. dec. Florent.* 83. *n.* 8. *in fin. Cened quæſt. can. q.* 8. *per tot.* & præcipue *n.* 5. *verſ. alii vero, Uſuald. ad Donel. lib.* 26. *cap.* 2. *lit. A. pag.* 1399. *in prima impreſſione*, ubi ita ait: *Aliorum judicum, qui tractatus, ac commentarios, item per lectiones præferunt, cum hic omne partium ſtudium, æriſque acquæſtus cupiditas ceſſet, cujus tamen ratione ſæpe ſæpius conſulentes magis quam viri ſtudio ducuntur, leges in ambabus manibus, ut Craveta loquitur circumferentes. Unde tanta eorundem variatio, & inconſtantia, ut quod Cicero, de quibus*

busdam Philosophis, dici possit; nihil tam absonum, & inconsentaneum dici posse, quod non reperiatur apud illorum aliquem, & facit illud *Ouvid. lib.* 8. *Metamophors. fabul.* 10. loquendo de *Proteo.*

Sunt quibus in plures jus est transire figuras.

Torre de maiorat. p. 1. *pag.* 565. *n.* 41.

138 Atque ita cum DD. in favorem D. Hieronymi scribentes per consilia opera sua typis mandarent, & pro parte D. Baptistæ in lucem prodirent per tractatus, & resolutiones, ut sunt *Pereg. de fideicom. Marth. de succes. legal. Gratian. Thesaur. Massin. de confiscat. Fusar. de substit. Amat. var. Mangil. de imputat. Cancer. var. Censal. ad Pereg. Kampschilt. de fideicom. familiæ, Robles de repræsent. Cæsar Caren. resolut. Antonel. de temp. legal. Prat. ad Paschal. & resolution. & Balth. Thom. de primog. & maiorat.* citati *sup. n.* 11. & *n.* 106. potius per citos est judicandum quam per illos, juxta citatos DD. & ita nihil curandum de illis, qui pro parte D. Hieronymi scripserunt; & ita tolluntur argumenta dictorum *nn.*

139 Nunc superest respondere ad allegationes factas *à Doctiss. Torre*, & ab eruditissimo *Palm. Nepote* 99. & 100. typis mandatas, & in eorum tomis impressas. & *Luc. de fideicom. art.* 1. & *seqq.* & 16. *tom.* 10. & *in supplement. ad d. tit. de fidecommiss. disc.* 202. cujus fundamentis respondet *Altograd. contr.* 75. & illum reprobat, & respondetur supra. Et quoad *Torre* facilis est responsio, ex ejusmet locis á Nobis allegatis in discursu hujus defensionis, ex quo patet responsio; & licet eadem sufficeret contra ea, quæ dicta sunt per *d. Doctorem Palmam*, sicut, & alia allegationes ab eadem compositæ prout sunt *alleg.* 49. & 50. nihilominus tamen aliqua dicemus, tollendo argumenta ab eo scripta, & facta *d. alleg.* 99. & 100. adhoc ut ex illorum satisfactione magis clara D. Baptistæ justitia remaneat, & totaliter exaltetur cum triumpho.

Dicta allegatio *Doctiss. Palma* 140
Nepotis 99. invenientur in ejus doctissimo allegationum libro impressa pag. 651. sed diversimodé, & diminuté *in d. alleg.* principio voluntas, & testatoris dispositio refertur; & ut verè, & realiter percipiatur, & facilis sit responsio ad ejusdem *alleg.* fundamenta operæ pretium duxi, cum *Doctissimo Mans. in d. alleg.* eam proponere, & referre, ut qualitas horum bonorum demonstretur. Nam ut ille dicit, & patet ex testamenti tenore, non fuit erecta à testatore primogenitura linealis; sed potius fideicommissum, aut ususfructus legatus, ambulatorius, & saltuarius de una, in aliam lineam suorum descendentium, ubi ætate maior tempore successionis reperitur, & sic relinquere voluisse constat; itaut semper à natu maiori possideretur, nihil omnino curando, quòd successor proveniret ab una magis, quam ab altera linea suorum descendentium, dummodo duas qualitates haberet, ad quas solas respexit, nempé quòd descenderet á sua linea masculina; & omnium de sua linea masculina primus natu, & ætate maior foret, ut patet ex verbis testamenti; & quando testator nulla præhabita primogenituræ, primogenitique nominatione, nulloque præcedenter constituto ordine succedendi primogenituræ linealis proprio, sed indistinctè, pure, & simpliciter vocavit ad successionem ordinati fideicommissi maiorem natu de familia, de linea,

linea, vel de univerſali deſcendentia ipſiuſmet, vel forté etiam alterius, tunc certum eſt, quod ſic emiſſa verba vocationis, *maioris natu*, non civiliter, ſed naturaliter, & in propria ſuo ſenſu recipi debent, & ſic fideicommiſſum ſaltuarium inter omnes deſcendens, de eadem linea, vel familia, de natu maiorem in natu maiorem, & ætate ſeniorem cenſetur inductum, itaut non attenta linea admiſſi, & per cujus obitum ſit ſubſtitutioni locus, ſolum ille, qui eo tempore ex omnibus deſcendentibus nomine lineæ ætate cæteros præcellat. frui, & gaudere debet palatio fideicommiſſi, vinculo ſubjecto, ut diſtinguendo tradunt *Beroi, Hond. Alciat. Maſſin. Bellon. Cancer. Abb. Valaſc. Fuſar. Menoch. Theſaur.* quos refert *d. Doct. Manz. in d. alleg. pag.* 3. 4. & 5. & *pag.* 7. *verſ.* & ultra eos, idem reſolvunt elegan-ter ipſemet P*alma alleg.* 49. *n.* 2. & *ſeqq.* & *alleg.* 50. *num.* 2. & *ſeqq.* & ſignanter *n.* 48. & *ſeqq. Actolin. reſol.* 81 *n.* 13 & *ſeqq. Altograd. contr.* 42. *n.* 22. & *ſeqq.* & *contr.* 75. *n.* 14. & *ſeqq.* & alii citati *ſup. n.* 11. & 34. & *ſeqq.*

141 Et multo fortius quando ut hic, teſtator, nullum ſucceſſorem nomine proprio vocavit, ſed indiſtincte maiorem natu ex ſuis deſcendentibus, ut animadvertit *Gratian. forenſ. cap.* 456. *n.* 83. & 84. *Fuſar. quæſt.* 387. explicato ab eodem *Doctiſſim. Manſ. pag.* 5. & 7. verſ. & ubi pluros refert, & *Amat. variar. reſol.* 1. *n.* 27. & 28. & *pag.* 6. *verſ. imo*, ſubtiliter oſtendit, quod teſtator in terminis ſuæ diſpoſitionis, noluit ordinem primogenituræ ſtatuere; quia ſi hoc habuiſſet in mente, cum jam natus, & ſuperſtes fuiſſet tempore conditi teſtamenti non modo Baptiſta filius primogenitus, ſed etiam Joannes Franciſcus ejuſdem Baptiſtæ ſenioris primogenitus, & Paſchalis ſecundo genitus; facile poterat eundem primogenitum proprio nomine, & poſt eum, ejuſdem quoque primogenitum ad primogenium vocare, ut fieri ſolet; & cum illos non vocaſſet, dicitur erectum fuiſſe maioratum facti ex *Menoch. conſ.* 442. *ſub n.* 6. *verſ.* 3. *Peregrin. conſ.* 39. *lib.* 1. *ſub n.* 10. *verſ.* 4. *Fuſar. conſ.* 39. *n.* 14. & 15. *Gratian. cap.* 834. *n.* 4. & 5. & in ſpecie hujus teſtamenti *Surd. conſ.* 455. *n.* 6. & 468. *Palma Nepos d. alleg.* 50. *n.* 48. & ſeqq. atque ita per teſtamentum, & ejus verba fuit ordinata inſtitutio maioratus ſaltuarii; quia teſtator hic non maiorem natu ex linea recta filii ſui maioris, & ex uno quoque gradu ejuſdem lineæ, nèc habito reſpectu ad aliquem deſcendentium ſuorum particularem lineam vocavit, ſed totam ſuam deſcendentiam contemplavit, & ex ea in univerſo contemplata maiorem natu cujuslibet gradus, & lineæ foret, dummodo ex ſua teſtatoris linea deſcenderet, admitti voluit, ut patet ex verbis d. clauſulæ *Item*, & quod illa frui, & gaudere perpetuo poſſit maior natu deſcendens ex linea maſculina dicti teſtatoris: & hæc eſt illius vera mens, & voluntas, de qua conſtat ex teſtamento.

Quibus ſic ſuppoſitis, jam evi- 142
denter ceſſant, quæ *Palm. in d. allegat.* 99. ſubſcripſit, & ſic quæ dixit *n.* 1. aſſerens, fideicommiſſum, maioratum, ſeu primogenium, quando eſt ingreſſum in una linea in ea debere continuari, donec fuerit evacuata, nec poſſe fieri tranſitum ad aliam, etiam ſi vocatio maioris natu ſit generica, & indiffinita, ut etiam confirmat *num.* 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

Hæc aſſertio in jure eſt vera, 143
ſed non habet applicationem in facto,

&to, quia cum hoc fideicommiſſum aut maioratus ſit ſaltuarius, & ad maiorem natu erectus, non habet locum lineæ conſideratio, ſed ea non obſtante, & non evacuata, tranſit ſucceſſio ad ſeniorem, & natu maiorem, relicto ultimi poſſeſſoris filio jam admiſſo, prout late diximus, & oſtendimus *n.* 82. *& ſeqq.* & profitetur ipſemet *Palm. in alia allegatione* 50. ſcripta ſecundum juris veritatem ut *n.* 15. 16. & 17. omnino videndus, & in hac noſtra ſpecie, ita docet *Doctiſſ. Manſ. in d. allegat. per tot. & pag.* 13. *verſ. prout etiam.*

144 Præterea *n.* 2. docet *d. Palma* maioratum, de quo agitur, non eſſe ſaltuarium, quia non conſtat de illius erectione, & conjecturas ad arguendum fideicommiſſum ſaltuarium ita debere eſſe claras, ut evidenter denotent voluntatem teſtatoris; quia ut inquit *n.* 3. ſi res eſt aliquomodo dubia, vel turbida, nunquam pro continuatione in linea reſolvendum venire, & ita conatur oſtendere, maioratum non eſſe ſaltuarium, quia non conſtat ita fuiſſe erectam.

145 Sed ſalva pace tanti viri, hoc argumentum tollitur inſpecta teſtatoris voluntate jam ſupra exornata, ex cujus ſerie conſtat, maioratum ſaltuarium eſſe ad natu maiorem erectum dubium non eſſe, ſed claram, & ut longius non abiamus, ex eodem *Palm. allegat.* 50. *n.* 11. rejicitur argumentum, & retorquetur; quia primogenitus eſt nomen æquivocum, maior natu vero, ad inducendum maioratum Saltuarium, eſt clarum; prout ipſe met teſtatur ex *Redenaſc. conſ.* 82. *n.* 1. *verſ. & tunc & nn. ſeqq.* elleganter oſtendit, & idem *Palm. n.* 21. *verſ. ſatis* ibi: *ſatis autem clara dicitur hæc diſpoſitio, ne dum quia firmiſſima eſt regula, quod per vocationem maioris natu indiffinite factam de aliquo genere, deſcendentia, vel familia, cenſeatur conſtitutus maioratus ſaltuarius*; & ita oſtendit, *in nn. ſeqq.* & ſignanter 48. *uſque ad fin.* & tenent alii citati apud *Torre dec.* 16. *n.* 58. & 59. eleganter *Altograd.* 1. *tom. contr.* 42. *num.* 29 ibi: *Maximum intercedere diſcrimen inter vocationem primogeniti, & maioris natu, nam teſtator vocando primogenitum, dicitur feciſſe diſpotiſionem dubiam, quia primogenitus dicitur tam ille, qui natus eſt ex primogenito, quam ille, qui eſt ſecundo genitus, ex quo primogenitus amplius non vivit. At è contra vocando maiorem ex filiis, & deſcendentibus dicitur feciſſe diſpoſitionem claram*; & ad hoc allegat multos, & ſubſcribit *n.* 40. nec non *contr.* 75. *n.* 35. & 36. ubi eleganter ſic ſcriptum reliquit ibi: *E contra maioratum de ſui natura requirere ſucceſſionem per ſaltum de ſeniore in ſeſeniorem, quia in eo prærogativa maioris ætatis principaliter attenditur, ut patet ex ſupra traditis, & in puncto* Peregrin. *Cancer. Surd. Galeot. Grat. Moriſco* Prat. *Amat. Unde maior natus cum habeat fundatam intentionem in propria verbis ſignificatione indubio præferendus eſt filio ultimi poſſeſſoris natu minoris, ita ut onus dicto filio incumbat probandi, teſtatorem aliter ſenſiſſe, & inſtituere voluiſſe primogenituram*: Atque ita non ſolum non procedit argumentum, ſed potius retorquetur, quia quod objicitur contra natu maiorem, retorquetur contra filium primogeniti, quia non ſolum teſtatoris voluntas clara demonſtratur, ſed præſumptio eſt in dubia ad natu maioris favorem qui habet intentionem fundatam in ſucceſſione; & ſic pro ſaltu, & non

pro

pro continuatione lineæ reſolvendum venit.

146 Præterea in *d. allegat. n.* 4. objicitur fideicommiſſum ſaltuarium eſſe introductum ex vocatione maioris natu ex aliqua familia, ſeu deſcendentia genericé, & indiffinite, & *n.* 5. aſſerit, quod vocatio maioris natu poteſt duplicem ſenſum recipere, & ita concludit *in verſ. quoad*, quod ex generica vocatione maioris natu ex deſcendentibus á teſtatore non cenſetur inductum maioratus Saltuarius, & quod ſolum talis circunſtantia attendenda foret, quando ageretur de ingreſſu fideicommiſſi in lineam, ſecus quando agitur de jam radicato, ad effectum transferendi illud per ſaltum de una ād aliam lineam, & ita aſſerit, rem eſſe dubiam, quia in caſu *Men. conſ.* 981. *n.* 3. ſcripſerunt contra *Malvaſ.* & *Bero*; quorum fundamentis reſpondet *Menoch*; ex quo deducit ipſe *Palma*, rem eſſe dubiam, & *num.* 67. refert eundem *Menoch. in conſ.* 442. & *Surd. conſ.* 403. & aliis uſque ad *num.* 13. & etiam apud *Torre d. p.* 1. *pag.* 452. & *ſeqq.*

147 Verum facilis eſt deſtructio objecti, non ſolum exdictis, ſed etiam quia ſignanter huic objectioni reſpondet *Doctiſſ. Manſ d. allegat. pag.* 4. *verſ.* nec apud eundem *Torre d. p.* 1. *pag.* 552. & *ſeqq.* ubi ex ipſiſmet DD referendo eorum dicta oſtendit, rem eſſe claram ad favorem maioris natu, & eſſe erroneum aſſerere in terminis propoſitis, quod vocatio maioris natu poteſt duplicem ſenſum recipere, cujus contrarium oſtendit, & interminis propoſitis concludit ex iiſdem DD. ad favorem maioris natu, fideicommiſſum ſaltuarjum cenſeri inductum in noſtto caſu, ex maioris natu vocatione facta genecrice, & indiffinite, prout ipſe met *Palm.* profitetur hic, & quando proveritate ſcripſit *allegat.* 49. *n.* 2. 3. 4. & 5. omnino videndus, & *allegat.* 50. *per tot.* & ita ex eodem *Palm.* ſibi contrario tollitur argumentum, ſic uti etiam ab *Actolin. d. reſolut.* 81. & *ab Altograd. contr.* 42. *n.* 22. & *ſeqq.* & *contr.* 75. *n.* 15. & *ſeqq.* ab eleganter dictis *in d. dec.* 16. *apud Torre* 3. *p.* & abomnibus citatis ſupra *n.* 11. & 34. qui ita reſolvendum fore exiſtimant, etiam ſi ageretur de fideicommiſſo, & maioratum iam ingreſſo, & radicato in lineam; quia pariter in illo admittitur ſaltus de una linea in aliam, ad hoc ut ſuccedat maior natus vocatus ex deſcendentia teſtatoris; & elegantiſſime defendit hanc partem reſpondendo contrariis *d Doctiſſ. Manſ. in d. allegat. pag.* 3. & *ſeqq.* & apud *Torre p.* 1. *pag.* 462. & *ſeqq.* ex aliis DD. quos refert ad literam, & oſtendit, in utroque caſu ad eaſdem reſolutionem procedere & ibi reſpondet dictis DD. & ſe explicat circa ea quæ dixit *conſult.* 96. & 97. *tom.* 1.

Deinde *Idem D. Palm. de alleg.* 148
99. *n.* 14. ad excludendum maiorem natu, inquit, quod in maioratu vindicat ſibi locum regula illa, quod vocata una perſona etiam omnes ab ea deſcendentes, & vocati, & prædilecti cenſentur; & uſque ad *n.* 35. conatur reſpondere aliquibus DD. pro parte D. Baptiſtæ adductis, & aſſerit contra illorum reſolutiones aliud voluiſſe aſſerere, & debere præcedere oſtendi filium ultimi poſſeſſoris, & tantum attendi ad prædilectionem, ut ex ſerie *d. n.* conſtat; allegando *Creſp. obſerv.* 22. *n.* 147. quod etiam tradit *Fuſ. de ſubſt. q.* 468. *n.* 31.

Sed hoc argumentum exulan- 149
dum, eſſe exiſtimamus, non ſolum

lum ex supra jam inspecie dictis, *n.* 92. & 93. sed etiam ex eleganter notatis à *Doctissimo Manz. in d. allegat. pag.* 13. *vers.* & *ideo pag.* 14. quia ex illo, dicti DD. conjecturam afferunt generalem, non tamen alicui casui applicabilem, & argumentum potius retorquetur; quia cum testator natum, & superstitem habent d D. Baptistam seniorem filium & primogenitum, quem alias, in aliis ejusdem testamenti dispositiones nominaverat, & præcipue, in dispensatione proventuum locorum mille comperarum S. Georgii ejusdem Baptistæ interventum, & consensum adhiberi mandaverit, pro ut, jam diximus, etiam jam natos viderit Joannem Franciscum, & Pascalem suos ex d. Baptista filios nepotes; Nihilominus in ordinatione de fideicommisso, & legato eorum omnium nominatione prætermissa, generice maiorem natum masculum, ex linea testatoris descendentem tantum vocavit, & sic personam incertam, & eidem testatori prorsus incognitam; ignarus enim erat qui nam futurus esset natu maior tempore suæ mortis, cum possit dari casus, quod prædefuncto Baptista seniore pluribus filiiis relictis, & ex iis etiam primogenito, vel secundo genito non amplius extantibus, tertio genito successio, tamquam maiori natu devolueretur; & ita cum fortunæ, casusquæ; incertitudine successorem in hoc legato aut fideicomisso reliquerit, certum est, tunc cessare omnino dilectionis argumentum, quod viget in alia vocatione primo loco facta supra primogenitum, ut bene hujusmodi conjecturæ argumentum rejicit *Alex. cons. 4. sub numer. 6. vers. nec dicatur quod testator habuit affectionem*; & vere hoc casu excluditur erga unum magis, vel alium dilectionis ratio, cum nihil aliud habuisset in mente testatorem pateat, quam maioritatem ætatis, quicunque fuerit ille ex suis masculis descendentibus, qui ea cætem præcelleret, & solum habuit in mente fixum, & determinatum, quod palatium suum nobilissimum à maiori natu, & seniore ex omnibus suis descendentibus perpetuo habitaretur, ut cum tali honore senectutis meritum compensaret, seu verius totius familiæ suæ, seu lineæ masculinæ splendor, & nomen honorificentius in eo seniori fulgeret, & in digniori sede ut caput collocaretur, & sic comtemplavit tantum perpetuam, & senioris ætate habitationem in palatio præfacto, non autem dilectionem aliquam unius, aut alterius ex suis descentibus, ignotis, & ita respondet simili objectioni, & tenet *Malvas. cons.* 22. *n.* 78 *Gratian. cap.* 621. *n.* 9. & 10. *Sabel. cons.* 40. *n.* 10. *Peregrin. cons.* 38. *n.* 4. *lib.* 5. & *de fideicommiss. art.* 13. *n.* 86. *Ozasc. cons.* 71. *Anchar. cons.* 27. *Bellon. Jun. cons.* 11. *n.* 7. *vers. nec est*, & *n.* 41, & addet ipsummet *D. Palm.* sibi contrarium *allegat.* 50. *n.* 17. ibi: *Et ideo filius possessoris, si non habet istam qualitatem, excluditur.*

Et sufficit allegare, & transcribere unum pro omnibus ut est ipsemet *Palma* cujus argumenta solvimus sibi contrarius interminis *d. allegat.* 50. *n.* 16. 17. 18. & 19. ubi ita ait: *Addere lubet infra scriptos firmantes, in maioratu nullam lineæ; in quam jam, maiorotus ingressus fuit, rationem esse habendum, nisi in descendentibus talis admissi, concurrat qualitas illa, quod sit maior natu familiæ, vel descendentiæ; à testatore contemplatæ. Et ratio præcipua ea est, quia maioratus dicitur residere penes possidentem,* 150

cum

cum iſta modificatione, ut poſt eum ſuccedat ætate maior, & ideo filius poſſeſſoris, ſi non habet iſtam qualitatem, excluatur. Ratio autem ex adverſo deducta, ex præſuppoſita prædilectione, ceſſat ex duobus. Primo, quia cum fuerit in caſu noſtro vocatus maior natu Abbe ghi Salvaghorum de veteribus, & quidem poſt extinctas quatuor lineas præcedentes vocatas, & ſic in tempus remotiſſimum, non poteſt conſiderari aliqua prædilectio in perſona omnino incerta, & incognita, & in remotiſſimum tempus vocata, ut in puncto reſpondet Manſ. d. conſ. 202. n 39. tom. 3. ſecundo, quia, motivum à prædilectione ceſſat, quando impoſteritate defecit illa qualitas ob quam teſtator talem perſonam prædilexit, ut in terminis quæſtionis noſtræ concludunt Sabel. cap. 40. n. 10. Alograd. contr. 42. n. 62. tom. 1. Maſſim. ad Guaz. d. q. 33. n. 19. Et quid amplius, quam doctrinam, & allegationem illius, quem impugnamus, & refutandum fore oſtendimus; & igitur non debet ad ejus dictum attendi, quia contraria allegat, & in eis contra DD. reſolutiones his numeris impugnatis, & *d. alleg* 50. approbatas, ut conſtat *ex d.* 16. & *per tot. & alleg.* 49.

151 Tranſeamus nunc ad ea, quæ dixit *d. alleg.* 99 *n.* 36. 37. & 38. impugnando, & refellendo aliquos DD. qui in D. Baptiſtæ favorem ſcripſerunt, eo prætextu, quod loquuntur in feudis, & quod inter feuda, & fideicommiſſa datur magna differentia, & ideo quod argumentum de feudis ad fideicommiſſa eſt fallax, & quod non procedit data diverſa ratione, ut hic conſideratur.

152 Aſt iſtud argumentum rejicitur, quia ultra quam quod quamplurimi DD. citati *à Nobis n.* 11. & 34. & in diſcurſu hujus allegationis loquuntur expreſſe in maioratibus, & fideicommiſſis; quando loquuti fuiſſent tantum in feudis, etiam admittendæ erant feudalium reſolutiones ad harum, & ſimilium cauſarum deciſiones, ex eo, quia valet argumentum de feudis ad fideicommiſſum, ut plurimis tradit *Valaſc. loco com. lit. A. n* 430. ubi multos allegat; & jura feudalia dicuntur communia, & initia à *prudentibus*, & ex illorum diſpoſitione decidenda ſunt cauſæ, ut multis diximus *tract. de lege mental. ſeu tom.* 10. *comment. ad Ord lib.* 2. *tit.* 35. *cap.* 67. *n.* 5 *pag.* 386 At verò authoritates, & reſolutiones ſcribentium, & tutantium, defendentiumque noſtram ſententiam, non loquuntur in feudis, ſed in ſucceſſionibus bonorum fideicommiſſi, liberorum, & in ſpecie legati Palatii, ut ſunt *Prato forenſ. cap.* 38. *Redenaſc. conſ.* 82. *Sabel. reſol.* 40. *Theſaur.* in maioratu prout doctiſſimè oſtendit *D. Manſ. in d. alleg. pag.* 14. *verſ. neque*, pariter, & etiam apud *Torre tom.* 1. *pag.* 452. & *ſeqq.* & in ipſamet ſpecie loquuntur *Altograd. Jun. contr.* 42. & 75. & alii ſupra citati *n.* 11 & 36. & ita ceſſat argumentum, ut oſtendit *d. D. Manſ.* qui aſſerit *in verſ. qua propter*, quòd ad conſpectum d. clauſulæ teſtamenti: *Item vult*, ſuccedit magiſtralis, & communis, & à nullo improbata regula, quòd ſtante tali generali, & indiſtincta maioris natu vocatione abſque mentione maioratus, aut fideicommiſſi in ipſamet clauſula, & ſine filiorum poſſeſſoris, & admiſſi vocatione, eſt clara, & indubitata mens teſtatoris inducentis ſimplicem facti maioratum, legatum, aut fideicommiſſum particulare domus inter deſcendentes ex linea, ſeu deſcendentia ipſius teſtatoris, in maiore tamen ex omnibus deſcendentibus ſua linea, itaut, qui ætate maior

omnibus descendentibus à d. linea superstitibus tempore cadentis successionis reperiatur dicto legato', & domus habitatione frui perpetuo debeat excluso filio, qui fortè supereset, maiori nato ultimò admissi, & defuncti. Nam eo casu clare comprehenditur, testatorem respexisse, non ad unum magis, vel alterum ex suis descendentibus, sed ad qualitatem solummodo maioris ætatis, in quocunque ex suis descendentibus reperiatur, ut ex *Anchar.* sequitur *Alex. d cons. 4. vol. 4. Amat. var. lib. 1. resol. 1. n. 2. 3. 4 & 6.* ubi ait, idem procedere etiam si dictum non foret *succedat maior natu, sed maior tantum*, quia tunc succedere debet maior de omnibus descendentibus, sive á testatore, sive à primogenito, sive à secundogenito, sive ab alteriori filio descendat, ut ibi *n. 7. 8. 12. & 13.* & tenent *Redenasc. Bero, Malvas, Pereg. Surd. Menoch. Thesaur. Cancer. Gratian. Pret. Mart. Sabel. cens. Massin.* quos refert, & sequitur *Doctiss. Mans. in d. alleg. pag. 16. & 17. col. 1.* ubi ita eleganter ostendit in specificis nostris terminis, & apud *Torre pag.* 466. & ipsemet *D. Palm. alleg.* 49. *n. 2. 3. 4. & 5. & alleg.* 50. *per tot.* & fatetur *D. Torre* in locis citatis *sup. n* 11. & 34. *& seqq. Acstolin. d. resol.* 81. *Altograd. contr.* 42 *n.* 21. *& seqq & 75. n.* 14. *& seqq. Torre* in locis *à Nobis* citatis *d.* 11. & 34. ubi ita tradit, & profitetur in nostro casu, licet contrarium sequatur in diversis terminis, & vocationibus, non vero in nostris, in quibus nostram resolutionem amplexus fuit, & ipsemet *Palm.* ut dictum est, & ita cessant, quæ allegat *d. n. usque ad* 39.

153 Deinde *n.* 40. arguit, quod in fideicommisso familiæ relicto non omnes succedunt, sed juxta ordinem intestatæ successionis, & juxta præsumptam mentem testatoris, secundum quam in hoc casu voluit successionem regulandam fore per lineam effectivam testatoris, quæ ab ipsis filiis incipere debebat, itaut testator non dicatur de linea, neque constituere lineam, quia incipit à primogenito, ut conatur ostendere *usque ad n.* 44.

Hoc argumentum facile diluitur, 154
qui procedit in maioratu lineali, non vero in saltuario, in quo non consideratur linea effectiva, nec recta, sed tantum vocatio natu maioris, qui succedere debet, & non filius ultimi possessoris, & admissi, ut multoties diximus, & constat ex doctissima *allegat. Mans.* apud eundem *Torr.* transcripta *p. 1. pag.* 452. *cap.* & eleganter concludit ipsemet *Palm.* sibi contrarius *alleg.* 49. & 50. ubi oppositum (quando pro veritate scripsit) resolvit, & cum D. Baptista uti maior vocatus fuisset, ut ostendimus, & constat *ex dict. alleg. Mans.* citata, & apud eundem *Tor.* de qua usus fuit in aliquibus partibus ad contraria tollenda, ex eadem vocatione excluditur maioris natu objectum, & penitus exulanda venit consideratio lineæ, & divisio *Palm.* penitus est rejicienda, quia testator vocavit maiorem natu ex linea sua, & tantum hanc lineam admittendam fere existimamus, quia voluntas testatoris talem lineam primogeniti exclusit, & tantum suam propriam admisit, & ex illa invitavit ad successionem natu maiorem, juxta suæ voluntatis declarationem, ut constat *ex L. Lusitana lib.* 4. *tit.* 100. §. 3. *& ex L. Castellæ* 40. *Taur.* & sunt * textus expressi, quia ad exclusionem lineæ contrariam voluntatem admittunt, & etiam de jure civili sunt jura *in L. cum ita §. in fideicommisso ff. legat.* 2. ibi: *Nisi testator adulterior es voluntatem suam extenderit.*

L. fin.

L. fin. cod. de verb. ſignif. ibi : *Nulla ſpeciali adjectione ſuper quibuſdam certis perſonis facta Molin. de primogen. lib. 3. cap. 9. n. 20. verſ. niſi teſtator aliud diſpoſuerit, tunc nanque ejus diſpoſitio ſervanda erit.* Et cum teſtator ſtatuat, ſuccedere debere maior natu deſcendens à ſua linea maſculina, ut patet ex clauſula: *Item vult*, ibi : *Maior natu deſcendens à linea maſculina d teſtatoris*; quia cum tantum voluiſſet ſuccedendum fore maiorem natu ex ſua linea, & non primogeniti, conſtituendo in ſe lineam; adhoc ut ſucceſſio dirivaretur, aliud aſſerere, eſt violentiam inducere contra ſignificationem legalem, & literalem, & diſponentis voluntatem, quia hæc verba, *à linea maſculina d. teſtatoris*, totum
* corpus lineæ comprehendunt, & talis linea incipit à perſona fundatoris, qui dicitur in linea, *L. pronunciatio §. communi jure, & §. fin. ff. verb. ſignificat. cap. quod dilecto, cap. fin. de conſangu. & affinit.* & probatur ex lineæ definitione, quia eſt *collectio perſonarum ab eodem ſtipit deſcendentium*, ut oſtendimus *ſup. n. 67. &* 68. ex juribus, & DD. ibi allegatis; ex quibus patet, quo reſpectu totius lineæ omnes deſcendentes teſtatoris ſunt æquales, & omnes in eadem teſtatoris linea exiſtunt, & origo lineæ eſt apud teſtatorem, à quo incipit, ſicut à parte ſuperiori, & diſcurrit per media, in extremiſque finitur, ex quibus ad ſucceſſionem vocavit maiorem natu, qui ſuccedere debet, rejecta prorſus conſideratione lineæ primogeniti, & inferioris, & admiſſo principio, à quo emanavit. Principium autem potentius exſtimatur in hoc caſu, quam finis, & cauſa incipiens, tanquam potior formaliter prædominatur ſuper cauſa perficienti *L. 1. §. ſi interrogavero, & §. ſi ſervus ff. depoſiti, L. Pomponius ff. de negot. geſt. L. quid ergo ff. de his, qui not. infam. L. ſi filius-fam. 78. ff. verbor. obligat. L. 1. ff. de orig jur. Signorolus conſ. 167. n. 161. Hippol. Riminald. in princip. inſtit. quib. alienare non licet n. 345. uſque ad n. 350.* Unde omnium relatio ad ſuum initium confertur, & primordium rei totam ipſius continuationem informat, *L. 3. §. ſeyo* ibi : *Initio inſpecto ff. minor, L. unic. cod. de imponend. lucrat. diſcript. L. ſeya ff. de don. cauſ. mort. L. cum filius §. hæres ff. de legat. 2. L. in ratione §. ſi filio*, ibi : *Inde capiunt, & formam, & originem, ff. ad leg. falcid. Cravet. conſ. 461. n. 40. verſ. cum referatur, omnia ad eorum initia vol. 3. Beccius conſ. 124. vol. 2. n. 20.*

Unde verba illa, *deſcendens à* 155
linea maſculino d. teſtatoris, tantum intelliguntur de ipſius teſtatoris linea, quatenus ab illo immediatè, & proprie dirivatur, non de remota, & mediata linea poſſeſſoris, cum verba accipi debeant per prius, & immediate, & non mediate, & per poſterius *L. qui liberis §. hæc verba ff. vulg. & pupilar.*

Et talia verba, *deſcendens à li-* 156
nea maſculina d. teſtatoris, denotant illius lineam, propter dictionem, *dicti*, perſonaliſſimam, *Hippol. Rimin. conſ. 741. vol 7. num. 22. & 23. verſ. illa, Nizzol. theorem. 28. n. 10.* ſic enim appellamur familiam Juliam, habita relatione ad Julium primævum genitorum, quaſi ad fontem memoriæ, cujus initium prædominari debet ſuper effectibus ſucceſſivis : *L. 195. §. item appellatur ff. verb. ſignif.* eodemque modo lineam teſtatoris referre debemus ad eundem conditorem, ex quo tota generatio, & memoria defluit, ac per conſequens verba, *deſcendens à linea maſculina d. teſtatoris*, lineæ qualitatem eidem teſtatori conjungit, ut præ-

textu ipsius, non autem ultimi possessoris successio deferatur, *Menoch. cons.* 106. *n.* 184. & 185. & *n.* 196. *usque ad volum.* 2. *Guidon. Panciorol. cons.* 170. *n.* 14. *vers. respexit personam Domini Gregorii, non autem ejus descendentes*, & id important verba, *linea*, adjectiva cum verbo *dicti* juxta *glos. in L. ex facto verbo suam ff. ad Trebel.* probat etiam *Lara de anniver. & capellan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. ibi: *Licet verum sit, quod quando dixerit fundator: de mea linea, referatur ad effectivam, quæ ab ipso incipit.* Atque ita in hac parte convincitur argumentum, & non datur mens præsumpta testatoris ad favorem lineæ primogeniti, nec iste talis fundat intentionem de jure communi, quia successio non habet robur à lege, sed à dispositione hominis inter vivos, vel in ultimis voluntatibus, & non potest dici, quod quis fundet intentionem suam de jure communi, quia succeditur ex tenore institutionis prout testamentum illius decantat, quia tenor illius inspiciendus est *ex Bald. in §. denique, quæ fuit prima causa beneficii amittendi, L. fin. ced. commun. utriusque jud.* & cum secundum verba testamenti inveniatur vocatus maior natu, D. Baptista habet juxta illud præsumptam testatoris mentem, & non D. Hieronymus, qui est ex linea primogeniti prorsus exclusa, & tantum vocata est d. linea testatoris; & sic non solum tollitur objectum, sed retorquetur.

157 Item *Palm. d. alleg.* 99. *n.* 44. *vers. confirmatur* inquit, quod in substitutione lineæ fœmininæ vocatur maior natu descendens à filia maiori d. testatoris, unde prosequitur, quod quanvis substitutio sit diversa, & in separata oratione contenta, adhuc tamen habet omnimodam connexionem cum vocatione maioris natu descendentis à linea masculina, & ideo inquit *n.* 45. 46. 47. 48. & 59. quod una debet ab altera recipere declarationem, quanvis substitutio esset clara; quia qualitas apposita in una ex substitutionibus copulatis, censetur etiam in altera repetita, quia repetitio modi succedendi in una substitutione inducitur etiam in alia, unde infert in *n.* 49 *vers. ex quibus*, quod sicut in hac fœmininæ lineæ vocatione testator expressé vocavit maiorem natu descendentem à filia maiori ipsius testatoris, ita in proxima præcedenti, & annexa vocatione maioris natu descendentis à linea masculina d. testatoris cen!endum sit, testatorem vocasse maiorem natu descendentem á D. Baptista filio masculo unico d. testatoris, qui constituebat principium lineæ masculinæ ejusdem; & ideo forsan in vocatione subsequenti fuit facta præfata expressio per testatorem, quia cum haberet septem filias fœminas, opus erat id exprimere, si volebat in linea fœminina natu radicari fideicommissum; sed in prima parte cum testator unicum tantum filium masculinum haberet, scilicet, D. Baptistam, non videbatur fuisse necessaria in talem expressionem.

158 Huic argumento satisfacit tam in facto quam in jure elegantissime, & magna eruditione juxta voluntatem testatoris ipsemet *Manz. d. alleg. pag.* 11. *vers. nec aliquid*, & *vers. verum*, & *pag.* 12. *vers. hinc detegitur*, & *vers. quamobrem*, & *apud Torre tom.* 1. *cap.* 39. *pag.* 462, & 463. & Nos jam responsum dedimus supra *n.* 78. & circa exclusionem repetitionis *n.* 3. ubi ostendimus clausularum diversitatem, & utrasque habere perfectionem, & esse diversas, & separatas, & de per se intelligi debere cum separatione

ratione utriuſque, & idem firmamus, quia ita reſolvunt DD. ibi citati, quibus addo, quod nunquam verba clauſulæ ſequentis referuntur ad præcedentem, *L.* 1. *§. hoc edicto ff. poſtuland.* & ad conſpectum reſponſionis, & formæ clauſularum quis non videt, quod per capillos trahuntur verba, quæ *d. Palm.* ex iſta clauſula ſumit ad præcedentes incommodè, & contra verba, & mentem teſtatoris; quando præcedentes clauſulæ habent ſuam propriam, & ſpecialem determinationem, & ſic generalis clauſula ſequens non poteſt, nec debet referri ad primas ſubſtitutiones, quæ ſuam ſpecialem, & certam habuere determinationem, *L. doli clauſula ff. verb. obligat. L. talis ſcriptura ff. de legat.* 1. *& ibi Bartol. text. in cap. cum dilecti de donat*, unde cum præcedentes clauſulæ tam primæ, quam ſecundæ ſubſtitutionis habeant ſuam, & ſpecialem determinationem, non poſſunt repeti nec verba ultimæ clauſulæ *Item vult* ad illas referuntur, nec datur repetitio de unis ad alias quando utræque ſunt ſeparatæ, perfectæ, & diverſæ, etiam ſi ad ſint dictiones repetitivæ, ut eleganter tradit *Joſeph Urſeol. conſ. forenſ. cap. 79. n.* ibi: *Et multo magis hæc procedunt in caſu noſtro, quia receptitio qualitatis nunquam admittitur, quando orationes ſunt perfectæ, diverſæ, & ſeparatæ, etiam ſi adſint dictiones repetitivæ, ut interminis idem Decian. Caphal. ſequitur Rot. coram Burat. dec.* 21. *n.* 9. *ubi, inquit, quod ubi oratio eſt perfecta, non fit relatio ad præcedentia, etiam ſi adſint dictiones repetitivæ, & nn. ſeqq.* eleganter exornat, & melior reſponſio deducitur ex eodem *Palm. d. allegat.* 50. ubi noſtram reſolutionem eſt amplexus, & quando proveritate ſcripſit, contrariam ſententiam *d. alleg.* 99. *nn.* relatis ſequendam fore exiſtimavit, ut videre eſt *in d. allegat.* 50. *n.* 21. *& ſeqq.* ubi interminis maioratus ſaltuarii reſolvit contra repetitionem, & non eſſe admittendam defendit, & ita in totum ceſſat *d. alleg.* 99.

Tranſeamus nunc ad *alleg. ejuſ-* 159
dem Palm. 100. & in illa inquit *n.* 1. quod maiori natu vocatio referri poteſt etiam ad maiorem natu exiſtentem in linea primogeniti, maxime quando, ut dixit *n.* 2. concurrit aliqua circunſtantia pro primogenitura ex *Spad. & Molin.* ibi citatis; ſed facilius tollitur argumentum ex ipſomet *Palm.* ſibi contrario, quia in *alleg.* 49. *n.* 2. ſcriptum relinquit induci maioratum ſaltuarium ex vocatione maioris natu, & *n.* 3. quod vocatio ſola maioris natu non inducit fideicomiſſum aut maioratum perpetuum, etiam quando vocatus fuit primogenitus ut *n.* 4. quia ut in quit *n.* 5. maior natu intelligitur de maiori in ætate quando vocatio non reſtringitur reſpectu certi gradus, ſed eſt de tota aliqua familia, & ibi allegat *Azeved. Caſtill. Add. ad Molin. & ipſummet Molin. Arguel. & ſeſſ. & Actolin. & etiam n.* 5. & 6. eſt omnino videndus, & *alleg.* 50. per tot. hanc partem defendit, & ita ex ipſomet *Palm.* Ceſſat argumentum, & alivel adductum *n.* 3. circa præſumptionem, quia ut ille inquit *d. alleg.* 49. *n.* 3. *verſ. remanet*, eſt res clara ad favorem natu maioris.

Idem *Palm. n.* 3. deducit conje- 160
cturam maioratus linealis, ex eo quia ordo primogenituræ facilius præſumitur in fideicommiſſo conſtituto ab aſcendente, quam in ordinato à tranſverſali, quia conditio, *ſi ſine filiis*, in quacunque diſpoſitione

tione facta ab ascendente sub intelligitur, quod etiam prosequitur *n.* 5. 7. *ex L. cum avus ff. condit. & demonstr.* & ex DD. ibi citatis: sed hoc argumentum facilius excluditur ex eodem *Palm. d. alleg.* 49. & 50. & maxime *n.* 56. 57. & 58. ubi quod non procedit argumentum, nec mens præsumpta in descendentibus in maioratu constituto ab ascendente, quando maior natu fuit vocatus & verba *n.* 56. & 57. tollunt difficultatem, & sunt sequentia, respondentia ad tale argumentum. *Quia in transversalibus cessat præsumptio de ducta ex L. cum avus ff. condit, & demonstr. quæ in solis descendentibus militat, ut in terminis quæstionis nostræ animadvertit Bellon. jun. cons.* 11. *n.* 43. *licet etiam in dispositione ascendentis, dictam præsumptionem nullo modo sibi locum vindicare, quando vocatus est maior natu de communi, & de certa scientia probat Altograd. jun. contr.* 75. *n.* 42. 43. & 44. ubi sic scripsit.

161 *Et demum non obstat desumptum ex dispositione L. cum avus ff. condit. & demonstr quia quando voluit filios filiorum substituere, id expressit, pro ut in vocatione D. Scipionis unde in substitutione aliorum filiorum simpliciter facta, asserta tacita conditio, si sine liberis, non intelligitur, ut de communi opinione plurimis allegatis firmat Fusar. de substit. q.* 383. *n.* 85. *quod in dubitatum redditur, ex eo quia testator de dictis liberis expresse cogitavit, eos que post mortem omnium dictorum filiorum substituit, ex late traditis per Fusar. d. q.* 383. *n.* 108. & *in individuo, quod quando est vocatus maior natu, dicta tacita conditio omnino cesset, firmat Mantic. de conject. ultim. volunt lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 6. & *aliis allegatis Massin. de confiscat. d. q. quæst.* 33. *n.* 18. 19. *quibus addo Scotum omnino videndum cons.* 1. *n.* 210. 211. 212. *tom.* 1. & *habetur etiam ex Alexand. d. cons.* 4. *n.* 6. *in fin. lib.* 4.

Subscribit etiam *Acolin. resol.* 81. *n.* 18. & *seqq.* ubi eleganter, & concordat cum *Altograd* ubi supra, ex quo *n.* 45, etiam colligitur, differentiam ab eodem *Palm.* allatam inter dispositionem factam ab ascendente, aut à transversale minime subsistere; in tantum enim filius professoris defuncti excluditur, in quantum est minor ætate, & sic qualitatem à testatore requisitam non habent; & in hoc non attenditur, quis testamentum condiderit, sed quid testator dispoluerit, ut sensui patet, & in puncto de dispositione accendentis tradit *Mant. d. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 6. *Cancer. variar. p.* 3. *d. cap.* 21. *n.* 300. & in individuo *Mass. d. q.* 33. *per tot. Scot. d. cons.* 1. *n.* 1991. *Luc. lib.* 10. *de fideicom. disc.* 4. & in eisdem terminis loquuntur citati à *Palm.* ut patet ex *Scot. d. cons.* 1. *n.* 2. 3. & 4. & *ex Fusar. cons.* 39. *n.* 38. nec non *Thesaur. d. q.* 35. *n.* 17. ut videre est *in q.* 34. *in princip.* & *sub. n.* 1. pro cujus maiori corroboratione *Thesaur. d. q.* 35. formavit immo conclusionem nostram potius in testamento ascendentis, quam transversalis procedere dicimus; siquidem omnes lineæ descendentes à testatore pro unica habentur, ut jam diximus, & ipse parem affectionem erga omnes habere præsumitur, & propterea quod sic voluisset, bona ad unicum tantum natu maiorem integre pervenire, ut ex aliis concludit idem *Altograd. d. contr.* 75. *n.* 46. & 47. & idem *Palm. d. alleg.* 50. *num.* 58. & *seqq.* 162

Quoad ea, quæ dixit ipse *Palm. d. alleg.* 99. *n.* 6. ubi quod successio quando aufertur filiis, dicitur turba- 163

ri naturæ ordo, & juris diſpoſitio, in quo conſideratur magnum inconveniens, & abſurdum; jam reſponſum dedimus *ſup. n.* 100. *& ſeqq.*

164 Idem *Palm. n.* 8. inquit, quod maioratus ſaltuarius facilius præſumitur in bonis feudalibus, & in erectione commendæ, de qua re etiam *Luc. de fideicom. diſc.* 1. *ſeqq.* & in jure honorifico, jureque patronatus, ac jure diſpenſandi, ut tenent quos refert *D. Torre d.* 1. *p. de ſucceſſ. in primogen. & maior. Ital. §.* 8. *cap.* 41. *pag.* 774. *n.* 18. 19. *&* 20. *& pag. eadem*, quod potius procedit in bonis liberis, & non maioratus: quia ſaltuarius difficilius præſumitur, & minus in Palatio inſigni, ut inquit ipſemet *Palm. d. alleg.* 100. *n.* 48.

165 Sed hoc argumentum facile excluditur, quia ad conſtituendum maioratum non attenditur ad qualitatem bonorum, ſed ad teſtatoris voluntatem, ut jam ſcriptum relinquimus, & etiam attenta qualitate diſpoſitionis circa Palatii fruitionem, & uſusfructus legatum, & ejus utendi frundi, maioratus ſaltuarius facilius cenſetur inductus; ut tenet, & reſoluit ipſemet *Palm. d. alleg.* 50. *n.* 62. *verſ. ſextum adminiculum.*

166 Idemmet *Palm. d. alleg.* 100. *n.* 9. inquit, quod maioris natu vocatio arguit primogenituram, quando teſtator nomen hoc pro ſynonimo habuit cum illo primogeniti, *&* *n.* 10. *&* 11. quod nepos excludit patruum in primogenituris, maxime quando pater nepotis bona primogenituræ poſſeſſit, prout inquit etiam *n.* 12. *&* 13. ubi quod maior natu nomen eſt æquivocum, & dupliciter intelligi poteſt, & ſecundum aliquos in nihilo differt à nomine primogeniti, & ita concludit *n.* 14. excludendum eſſe maioratum ſaltuarium, & potius admittendum fore linealem, non obſtante fundamento *deciſionis* 16. *Torre* prolatæ in hoc caſu.

Jam hoc argumentum multoties 167
ſupra reprobatum exiſtit, & elegan-
ter reprobatur tam in facto ex teſta-
toris verbis in ipſo explicatis, quam
in jure *à D. Manſ. d. alleg. pag.* 3. *&*
ſeqq. verſ. inde, & apud *Tor. d. cap.*
39. *pag.* 453. *& ſeqq.* & nos latiſſime
jam reſponſum dedimus *ſup. n.* 94. *&*
ſeqq. & adhoc argumentum reſpon-
det etiam *Altograd. contr.* 42. *n.* 63.
& ſeqq. & Actolin. d. reſolut. 81. *n.*
7. *& ſeqq.* & quod magis eſt, ipſemet
Palm. d. alleg. 49. *&* 50. *num.* 17. *&*
ſeqq. & per tot.

Minus officit argumentum ad- 168
ductum *n.* 15. quod qualitas oppoſita
in una ſubſtitutione cenſetur repeti-
ta in altera connexa, & copulata,
quod etiam tradit *n.* 24. *&* 16. quod
ordo ſuccedendi expreſſus in inſtitu-
tione cenſetur repetitus in ſubſtitu-
tione, preut etiam tradit *n.* 22. *&*
23. *&* 26. quod una pars teſtamenti
alteram declarat; quia jam reſpon-
ſum adhibuimus huic argumento *ſup.*
n. 78. *& ſeqq. & n.* 158. & nihil offi-
cit, nec illud adductum *n.* 17. quod
cenſetur conſtituta primogenitura,
quando vocatus fuit filius maior ex
linea recti filii maioris; quia in no-
ſtra clauſula *§. item vult*, non cen-
ſetur vocata linea filii maioris, ſed
tantum teſtatoris, ubi clare vocavit
maiorem ex ſua linea natu, & tunc
ceſſat, quod dicitur de æquivoco *n.*
18. 19. *&* 20. ex dictis ob eodem
Manſ. apud Torre tom. 1. *cap.* 39. *pag.*
456. *& ſeqq.* & ab ipſomet *Palm. al-*
leg. 50. *n.* 11. *& ſeqq. & per tot.* ex
quibus etiam ceſſat argumentum ad-
ductum *n.* 27. *&* 28. quod primoge-
nito vocato, cenſentur etiam voca-
ti ejus filii, & deſcendentes, licet
nulla de eis ſit facta mentio, quia
hæc procedunt in maioratu lineali,
non vero in fideicommiſſo ſaltuario,

in quo excluduntur, & solum admittitur maior natu, penitus exclusa vocatione subintellecta; licet dicatur *n.*29 quod in hoc casu par est virtus taciti, & expressi; quia in maioratus materia tacitum non potest vincere expressum, immo expressum facit cessare tacitum *L. cum ex filio §. 1. ff. vulg. L. fin. cod. de pact. convent. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 87. *n.* 2. *& præs.* 109. *n.*12. *Roland cons* 62. *n.*9. *lib.* 1. *Alexand. in L.* 1. *ff. de verb. oblig.* ibi: *Tacitum nihil operatur in præjudicium expressi, ob id, quod tacitus actus non videtur esse tantæ potentiæ sicut expressus.* Atque ita cum censeatur à testatore natus maior suæ lineæ, & censeatur vocatus expresse, & filius possessoris, ut dicitur in hoc argumento, censeatur tacite vocatus, succedit regula qua cavetur, habentem vocationem expressam præferentiam obtinere in concursu tacitè vocati, & ejus, qui prætendit tacite vocatum fore *ex text. in L. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat.* 2. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.*4. *n.* 33. *Paris. cons.* 21. *n* 16. *lib.* 2. *& cons.* 31. *n.* 40. *Menoch. cons.* 200 *n.*6. *&* 7. *Ruin. cons.* 15. *n.* 19. *lib.* 1. *Pereg. de fideicom. art.* 21. *n.*23 *& Valens. cons.*23. *n.* 143. & 144.

169 Qua dicuntur *n.* 30. *usque ad* 41. circa declarationem hæredis, voluntatis, & confessionis, & observandam fore, & contra regulas juris in materia maioratus, ut eleganter respondet in ipsismet terminis *D. Mans. in d alleg. pag* 16. *& seqq. vers. adversus*, & apud *D. Torre d. cap.* 39. *pag.* 767. *& seqq.* & convincitur à Nobis dictis *forens. resolut. cap.*4. *n.* 38. *& seqq. & in tract. de maiorat. erect cap.*6. *subn* 175. *pag.*411. *vers. sed, & vers confirmatur*, & eleganter *Valeron. de transact. tit.*3. *q.*2. *n.* 13. & 14. quod confessio facta à possessore non præjudicet successoribus; & etiam quod ex actu voluntario facto à possessore maioratus non præjudicetur successori, qui semper potest suum jus defendere, quanvis hæres existat, & habeat causam, & alienationem revocare, ut multis defendit ipsemet *Valeron. de transact. tit.* 4. *q* 2. *n.* 47. 48. & 49. 50. & 51. & *n.*52. & *seqq* ad contraria respondet.

Quæ dictus *Palm. alleg.* 100. *n.* 170
42. *& seqq.* arguit circa observantiam; respondetur etiam optime, tam in facto, quam in jure secundum verba testamenti *à doctiss. alleg. pag.* 19. *vers quo, & vers. non controvertitur*, & apud eundem *D. Tor. d. cap.* 39. *pag.* 470. & 471. & ultra ea, quæ refert, in hac materia non potest introduci observantia interpretativa, ut in d. argumento arguitur in præjudicium successoris, nam si declaratio expressa non nocet successori, ut inquit *Valeron. d. tit.* 3. *q.*2. *n.*12. *& seqq.* multo minus obstare potest declaratio tacita deducta ex observantia contra testatoris voluntatem, quia tunc non diceretur observantia, sed voluntatis destructitio contra *textum in cap. cum dilecti de accusat. Molin. de primog. lib.*2. *cap.*6. *n.*57. *Surd. cons.* 426. *n.* 44. & ita cessat argumentum à communiter accidentibus, deductum, *n.* 49. sicuti etiam, quæ dicit *n.* 51. contra DD. qui scripserunt in hac causa de Grimaldis, & conatur defendere in appendice ex votivo scripto in Florentina maioratus de Grifonibus, transcripto à *fol.* 674. & *seqq.* sub eadem alleg, quæ decisi nihil officere potest, non solum generaliter *ex textu in L. nemo ff. de sentent. & interlocut. & ex cap. licet de sponsa duorum*, & tenent alii quos ego ipse refero *in tract. de simultanea libera, ac turnaria beneficior.*

pro-

proviſione ſede Papalivacante n. 86.

171 Sed etiam ſpecialiter, quia concluſiones adductæ *d. part.* 675. circa ſucceſſionem filii ultimi poſſeſſoris, & lineæ ceſſant in hoc maioratu ſaltuario, ut late diximus ſupra in variis locis, ſicuti etiam ceſſant, quæ afferuntur circa ſynonima maioratus, & primogenituræ, quia jam hoc argumentum retulimus ſupra, & differentiam fore conſideranda inter maioratum Hiſpaniæ, & Italiæ, agnoſcitur etiam *pag.* 676. *verſ. ſecus*, licet *in verſ. cæterum* dicatur quod in Hiſpania, & Italia habeantur pro ſynonimis, cujus totum contrarium probatum extat, & licet *fol.* 677. dicatur, maioratum, dequo ibi, non eſſe ſaltuarium, quia ſunt diſpoſitiones diverſæ, & à diverſis non fit illatio *L. Papinianus ff. minor.* & debeat refelli quod dicitur *pag.* 678. de ſucceſſione filii ultimi poſſeſſoris; totum hoc excluditur etiam ex dictis, ſicuti etiam quæ referuntur contrá DD. qui ſcripſerunt ad favorem maioratus ſaltuarii, quia jam illos defendimus; & magis fuiſſe credendum dd. DD. qui per tractatum, & reſolutiones ſcripſerunt, quam conſulentibus, oſtendimus *ſupra n.* 137. & 138. & cum iſti terminantes ſint in ſpecie, de qua agimus, & ante litem motam, & abſque affectione, ex illis judicanda eſt controverſia, ut deciſum fuit in hac cauſa, ex juridicis fundamentis, & veris mortuis, de quibus *in d. dec.* 16. *apud D. Torre* 3. *p.* quæ non offulcantur ex dictis *à D. Palma*, ſed potius ex noſtra ad illum reſponſione magis clareſcunt, & plus ex illius ſequenti defenſione, in illa parte, in qua impugnatur, quia in cæteris approbatur; & in oppoſitis licet per ſeipſam ſe defendat, nihilominus tamen, ut nihil intactum relinquamus, tales illius impugnationes rejiciendas fore oſtendemus.

172 Et ita revertendo ad aliquorum fundamentorum impugnationem *à D. Palm.* initam; inquit, ille *d. alleg.* 99. *n.* 2. & 3 quod maioratus non poteſt vocari ſaltuarius, niſi ita conſtet ex teſtatoris voluntate, aut conjecturæ efficaces concurrant, ſine quibus non poteſt fieri tranſitus de una linea ad aliam, quia hujuſmodi controverſia poteſt eſſe intriplici ſtatu, ſcilicet, vel clara in favorem lineæ jam admiſſi, vel clara pro prætendente ſucceſſionem per ſaltum, vel dubia; & quod in uno tantum caſu poteſt obtinere prætendens ſucceſſionem ſaltuariam, ſcilicet ſi res pro hac parte ſit omnino clara, quia ſi eſt dubia, ipſa dubietas articulum clarum reddit ad favorem lineæ jam admiſſæ, & inquit *verſ. ab hujuſmodi*, quod à tali argumento licet efficaſiſſimo paucis ſe expedit deciſio, *n.* 18. eo excitato reſpondet, quod talis concluſio non habet locum, quando agitur de maioratu facti, de quo conſtat ex vocatione maioris, & inquit, quod pluribus argumentis reſpondet brevibus verbis præfata *deciſio* 16. *ut ibidem n.* 23. 24. 25. & 26. & addit *verſ. ex duobus*, non ſufficere vocationem maiori natu, ex ſua deſcendentia, quia ut proſequitur, *n.* 4. tale motivum non eſt verum, nec clarum, ſed dubium *ex Menoch. conſ.* 981. *n.* 3. *verſ. præmitto ſecundo*, & ex rationibus, & DD. controverſiis, de quibus ibi ulque *ad n.* 12.

173 Hæc impugnatio deciſionis manifeſtè convincitur, non ſolum ex doctiſſimis deciſionis fundamentis *in d. dec. n.* 17. & *ſeqq.* quibus non ſatisfacit *d.* Palma *in d. allegato loco citato*, ut legenti patebit; ſed etiam, quia, ut jam diximus in terminis hujus vocationis maioris natu, &

descendentis, ex linea masculina di-
di testatoris generici, & indifinite,
resultat clare fideicommissum saltua-
rium, & absque dubio, ut fatetur
ipsemet *Palma d. alleg.* 99. *n.* 4. &
defendit *alleg.* 49. & 50. & hæc est
communis, & indubitata sententia,
ut affirmant DD. citati supra *n.* 11.
34. & *intota hac allegatione*; & in
specie, quod ex simili vocatione
dicatur erectus maioratus saltuarius,
& sit res clara ad favorem maioris
natu, ostendimus supra *n.* 145. &
seqq. & tenet idem *Palm. d. alleg.*
50 *n.* 21. *Altograd contr.* 42. *n.* 29.
& 40. & *alleg.* 75. *n.* 35. & 36. qui
omnes tenent esse rem claram, &
non dubiam ad maioris natu favo-
rem, & licet in dubium veniat, &
revocetur in DD. controvertiam ista
non facit rem dubiam; quia semper
jus est certum, nam licet quæstio
juris sit subtilis, aut difficilis, non
* dicitur dubia, nec altiorem indagi-
nem requirit; quia jus, & ejus re-
solutio semper est certum *L. ornam.*
ff. de aur. & arg. leg. Menoch. de arbit.
lib. 1. *q.* 53. *n.* 5. & 6. & *cons.* 367.
n 5. *Paz de tenut cap.* 38. *n* 24. *Mer-*
lin. forens. tom. 1. *cap.* 76. *n.* 8. &
cap. 96. *n.* 2. *Argel. de acq. poss. q.* 2.
art. 4. *n.* 139. *quos ego ipse* refero
forens. cap. 5. *sub n.* 27. *in novissim.*
impress. inad. pag. 409. *col.* 1. atque
ita licet res controversa foret, cum
vocatio sit sine dubio, & juris dis-
positio certa, dicitur res clara, &
cessat oppositio circa rem dubiam,
quando ex librorum inspectione re-
solvitur; & contra lineam possesso-
ris ex ipsis concludendum fore, &
ad maioris natu favorem est indubi-
tabile, ut sine juris dubio scriptum
relinquimus.

174 Ex quibus corruit impugnatio
ipsius *D. Paln.* adducta *n.* 12. dicen-
tis esse fallum præcipuum decisionis
fundamentum (de qua sub ea *n.* 9.
vers. cæterum esse) scilicet quod
nullus usquam Doctor negaverit in
casu generice vocationis maioris na-
tu ex aliqua linea, vel descendentia
fideicommissi successionem per sal-
tum esse deferendam, quia DD. quos
d. decis. allegavit antea loquuntur in
in simplici maioratu, seu vocatione
maioris natu ex linea, vel descen-
dentibus, & firmant fideicomisso se-
mel in lineam ingresso, successio-
nem (non obstante tali vocatione)
juxta linealem ordinem esse regu-
landam.

Sed tollitur argumentum non so- 175
lum ex DD. allegatis *in d. decis.* sed
etiam à cæteris citatis *à Nobis supr.*
n. 81. & 82. & 83. & ab ipsomet
Palma alleg. 50. *n,* 15. & *seqq.* & *à*
Doctiss. Mans. in d. alleg. & *vers.*
neque pariter vers. & *quam vers.* &
propterea, & *apud Torre tom.* 1 *de*
maior. Ital. cap. 34. *pag.* 459. & *seqq.*
ubi refert, & expendit DD. *à Palm.*
citatos, & ostendit ex illis probari
decisionis fundamentum; non obs-
tante authoritate *D. Luca de linea*
leg. art 8. *n.* 39. quia loquutus fuit
cum affectione, & convincitur ejus
opinio ex dictis supra *n.* 108. 109. &
Crespus, & alii loquuntur in mato-
ratu lineali, & non saltuario, in
quo cessat argumentum, ut fatetur
ipse *Palm. n.* 3. *vers.* & *revera*, &
n. 13. *vers. non negatur d. alleg.* 99.
quia in isto non admittitur, sed po-
tius excluditur filius admissi, ut di-
ximus supra *n.* 91. & 92. & conclu-
dunt ipsemet *Palm. d. alleg.* 50. *Ac-*
tolin. resol. 81. *Altograd contr.* 42.
n. 22. & *seqq.* & *contr.* 75. *n.* 14. &
seqq. & *Menoch. et Surd.* & alii alle-
gati *d. n.* 4. *et seqq.* nam *Surd. cons.*
403 *et Menoch. cons.* 492. scripse-
runt in eadem causa maioratus Mar-
chionum carreti, in quo testator
disposuerat quod decedente Joanne
Vicentio nepote cum filiis, semper,

& in

& in perpetuum maior natu deſcendens ex linea maſculina d. Joan. Vicentii ſuccedere debeat : & ita conſideravit *Menoch.* quod teſtator non vocaverat maiorem natu filiorum ipſius Joan. Vicentii , & ſic reſpective , & gradatim inter ipſos filios; ſed maiorem natu inter omnes deſcendentes ex linea d. ſui nepotis , & ſic reſpectu transverſalium inter ipſos ; cum enim ſub nomine deſcendentium ex linea alicujus compræhendantur omnes ex illa linea provenientes , poterat dari caſus, quo tempore cedentis fideicommiſſi ad
* eſſent plures deſcendentes á D. Vicentio, ſed tamen inter ſe tranſverſales , inter quos vocavit teſtator maiorem natu, ut in ſimili animadvertit *Bero conſ.* 71. *n.* 23. *lib.* 2. & ita conſonat *Menoch.* diſtinctio jam antea tradita per *Alciat* , & probat noſtram reſolutionem, ut doctiſſimi oſtendit *d. allcg. in §* et *quanvis*, et *in §. propterea*, ubi oſtendit omnes DD. à *Palma* citatos eſſe terminantes ad Baptiſtæ favorem , & antea *pag.* 4. *verſ. et quanvis* , & apud *Torre d. p.* 1. *pag.* 455. agit de applicatione conſ. *Menoch.* 981. Surd. & aliorum allegatione , & *n. ſeqq.* ubi eleganter exornat , *et pag.* 458. *n.* 25. *verſ. et ideo* , *et verſ. et hæc et pag.* 459. ubi multos refert concordantes , & approbantes DD. reſolutiones à ſententia adductos ; & nihil amplius dicendum reſtat , niſi tantum , quod ceſſant quæ *Palma dict. numer.* conſiderat , & quod juſtum , et legale eſt præcipuum ſententiæ fundamentum , & ipſemet *Manſ. apud Torre d. part.* 1. 459. *verſ. et propterea* oſtendit , et allegat plures DD. ex quibus vere oſtendit illos loquutos fore non ſolum in diſpoſitione inita à tranſverſalibus ſed á deſcendentibus , in qua vocatur maior natu ex linea teſtatoris vel alicujus generice , & indiffinite , prout etiam tradit idem *Palma alleg.* 50. & ſit ceſſant quæ his *nn.* deducit contra ſententiæ fundamentum juridicum , & legale ut conſtat ex dictis , ex illa patet , & reſoluunt DD. *et D. Torre* citati ſupra *n.* 11. *et* 34. *et ſeqq.*

Idem *Palm. d. alleg.* 99. *n.* 15. impugnat d. doctiſſam deciſionem, aſſerendo , illam intelligere , et interpetrare conſilia *Menoch. Surd. et Theſaur.* juxta terminos deciſionis , tenendo iſtam partem in favorem natu maioris *num* 9. *et* 10. *et in verſ. ſed ſi recte* , aſſerit , quod ſi ponderetur Theſauri doctrina , apparebit , dixiſſe male per *Surd. et Menoch.* ex rationibus ibi conſideratis , *et in verſ. licet* , conſulendo, quod *Surd. et Menoch.* potius in contrarium retorquentur , ſicut etiam DD. citati *n.* 17. *et ſeqq.* ut ſunt *Alexand. Theſaur. Peregrin. Avendan. Cancer. Surd. Gratian. Marth. Fuſar. Magile Belon. Amat. Coſt. Cyarlin. Luca. Sabel. Cenſal. Kanipſehilt. Manſ. & deciſ. Rot.* et aſſerit , quod examinatis authoritatibus dd. DD. adductis *ſub n.* 3. *d. deciſ.* non loquuntur in favorem natu, ut conſtat ex ejuſdem *Palm.* interpetratione.

At vero hæc aſſertio tollitur per 176
inſpectionem dd. DD. quia omnes loquuntur in terminis terminantibus prout oſtendit *d. Doctiſſ. Manſ. in tota alleg.* impreſſa , & tranſcripta apud *Torre pag.* 452. *& ſeqq.* ut nos jam ſupra diximus , & oſtendimus , & defendit ipſemet *Palm. d. alleg.* 49. & 50. *Altograd. d. contr.* 42. *n.* 22. *& ſeqq. & contr.* 75. *n.* 14. *& ſeqq.* & *Prato* eleganter in legato Palatii *diſcept. forenſ. cap.* 38. relicto maiori natu familiæ ipſius teſtatoris , ut ipſemet in principio diſceptationis exponit ; & idem *Redenaſc. conſ.* 82.

etiam

etia n loquitur in legato, ſeu maioratu particulari Palatii, prædii, in loco Fagnani, ad quod natu maior familiæ de Adua vocatus erat; & *Sabel. reſ l* 40. decidit articulum in legato ſcutorum quindecim mille in favorem maioris natu ex deſcendentia Franciſci de Guardis; & *Alexand. conſ* 4. loquitur de hæreditate, ſicut etiam *Surd. conſ.* 403. & *Menoch. conſ.* 442. & *Theſaur. lib.* 1. *q.* 35 & *lib* 2. *q.* 20. articulum decidunt ſuper maioratum de Carretis, & *Bellon. conſ.* 11. *in bonis liberis*, & *Balthaſ. Thom de maior.* & *primogenit.* loquitur etiam in maioratu relicto maiori natu, & *Surd. conſ.* 455. reſpondit, in individuo teſtamenti teſtatoris, & *Gratian. cap.* 456. *in fideicommiſſo*. & etiam *Mangil. de imput. q.* 77. *n.* 169. & *Fuſar. conſ* 39. & 40. ſicut etiam *Cenſal. ad Pereg. art.* 13. *fol.* 21. & *Manſ. in d. alleg. apud Torre pag.* 452. & etiam *Actolin.* loquitur in noſtris terminis *reſol.* 81. & iſte *Theſaur.* ut teſtatur ipſemet *Palm. alleg* 49. & 50. *Altograd.* & alii ex citatis, & allegatis *ſup. n.* 91. & 92. loquuntur de fideicommiſſo, & maioratu jam ingreſſo, & contra filium poſſeſſoris ad favorem maioris natu, & admittunt tranſitum unius lineæ ad alteram.

177 Ex quibus infertur ceſſare conſiderationem ipſius *Palm. d. alleg.* 99. *ſub n.* 35. *verſ. ex quorum*, aſſerentis, duo præcipua fundamenta d. decil. ceſſare, quorum unum erat, quod n llus Doctor dixerit, in vocatione generica maioris natu, prærogativam lineæ, in quam fideicommiſſum ingreſſum fuit, attendendam fore: Alterum, quod authoritates per eam ibi commulatæ erant omnino punctuales; quia ut inquit *in verſ. quo* & *n.* 36. 37. *et* 38. loquunturi in feudis.

178 Sed hac oppoſitione non obſtante, verum eſt deciſionis fundamentum, quia ut jam diximus, DD. à nobis citati ſunt punctuales, & terminanter loquuntur, & individuo caſus noſtri, ut jam advertimus ſupra proxime *n.* 176. & quando loquerentur in inveſtitura feudorum, prout fatetur ipſemet *Palm.* adhuc etiam ex illis decidenda erat controverſia, ut jam diximus *ſupr. n.* 151. *et* 152. quibus addo; quod quando jura feudalia fundantur in ratione vocationis, poſſunt allegari extra caſus feudales, *Franciſc. Curt. jun. in ſuo tract. feudal. in princip. pag.* 3 *et* 4. *verſ. tertio principaliter qnæro*; & ſic communiter videmus, quod DD. arguunt de feudo ad maioratum etiam data diverſa ratione, ut tenent *Bald. in L. cum antiquioribus col.* 4. *verſ. ſexto probatur*, *Socin. conſ.* 47. *vol.* 3. qui arguit *ex cap.* 1. an mutus, vel aliter interfectu, admittatur ad ſucceſſionem maioriæ, & ibi dixit, quod maioratus pro maiori parte accedit ad naturam feudi, & alibi ſæpe DD. & in veritate illæ deciſiones feudales multum accommodantur ad maiorias, quæ ſunt in uſu, & jure, & DD. in hoc loquentes tam in feudalibus, quam in aliis caſibus extra feudum, ubi maſculi ſeniores vocantur, in quacunque diſpoſitione loquantur; & ita de feudo argui poteſt ad fideicommiſſum *Joann. in rubr. de teſtam. col. fin.* quia in illis ſucceditur ex diſpoſitione hominis, qui poteſt facere de bonis ſuis, quod ſibi placuerit, & illa conferre quibus vellit, ut confert, quando vult, quod ſuccedat maior natu; quo caſu ſuccedit, & excludit filium jam admiſſi, ut jam diximus, & conſtat ex DD. citatis *n.* 81. 82. *et* 83. 91. *et* 92. & ita penitus rejicienda venit, quæ ipſe *Palm.* inquit *d. n.* 38. *verſ. ſi igitur*, *et verſ. remanet*; & ad illud, quod dicitur *pag.* 661. contra

vo-

votum Seraphini, & Pamphilii, jam ſupra multoties ſatisfecimus *n.* 116. *et ſeqq.* & quod dicitur circa conſiderationem vocati ex linea fœmina tollitur ex dictis *ſup. n.* 78. Atque ita omnino ceſſat, quod ibi dicitur, *à Palm. et pag.* 662. & ita ſuccedendum eſſe maiorem natu exiſtimamus, & excludere filium ultimi poſſeſſoris ex vi vocationis, quæ ſemper primum locum in ſucceſſione ſibi obtinet, ut late jam ſupra diximus, & tenent quos ego ipſe refero *forenſ. cap.* 4. *n* 122. & ſic liberantur ſententiæ doctiſſima fundamenta ab oppoſitionibus *D. Palmæ.*

179 Præfata argumenta *D. Palmæ* deducta fuere à ſubſtantia omnium allegationum ſcriptarum à DD. conſulentibus, & ſcribentibus pro parte D. Hieronymi, ut patet ex ipſorum allegationibus tranſcriptis *à Doctiſſ. Torre* §. 2. *pag* 473. § 3. *pag.* 487. §. 4. *pag.* 505. §. 5. *pag.* 513. §. 6. *pag.* 517. § 9 *pag.* 565. §. 13 *pag.* 625 *cap.* 40. § 1. *pag.* 652. *et ſeqq. cap.* 41. §. 2. *pag.* 665. §. 4. *pag.* 691. §. 6. *pag.* 729. §. 7 *pag.* 755. §. 8. *pag.* 771. & cum reſponſione ad *Palmæ* fundamenta tolluntur ea omnia, quæ ſparſim ſcripta fundamenta fuerunt, & etiam ex eleganter notatis, & exornatis ab eruditiſſimis ſcribentibus pro D. Baptiſta penes ipſum *Doctiſſ. Torre*, ubi invenitur *in d. cap.* 39. illa optima allegatio exarata *à Doctiſſ. Manſ. pag.* 452. *et ſeqq* ubi omnia dixit, & ad omnia in ipſamet allegatione reſpondetur, *et* § 8 *pag* 553. pariter etiam ſcripta *à d Manſ. et* §. 10. *pag.* 601 *et* § 2. *pag* 640 *et cap.* 41. §. 1. *pag* 660. *et* §. 3. *pag* 677. *et* §. 5. *pag.* 698. & in omnibus eleganter ad omnia reſponſionem datam eſſe reputamus, & ab ipſo *Torre* in locis citatis *ſupr. n.* 11. *et* 34.

180 *Ad Emmmentiſſ. Lucam lib.* 10. *de fideicom. diſc.* 1. *et ſeqq.* pariter reſpondemus ex dictis ad argumenta *Palm.* & ipſemet *Doctiſſ. Luc.* ſcripſit ad inſtantiam D. Hieronymi, prout conſtat *ex diſc.* 202. *in ſupplementis ad d. tit.* ex quo conſtat de affectione caulæ, & poſt illum, & eo reprobato, contrariam reſolutionem, & ad favorem D. Baptiſtæ defendit *Doctiſſ. Altograd. d. contr.* 75. *in n.* 14. *et ſeqq.* ubi eleganter exornat, & erudite pertractat, & hanc eſſe veram ſententiam in terminis propoſitis, & ſequendam profitetur ipſemet *Doctiſſ. Torre*, quando libere ſcripſit *tom.* 1. *de maior. Italiæ cap.* 2. *n.* 40. *et tom.* 2 *q.* 1. *n.* 7. *et ſeqq. et n.* 13. *et multis ſeqq. uſque ad* 34. ubi adhoc allegat DD. à *Palm.* reprobatos, & ſequitur *q.* 35. *et* 3. *p. dec.* 5. *n.* 25. *et dec.* 15. & ut omnia ex adverſariorum dictis in favorem D. Hieronymi omnino ceſſent, & quæ dicta ſunt ad favorem D. Baptiſtæ confirmentur, eſt pro cronide videnda *deciſ.* 21. apud eundem *Torre* 3. *p.* in qua totus noſter caſus prorſus proponitur, & eadem forma diſpoſitionis exaratur, ut videre eſt *pag.* 153. *in princip.* §. *item medietatem domus, ſeu Palatium*, & *in verſ. poſt mortem*, invenitur ipſamet vocatio, ut patet ex verbis ibi: *Et ſemper utatur, & pertineat primo d. Michaeli, dum vixerit, & poſtea pertineat, & ſpectet ad maiorem natu deſcendentem d. Michaelis.*

Hæc eſt eadem vocatio noſtri te- 181
ſtatoris, circa quam orta fuit controverſia inter maiorem natu, & filium ultimi poſſeſſoris, & dubitatum fuit, an attendenda foret prærogativa ætatis illius, qui futuris temporibus eveniente caſu ſucceſſionis eſſet in maiori ætate conſtitutus, vel potius in linea, & deſcendentia maioris natu ſemel admiſſi, itaut ſucceſſio maioratus deferri deberet, juxta naturam primogenituræ; an autem

tem per ſaltum : in qua controverſia reſolutum fuit, ſaltuariam eſſe ſucceſſionem, & admitti natu maiorem, excluſo filio ultimi poſſeſſoris, ut invenitur ſcriptum *in d. deciſ.* 21. *n.* 29. *verſ. fuit* & *n.* 30. ſequentibus verbis terminantibus, & ad noſtrum propoſitum cohærentibus, ut patet ibi : *Fuit etiam in hac cauſa excitatum dubium, an in ſucceſſione iſtius maioratus, attenenda eſſet ſola prærogativa ætatis illius, qui futuris temporibns eveniente caſu ſucceſſionis eſſet in maiori ætate conſtitutus, vel potius in linea, & deſcendentia maioris natu ſemel admiſſi, ita ut, ſucceſſio maioratus deferri debeat ſecundum juris diſpoſitionem, juxta naturam primogenitnræ, non autem per ſaltum, in quo tamen articulo Domini, uno excepto, fuerunt concordes, in maioratu ſcilicet, de quo agitur, ſaltuariam fieri ſucceſſionem, & admitti eum, qui eſt maior ætate, non curato filio, aut nepote ultimi poſſeſſoris, ex eo moti, quod ea verba ibi poſt mortem prædictorum ſemper pro dimidia utatur, & pertineat primo dicto Michaeli, dum vixerit, & poſtea pertineat, & ſpectet ad maiorem natu deſcendentium d. Michaelis expreſſe indicant, quod vocatus fuit maior natu deſcendentium d. Michaelis indifinite, & univerſaliter ex tota, & univerſa familia ortum habente à d. Michaele, quo caſu cenſentur dividentes habuiſſe reſpectum ad perſonam, quæ ſit maior in ætate ex genere ipſius Michaelis, non autem ad ſanguinis ſucceſſionem, & in hac ſpecie omnes DD. firmant, fieri ſaltuariam ſucceſſionem, ut ſcribunt ſequentes Alexand. conſ. 4. lib. 4. uti addens inquit, recte eum conſuluiſſe, Surd. conſ. 455 n. 14. & ſeqq. Belon. jun. conſ. 11. n. 39. ubi ſcribit, ita fuiſſe pronunticiatum, non obſtante contrario conſ. Barbat. Theſaur. q. forenſ. lib. 1. q. 35. n. 17. ubi pariter ita judicatum fuiſſe aſſerit, & veniorem eſſe hanc ſententiam tradit Cyarlin. contr. 222. n. 54. & ſeqq. Gratian diſcept. forenſ. cap. 456. n. 83. & 84. & cap. 695. n. 3. Manſ. conſul. 95. ſub n. 25. & ibi Rot. luc. conſ. 96. n. 5. Maſſin. de confiſcat. q. 33. n. 8. & ſeqq. & præſertim n. 14. & 21. ſequitur Rot. Et n. 36. ipſemet Torre verſ. non obſtat* reſpondet ad argumentum, quod ſucceſſio reguletur ſecundum ordinem primogenituræ, cujus contrarium oſtendit *n.* 37. in Italia obſervandum fore, ex *Moriſc. Fuſar. Belon. Theſaur. Actolin. Cyarlin.* & *Prat.* ut patet ex verbis ibi : *In Italia verior eſt ſententia, quod valde interſe differat primogenitura, & maioratus : quia primogenitura capitur civiliter, & propterea regulatur juxta juris communis diſpoſitionem, & ſucceſſionem, verbum vero Maiornatu, ſimpliciter prolatum ſumitur naturaliter de eo ſcilicet, qui defacto eſt maior ætate tempore ſucceſſionis ; & in verſ. minus obſtat*, reſpondet ad argumentum proximitatis, & lineæ in ſequentibis.

In noſtro autem caſu vocati ſunt maiores nati indiſtinctè, & univerſaliter ex deſcendentibus d. Michaelis ſenioris, nullo habito reſpectu ad lineam alicujus filii d. Michaelis, conſequenter pro maiore natu intelligitur ſenior ætate illius, qui ex univerſa alia deſcendentia d. Michaelis tempore ſucceſſionis talis reperitur, eſſe juxta magis receptam ſententiam DD. dequibus ſupra facta eſt mentio, quibus addi poſſunt Mangil. de imput. quæſt. 77. num. 70. & 169. Capic. Galeot. controv. lib. 2. contr. 48. num. 59. Redenaſc. conſ. 182

conſult. 82. *n.* 1. *Prat. diſcept.* 38. *n.* 45.

183 Atque ita cum teſtator noſter in clauſula teſtamenti ſeparata *Item vult quod* vocaſſet maiorem natu deſcendentem â ſua linea maſculina generice, indiſtincte, & indiffinite, univerſaliterque, nullo habito reſpectu ad lineam, de qua non fit mentio in d. clauſula, inductum fore maioratum, & fideicommiſſum ſaltuarium, latiſſime oſtendimus, & profitetur idem *Torre*, adverſarius noſter, *d. dec.* 21. *n.* 1 *& ſeqq.* & reſolvunt omnes citati, & probat *Urſul. conſult. forenſ. cap.* 74.

184 Et ratio decidendi eſt, quia maiores natu, & ſenes præſumuntur prudentiores, ſapientiores; probatiores, & bonorum conſervatores, juvenibuſque an virtutibus excellere, utpote quia uſu rerum docti prudentiam ſibi comparare potuerunt, *Menoch. de præſum. lib.* 6. *præſ.* 471. *Ricius dec. Curiæ Archiep. dec.* 334. *n.* 5. multa refert *Aug. Barb. in cap. dudum de elect. n.* 3. *& ſeqq.* Eſt quippe ætas, ut *Plautus ait*, *condimentum ſapientiæ*, *& juxta Plinium juniorem*; *ſola in ſenectute prudentia*. Unde Romani, & Itali, ut Valerius Maximus inquit: *Senum autem conſilio imperium ſuum ad altiſſimum majeſtatis faſtigium evexerunt*, quod & *Ouvid. lib.* 5. *faſtor.* probat.

Magna fuit quondam capitis reverentia Cani,
In que ſuo pretio ruga ſenilis erat.
Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem.
Jura dabat populo ſevior, finitaque certis,
Legibus eſt ætas, unde petatur honor.

Exornat *Solorſan. emblem.* 48. de modo in conſiliis præſtandis ſervando; & ultra quæ refert in toto orbe ita obſervari teſtantur hiſtorici, nam Lacedemonii ſolum ad ſenectutem attendebant ad bona conſervanda, & honores obtinendos, prout teſtatur *Juſtin. lib.* 3. *& Plutarc in apopo*, & ita obſervari ab Athenienſibus teſtatur *Valer. Max. lib.* 4. *cap.* 5. *Joan. Andr. in cap. quanto de translatione epiſcopi n.* 15. *Benedict. in cap. Raynutius in cap. adjectæ impuberi n.* 71. penes Egiptios idem practicari, tenet *Herodot in Euterpe.* qui ſubdit hac in re Egiptios cum lacedemoniis convenille: inter Albanos etiam ſic tranſivit, ut ſcriptum relinquit *Strabo lib.* 11. coram Carthaginenſibus ita teſtimonium præſtat *Conſil. Carthaginenſ.* 4. *cap.* 84. *Joſeph de antiquitatibus lib.* 17. *cap.* 1. de Tartaris, & Arabis idem dicunt *Stobæus cap.* 42. *Diodorus lib.* 12. & inter animalia cognoſcitur reverentia ſenioribus debita, ut aſſerunt *Aelianus lib.* 8. *animalium*, *Plinio lib.* 8. *natural. hiſtor. cap.* 185

Quæ dicta ſunt probantur omni jure; de divino conſtat ex *levit. cap.* 19. ibi: *Coram cano capite conſurge*, *& honora perſonam ſenis Geneſ. cap.* 24. *Petr. in* 1. *epiſt. Cath. cap.* 5. ibi: *Adoleſcentes ſubditi ſote ſenioribus*, refert *Alberic. in L. veluti de juſtit. & jur. col.* 2. *Luc. de Pena in L.* 1. *verbo prior cod. de conſulib.* 186

De jure naturali oſtenditur in *cap. eſt ordo* 33. *q.* 5. pulchre *Ariſtotel.* 2. *polit. Alberic. de Roſ. in L. ſemper in princip. ff. de jure immunit.* quem ſequitur *Jaſon. in L. cum quid ff. ſi cert. pet. n.* 43. *& in conſiliis conſ.* 192. *vol.* 1. *n.* 1. 187

De jure gentium profitentur *Angel. & Ruin. in L. ſed ſi hac ff. ſed & ſi* 188

per pœnam ff. de in jus vocand. Jason. d. cons. 192. *n.* 1.

189 De jure Canonico observant *textus in cap. his igitur* 23. *dist. vers. senioribus quoque cap. conquestus* 9. *q.* 3. *cap. priscis dist.* 55. facit quod notatur *in cap. anteriorum §. illo videlicet* 2. *q.* 3.

190 De jure civili, etiam senioribus concedenda fuisse quam plurima privilegia, & prærogativas, constat apud *Jason d. cons.* 192. *per tot. Cepol. in tract. imp. milit.* ubi cumulat quinquaginta privilegia senectuti concessa, & *Roman. in L. si vero §. de viro ff. solut. matrim. fallent.* 5. *Cassan. in Catalog. gloriæ mundi p.* 11. *consid.* 17. *Cardinal. Paleot. in tract. de senect Tiraquel. in præfat. primog. n.* 79. cum multis aliis *Gratian. forens. cap.* 506. *n.* 39. & 41. & probatur *per textum in L. semper ff. de jure immun. L. ad personas egregias ubi glos. ff. de jure jurand. L.* 1. *cod. si advers. libert. L.* 1. *cod. si advers. libert. L.* 1. *cod. advers. fiscum Valens. cons* 82. *n.* 9.

191 In antiquis etiam sapientiam, & multo tempore prudentiam ad bona & authoritatem conservanda concedi scriptum est apud *Job. cap.* 12. & *cap.* 31. *Ecclesiast. cap.* 8. & 15. *textus in cap. sciendum* 26. *quæst.* 4. & *in cap. ex multa devot.* Et ideo nil mirum, quod testator noster voluisset à maioribus natu ex prudentia, & authoritate Palatium conservari, vocando semper maiores natu ex sua descendentia absque lineæ mentione quo casu cum erectus fuisset maioratus saltuarius, cessant omnia quæ in contrarium adducta sunt circa lineæ prærogativam, ut fatentur omnes ex utraque parte scribentes, & agnovit *Palm. d. alleg.* 99. *n.* 3. *vers.* & *revera*; idcirco clara manet justitia D. Baptistæ, indubitabilis Rotæ Januensis sententia, & illius professio justissima ex dictis ab eodem *Doctiss. Torre de maior Ital. p.* 2. *q.* 1. *n.* 35. & *seqq.*

Pateant dictis sapientissimi scribentes in hac causa quia incolligendo, & conscribendo, hoc opusculum aggressus fui opus sane difficile, atque arduum, meisque humeris impar; & si error à me fuit commissus ingenii mei tenuitas, & spatium duodecim dierum, in quo scripsi, ut spero, facilem excusationem merebitur. Humanum enim est errare, & nemo doctissimorum hactenus extitit, qui non contradicentem habuerit; sed ego, sicut scribo, judicarem; & si aliquid est elapsum, quod Catholicæ fidei, aut christianæ Religioni aliquatenus adversetur, vel ignaro minus probari contingat, id omne indictum, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ, aut cujuslibet melius sentientis correctioni subjectum, ex debito voveo, & ex animo volo, & ita subscribo; Ulyssipone decimo primo Decembris 1690.

TES-

TESTAMENTO
DEL M.
GERONYMO GRIMALDO,
FATTO L' ANNO 1550. *PRIMO*
Aprile.

IN nomine Domini. Amen. Quia melius eſt metu mortis vivere, quàm ſpe vivendi ad ſubitaneam mortem pervenire. Idcirco hæc cogitans Nob. Hieronymus de Grimaldis q. Georgii, ſanus Dei gratia, mente, ſenſu, loquela, corpore, & intellectu, & in ſua bona, & ſana memoria exiſtens Divinum judicium tremebundum timens, cujus hora mortalibus incerta eſt, teſtari cupiens ne inteſtatus decedat, & ne poſt ſui obitum de bonis ſuis contentio poſſit oriri per præſens ſuum nuncupativum teſtamentum, quod ſine ſcriptis dicitur, de ſe, & bonis ſuis prout infra diſpoſuit, & ordinavit.

In primis enim quando cum mori contigerit, animam ſuam Altiſſimo, & toti Cæleſti Curiæ humiliter comendavit. corpus autem ſuum juſſit debere ſepeliri in Monaſterio Sancti Franciſci Genuæ, & quod inſtauretur Capella exiſtens in eo Monaſterio, quam ipſe Teſtator ſic aſſerens obtinuit, cum ab hæredibus q. D. Lodixii de Auria una cum ſepultura in dicta Capella exiſtente, vel quod de bonis dicti Teſtatoris alia ſepultura fiat in eo Monaſterio, ſecundùm tamen, & prout viſum fuerit D. Luchinettæ ſuæ uxori, & Baptiſtæ ſuo filio, pro cujus exequiis, & funeris impenſa juſſit, & voluit idem Toſtator expendi debere de ejus bonis, quantùm ipſis uxori, & filio videbitur.

Item legavit, & noluit, quod ſtatim ejus Teſtatoris morte ſequuta pro ejus anima celebrentur mille Miſſæ, & Miſſæ S. Gregorii per illos fratres Religioſos, & in ea Eccleſia, vel Eccleſiis, ſecundum quod ordinaverit Luchinetta prædicta, quæ ſolvat, & det de bonis dicti Teſtatoris pro elemoſina pro ipſis Miſſis celebrandis quantum ipſa Luchinetta voluerit

Item legavit Hoſpitali Pammatoni Januæ libras quinque millia pro eis tamen, & non aliter expendendis in fabrica, & reparatione dicti Hoſpitalis, & Hoſpitali reductus Genuæ Infirmorum incurabilium libras centum Januarum.

Item ordinat, quôd de bonis dicti Teſtatoris quamprimúm fieri potuerit ſecuta ejus morte emantur loca mille Comperarum Sancti Georgii, quæ emptio fiat ex primis pecuniis exigendis ex bonis ipſius, quæ ſcribantur ſuper ipſum Teſtatorem in una Columna, de quorum annuis proventibus fiat quantum pro dimidia eorum annuatim diſpenſatio tempore exculationum per ſpectatum Officium Suffragii Pauperum, cum interventu tamen, & conſenſu Baptiſtæ filii dicti Teſtatoris in Janua inter Pauperes miſerabiles juxta tamen ſolitum, & eo Baptiſta defuncto una cum maiori natu ex linea maſculina ab eo Baptiſta deſcendente, & hoc ſervetur perpetuo modis

prædictis, ita quod per ipſum ſpectatum Officium, quod pro tempore fuerit una cum maiori natu ex ea linea maſculina deſcendente prout ſupra, qua linea maſculina deficiente, ipſa diſpenſatio dimidiæ dictorum proventuum annuatim tempore exculationum prout ſupra fiat per idem ſpectatum officium una cum filia maiori natu dicti Teſtatoris, quam tunc haberet, ſi viveret, & non viveret una cum maiori natu maſculo legitimo, & naturali nato ex ipſa maiori filia ſi extaret, & ſi non extaret ipſa filia maior, vel dictus filius maſculus ex ea, loco ſui in ea diſpenſatione ſuccedat ille maſculus maior natu, qui adeſſet ex filia maiori natu dicti Teſtatoris, qui viveret, & de maiori natu in maiorem natum ex ea linea filiarum dicti Teſtatoris ſuccedatur ad eam diſpenſationem una cum ipſo Officio, & hoc ſervetur perpetuò prout ſupra.

Reliqua autem loca quingenta multiplicentur de proficuo in capitale per dictum ſpectatum Officium quod pro tempore fuerit una cum maiori natu deſcendente ab ipſo Teſtatore, & à ſua linea maſculina, & ea linea maſculina deficiente, ex linea fœminina deſcendente á filiabus dicti Teſtatoris, quarum maior natu ſemper præcedat, uſquequo dicta loca quingenta aſcendat ad numerum locorum octo millia, quo numero facto, & completo proventus annuit ipſorum tempore excuſationum diſpenſentur per dictum ſpectatum Officium Pauperum, quod pro tempore fuerit, una cum maiori natu ex linea maſculina dicti Teſtatoris, qui pro tempore erit inter pauperes miſerabiles ordine, & modis, quibus ſuperius dictum fuit, & ordinatum, reſpectum proventuum ſupraſcriptorum aliorum locorum quingentorum, quorum proventuum excuſationes ſingulis annis fieri debent, & dicti proventus vendi debeant Cabellotis, qui pro tempore erunt, & proceſſum eorum proventuum venditorum prout ſupra dictum fuit uſquequo fuerint loca octo millia prout ſupra, & exinde proventus diſpenſentur prout ſupra, quod ſerviat pro anima ipſius Teſtatoris, & pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, in eventum, quod poſſit dici, vel prætendi, quod aliquod turpe lucrum per ipſum factum eſſet in Cambiis, aut in emendis, vel vendendis mercibus, cum intendat toto ſuo poſſe ejus conſcientia exonerari.

Et propterea mandat, & ordinat dictus Teſtator, quod ex bonis ſuis pariter emantur alia loca mille dictarum Comperarum ſcribenda ſuper dicto Teſtatore, de quorum annuis proventibus detur illis filiabus ſuis deſcendentibus, etiamque indigentibus victu, & veſtitu earum, judicio tamen ſuorum fideicommiſſariorum, & non aliter, in quibus fideicommiſſariis circa hoc non poſſint intervenire illi, qui forte prætenderent habere talem neceſſitatem, illa pars, quæ videbitur dictis ſuis fideicommiſſariis prout ſupra, dummodo ipſa pars proventuum non ſit maior ſupraſcriptis proventibus locorum 400. annuatim pro qualibet earum, & eis fideicommiſſariis, prout ſupra defunctis, prædicta fiant in omnibus prout ſupra per illum, qui eſſet propinquior dicti Teſtatoris pro tempore in ſocietate tamen unius ex ſpectato Officio Suffragii Pauperum, & unius ex ſupradicto Officio Miſericordiæ, qui duo reſpectivé per ipſa officia ad maſculos albos, & nigros debeant eligi, & quantum ſingulis annis ſuperabit ex eis annuis proventibus ipſorum mille locorum debet multiplicari per ſpectatum Officium 1444. cum ſolita priviſione in alia loca ſcribenda ſuper iptum teſtatorem, vult ta-

tamen, quod proventus eorum annuatim secutis ipsis excusationibus vendantur intra annum Cabellotis usquequo ascendant ad numerum locorum octo mille, quo numero completo, mandat, quod de annuis proventibus eorum tempore excusationum respondeatur hæredibus dicti testatoris, qui pro tempore erunt æqualiter in stirpem tamen, & non in capita ex linea masculina de legitimo matrimonio præcedat, & ea defuncta in linea fœminina æqualiter in stirpem, & non in capita prout supra, vult tamen quod si adessent filiæ, & patres earum haberent necessitatem in maritandis eis judicio tamen maioris natu ex propinquis, quos pro tempore haberet dictus testator, & judicio unius ex spectato Officio Suffragii Pauperum, & alterius ex spectato Officio Misericordiæ, qui debeant eligi prout, supra, & qui pro tempore erunt, quod pro quolibet iplarum filiarum, dari ex eis proventibus, pro earum dotibus, usque in summam librarum duodecim millium i, sorum, proventuum, ne transeant in filias earum fœminarum usque filias filiarum dicti Hieronymi testatoris, & non ultra, & si ex eis filiabus ex linea masculina, & fœminina descendente ab eo testatore non extarent vult quod in hujusmodi, quæ debent dari dictarum filiarum habentibus necessitatem prout supra succedant hæredes D. Jacobi sui fratris, quibus deficientibus succedat Officium Pauperum, quod Officium, dicto casu proventus ipsos dispensat inter Pauperes miserabiles secundum quod sibi videbitur.

Ulterius ordinat, quod emantur alia loca centum earum Comperarum quæ super ipsum testatorem scribantur, multiplicanda annuatim modis superius dictis. usquequo fuerint in totum loca duo millia, quæ sic scripta supradictum testatorem perpetuo stari debeant, de quorum proventibus annuatim respondeatur Primogenito ex descendentibus dicti testatoris ex linea masculina, qua linea masculina deficiente de proventibus ipsius respondeatur maiori masculo natu filiæ maioris dicti testatoris, & hoc servetur perpetuo ordine, & modis prædictis.

Item vult, quod Domus sua cum viridario, & pertinentiis sita Genuæ apud Sanctum Franciscum, in qua in præsentiarum ipse testator habitat, non possit ullo unquam tempore alienari, vendi, nec obligari, aut pignorari aliquo prætestu, tempore aliquo prohibendo talem alienationem, pignorationem, vel obligationem, immo vult, quod semper sit inalienabilis, & in bonis ipsius testatoris, & quod illa frui, & gaudere perpetuo possit maior natu descendens à linea masculina dicti testatoris, & ea linea deficiente maior natu descendens à filia maiori ejusdem testatoris, & ordine, ac modis prædictis hoc perpetuo servetur.

Item legat dictæ Luchinettæ suæ uxori libras novem millia Januæ, quas prout fatetur habuit pro suis dotibus, & ultra vult, quod ipsa annuatim habeat in ejus vita tempore excusationum annuos proventus locorum quingentorum, qui proventus secuta morte dicti testatoris spectent hæredi ejusdem testatoris, & quæ loca quingenta de bonis dicti testatoris, etiam emantur, si sic voluerit dicta Luchinetta, & sub eis scribatur, quod de proventibus annuis temporibus excusationum dictæ Luchinettæ respondeatur, & si non emerentur, habeat ipsa Luchinetta dictos annuos proventus eorum prout supra dictum est, & contra hoc nihil possit opponi, quod habeat locum, si steterit in habitu viduali, & non aliter.

Item

Item vult, & disponit, quod dicta Luchinetta ea stante in habitu viduali prout supra donec vixerit, gaudeat pro libito domo predicta cum Villa, & arnedsibus dicti testatoris, & gubernetur decenter in bonis ipsius testatoris, & nihil contra hoc possit opponi.

Reliquorum, &c. sibi hæredem suum universalem instituit, & esse voluit dictum Baptistam suum filium solum, & in solidum, cui valdè comendat, ut velit dirigere descendentes masculos, & sic filias à filiabus dicti testatoris, maximé illos, qui ex eis fuerint indigentes.

Fideicommissarios autem, & executores dicti sui testamenti, & ultimæ voluntatis constituit, & esse voluit Luchinettam uxorem, Baptistam filium, quoscunque Generos dicti testatoris, qui tunc, & pro tempore viverent, & maior pars possit exequi, in qua tamen esse debeant dicti Luchinetta, & Baptista, & non aliter, quibus, &c.

Et hæc est.

Cassans, &c.

De quibus omnibus, &c.

Per me Paulum Pinellum Raymundum Notarium.

INDEX
TRACTATUS UTILISSIMUS, DE SPURIIS,

A

Actio.

Dilatoria libelli in actione reivindicationis quis agat cap. 118. p. 82. num. 1. 2.

Actus.

Vid. in actu non est, sed in potentia. Cum libelli vel effectus ex processu transmittitur. cap. 118. p. 82. n. 40.

In actione duo requisita ad constituendum articulari debent. cap. 118. p. 82. n. 3.

Acrescere.

Eodem jure hæres gaudet, ac acrescentis portio quæ defuncto si viveret acrescere caperet. cap. 117. p. 80. n. 95.

Inter hæredem, & legatarium non datur jus acrescendi tanquam succedentem diverso jure. n. 115.

Ætas.

Qui majorem habet ætatem, dicitur major natu alii. p. 116. n. 67.

Qualitas ætatis non est transmissibilis ad filios n. 58.

Nam ubi consideratur ætas in-

TRACTATUS UTILISSIMUS, DE SPURIIS,

INDEX COPIOSUS.

OMNIUM, SIVE NOTABILIORUM,

Quæ continentur in capitulis 117. 118. 119. 120. & in celebri allegatione de Linea Saltuali

Prior numerus denotat Capitulum, ſecundus ſi fortaſſe eſt Paginam, tertius autem, Numerum marginalem, & ubi ſolum unus adeſt marginalis eſt.

A

Actio.

DEforma libelli in actione reivindicationis quis agat cap. 118. p. 82. numer. n. 1.

Actus.

Qui in actu non eſt, ſed in potentia tantum habendi vel eſſendi in hæredem tranſmittitur. cap. 117. p. 21. n. 46.

In hac actione duo copulatione neceſſario articulari debent n. 2.

Acreſcere.

Eòdem jure hæres gaudet ut ei acreſcat illa portio quæ defuncto ſi viveret acreſceret cap. 117. p. 30. n. 65.

Inter hæredem, & legatarium non datur jus acreſcendi tanquá ſucedentes diverſo jure n. 115.

Ætas.

Qui maiorem habet ætatem, dicitur maior natu all. p. 116. n. 57.

Qualitas ætatis non eſt tranſmiſſibilis ad filios n. 58.

Nam ubi conſideratur ætas inſpici-

picimur ſucceſſorem, non eùm qui ſuceſſit in his quæ poſt mor. illius ſumunt initium vel effectum ibidem.

Ætas omnium rerum eſt perſonaliſſima, quæ numquam tranſit in filium nam ætas patris, non poteſt eſſe ætas filii ibidem.

Ita maioratu ſaltuario maior ætas ſucceſſionis tempore attenditur, quam alias n. 103.

Prærogativa ætatis prævalet lineali quoties verſatur quæſtio ſuper exquirente induſtriam perſonæ, vel actum prudentialem, magis adaptabilem, & congruum maiori natu effective num. 120.

Qui habet prærogativam ætatis, habet etiam regulam proſe n. 126.

Afectio.

Affectio non cadit in ignotum cap. p. 73. n. 165.

Alienatio.

Uſusfructuarius non poteſt alienare, nec vendere uſufructum, nec cedere cap. 117. p. 61. num. 128.

Et ſi vendat amittit uſumfructum, & ad proprietatis dominium vertitur n. 129.

Et jus rei legatæ alienari, locacavi aut vendi poteſt alleg. p. 110. n. 41.

Eo ipſo quod maioratus inſtitutus dicitur alienationis prohibitio ineſt ajure n. 42.

Prohibitio alienationis non ſufficit ad conſtituendum maioratus regularem quamvis habeant verba importantia perpetuitatem ibidem.

Alienatio quando eſt neceſſaria, numquam cenſetur prohibita n. 43.

Argumentum.

Argumentum afufficienti partium enumeratione validum eſt cap. 117. p. 45. n. 84.

Argumentum aſuperfluitate vitanda eſt habitum pro tenui, & infirmo n. 129.

Valet argumentum defeudis ad fideicommiſſum alleg. p. 154. num. 153.

C

Clauſulæ.

Clauſulæ ſpeciales ſive præcedant, ſive ſequantur præferuntur generalibus in ſpecie cap. 117. p. 8. n. 3.

Qui proſe habet regulam, ad ſe trahit omnes clauſulas n. 28.

Clauſula præcedens magis inſtituit inſequentem, quam, è contra num. 29.

Clauſula poſita in fine refertur ad omnia præcedentia, quanvis ſint remota n. 30.

Clauſula dicitur finita, perfecta, & diſtincta quando dantur aliæ inter mediæ cum ſuis verbis aquibus reguntur, & tunc aliæ dicuntur diverſæ alleg. p. 123. n. 73.

Clauſula quanvis generalis, & qualificata, inteligitur loqui de diſpoſitione, inqua altera ſpecialiter proviſum erat, & poſtea ſeparatam proviſum fuit ibidem.

In inſtitutionis clauſulis ſemper inteligitur teſtatorem velle attendere ad caſus diverſos, & providere in omnibus caſibusqui acci-

accidere poterunt n. 75.

Nunquam verba clauſulæ ſequentis, referuntur ad præcedentem n. 15.

Clauſula ſequens non poteſt, nec debet referri ad primas ſubſtitutiones quæ ſuam ſpecialem, & certam habuere determinationē ibidem.

Conditio.

Conditio inteſtamento, dies incertos facit cap. 117. p. 17. n. 37.

Si fideicommiſſarius tempore conditionis ſit ſuperſtes conſequens eſt ut mortuo vocato pendente conditione, caducum fiat fideicommiſſum, & conſequenter maneat penes gravatum n. 52.

Relictum ſub conditione ſive perviam legati aut fideicommiſſi aut hæreditatis decedente fideicommiſſario ante adventum conditionis fit caducum n. 66.

Quando legatum, vel fideicommiſſum poſt mortem hæredis ateſtatore relinquitur tunc ſub conditione relictum cenſetur n. 70.

ante conditionis exiſtentiam nullum datur obligationis principiū, quod tranſmittatur, neque dicitur ejus diem cedere n. 73.

Conditio ſi ſine liberis in quacunque diſpoſitione facta abaſcēdente ſub inteligitur all. p. 116. num. 160.

Confeſſio.

Confeſſio facta apoſſeſſore, non præjudicat ſucceſſoribus alleg. p. 160. n. 169.

Et etiam quando ex actu voluntario facto apoſſeſſore maioratus non præjudicet ſucceſſoribus qui ſemper poſſunt ſuum jus defendere ibidem.

Conjectura.

In conjectura deducenda, voluntatem magis quam propriam verborum ſignificationem ſpectamus cap. 117. p. 25. n. 55.

Sufficit mens collecta ex conjecturis, & inter alias eſt maxima ſi teſtatòr vocaverit cum filio etiam hæredes ſeu ejus deſcendentes quia tunc magis videtur venire ex vocatione propria quā jure tranſmiſſo n. 66.

D

Dictio.

DIctio *item.* appoſſita in principio periodi, eſt reſpecti va præcedentium qualitatum all. p. 107. n. 35.

Et quando eſt poſita in clauſula proſus diviſa, & ſeparata tunc non ſtat reſpective, ſed incæptive, & facit duas ſeparatas diſpoſitiones abque repetitione ibidem.

quando ponitur in oratione perfecta, non inducit repetitionē ibidem

Dictio *ſemper* maximum producit effectum n. 129.

Dictio *dicti* eſt perſonaliſima n. 156.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio, & voluntas dubia interpetrari debet cap. 117. p. 8. n. 2.

Diſpoſitio inſtitutoris indeferenda maioratus ſucceſſione prolege obſervatur n. 38. 52. 75.

Quod non ſolum indiſpoſitio-

ne clara inteligitur, ſed etiam in conjecturata n. 39.

In maioratuum controverſiis debemus huc, & illuc totam diſcurrere diſpoſitionem, & undique attenta diſponentis voluntate inquirere n. 41.

Et quod conjecturis, & ſignis deducitur, & expreſſum decidi-tur n. 42.

Quando relatio eſt facta ſempliceter uno ore cenſetur nova diſpoſitio ex ſcriptura referente eſt agendum non ex ſcriptura relata n. 58.

Diſpoſitio non eſt eo modo interpetranda, quod minus dilectus, magis dilecto præferatur n. 62.

Diſpoſitio ſæpe ſæpius repetita *jubeo ut ſucceaat* continet in ſe generalem, & abſulutam diſpoſitionem per relationem factam quæ ut talis recipi debet ſecundum verborum proprietatem n. 77.

Diſpoſitio præcedens expreſſa per verba ſequentia non reformatur niſi de illa fiat expecialis mentio n 78.

Diſpoſitio non facta per modum inſtitutionis, ſed per modum legati, aut ſideicommiſſi trahitur ad univerſum n 96.

Si teſtator diſponat de aliqua parte inteligitur legare, & relictum dicitur per viam legati n. 116.

Diſpoſitiones conditionales in ultimis voluntatibus, ſuſpendunt effectum, quouſque adimpleatur, & verificentur n. 117.

Diſpoſitio poſt mortem non dicitur conditionalis ſed pura, & licet primus vocatus decedat, in vita hæredis non caducat, quando datur alius ſubſtitutus num. 119.

In jure non eſt inconveniens, ut prohibitioni legis quandoque accedat prohibitio teſtatoris abſque eo quod diſpoſitio inſui ſubſtantia mutetur n. 133.

Quando in diſpoſitione inculduntur formæ, & inſtitutiones ſequentes, quomodo inteligatur maioratus aleg. p. 106, n. 34.

Dies.

Dies incertos, conditio inteſtamento facit cap. 117. p. 17. n. 37.

Quando venit dies vocationis in vocatione tranſit dominium incadem inſtantia ac momento num. 118.

Dominium.

Dominium rerum hominibus conceſſum fuit ut ipſi poſſint illis uti all. p. 111. n. 44.

Dominium amiſſum ateſtatore transfertur authoritate legis ad quem ipſemet teſtator transferri vult. ibidem.

Unusquiſque poteſt diſponere debonis in quibus habet dominium, & illa transferre in alios eo modo quo ſibi viſum fuerit ibidem.

Non eſt inconveniens quod dominium bonorum ſive jus ſucceſſionis remaneat inſuſpenſo n. 45.

Quod procedit non ſolum quãdo voluntas eſt manifeſta, verum etiam quando eſt tacita, & per conjecturas n. 47.

Invocatione, tranſit dominium in eadem inſtantia, ac momento quo purificatur conditio, vel venit purificationis dies cap. 117. p. 58, num. 118.

Domus.

Relicta aut legata domo, veniunt hortus viridaria acceſſoria, & conjuncta domui alleg. p. 108. n. 38.

Etiam veniunt melioramenta facta indomibus, hortis, aut viridariis domuum ibidem.

E

Executio,

EXecutio fieri poteſt infructibus, & comodátibus ad uſum fructuarium pertinentibus all. p. 111. n. 43.

Expreſſum.

In maioratus materia, tacitum non poteſt vincere expreſſum, immo expreſſum facit ceſſare tacitum all. p. 160. n. 168.

F

Familia.

QUi maioratum inſtituit ad ſucceſſionem cenſetur vocare familiæ deſcendentes, & illis defficientibus, tranſverſales qui ſub intrant inlocum vocati cap. 117. p. 70. n. 156.

Fideicommiſſum.

Omnia verba fideicommiſſi ſeu diſpoſitionis ſigilatim conſideranda, & ponderanda ſunt abſque conſideratione ſuperfluitatis cap. 117. p. 10. n. 23.

Tranſmiſio ceſſat infideicommiſſo conditionali n. 33.

Jus fideicommiſſi conditionalis, in ſpecie acquiſitum, ſeu fideicommiſſum conditioanale paſſive tranſmittitur n. 34.

Maioratus totius Hiſpaniæ, ſunt quædam fideicommiſſa particularia perpetua quia primogenitis deferuntur ideo de illis ac de fideicommiſſis judicandum n. 35.

Si fideicommiſſarius tempore conditionis ſit ſuperſtes conſequens eſt ut mortuo, pendente conditione, vocato, caducum fiat fideicommiſſum, & conſequenter maneat penes gravatum n. 52.

Relitum ſub conditione ſive perviam legati aut fideicommiſſi aut hæreditatis decedente fideicommiſſario ante adventum conditionis fit caducum n. 66.

Quando legatum vel fideicommiſſum poſt mortem hæredis a teſtatore relinquitur, tunc ſub conditione, relictum cenſetur n. 70.

Fideicommiſſum conditionale, non tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarii ſi ante conditionis eventum ipſe fideicommiſſarius decedat. n. 72.

Quando teſtator poſt mortem adjecit onus fideicommiſſi infavorem alterius eo ipſo conſetur relicta proprietas quanvis fiat mentio uſufructus n 92.

fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, etiam quando eſt extraneus ſubſtitutus n. 140.

In legatis aut fideicommiſſis tranſmititur jus ſucceſſionis ad legatarium aut fideicommiſſarium licet moriantur legatarii aut fideicommiſſarii non addita hæreditate n. 144.

Si ex duobus primo dilectis alter deceſſerit filius, tamen iſtius præ-

præmortui cum altero nominato non admittitur, sed solus nominatus obtinebit fideicommissum n. 146.

In fideicommisso familiæ, & maioratus prius ij præferri sunt qui sunt nominati n. 152.

Fides.

Medium interbonam, & malam fidem sufficiens est ad acquisitionem fructuum ante litem contestatam cap. 117. p. 47. n. 88.

Filius.

Filius institutus in recerta, jure hæredis est. ut non possit quærellare, aut dicere nullum testamentum paternum cap. 117 p. 55. n. 11.

Inter filium, & nepotem, non consideratur ordo genituræ n. 187.

Quatenus disputatur an sit filius & an sit putativus, hæc quæstio non est spirictualis cap. 119. p. 83. n. 4.

Si vero circa legitimitatis quæstionem aliquid spirictuale obveniat tangens virtutem efficatiamque sacramenti matrimonii tunc ad judicium ecclesiaticum remitenda est res.

Verba filius sub ingredeatur locum matris, perinde est ac si diceretur, quod maioritas matris etiam ad filium sit porrigenda all. p. 101. n. 17.

Filius maior, primogenitus, & maior natu pro synòminis habentur n. 18.

Mortuo ultimo possessore non transit successio ad ejus filios sed ad alium antiquiorem, & natu maiorem quamvis alterius liniæ p. 117. colum. 1.

Qualitas ætatis non est transmisimibilis ad filios n. 58.

Ætas patris non est ætas filii ibidem vide *Senior*, & *Maior natu*.

Filius maior non idem significat quod filius primogenitus n. 59.

In materia hujusmodi maioratus non ingreditur filius locum patris, sed proximior natu maior quamvis non sit ex linea primi nominati sed ex alia de eadem tamen familia, & agnatione num. 86.

Maioratus saltuarius ambulat de maiori in maiorem, & non continuatur in linea, nec transit ad filios jam admissos n. 92.

Filius possessoris, si non habet qualitatem atestatore requisitam excluditur amaioratu salturio quia in illa non censetur vocatus descendens possessoris licet sit filius, & proximior insanguine sed admittitur maior natu licet remotior insanguine ibidem.

Successio quando aufertur filiis dicitur turbari naturæ ordo, juris disposicio n. 163.

Primogenitura censetur continuata quando filius maior ex linea recta filii maioris fuit vocatus n. 168.

Frater.

Insuccessione ab intestato deficientibus descendentibus, vel ascēdentibus morientis sucedit ejus frater cap. 117. p. 27. num. 59. 60.

Ordo genituræ consideratur inter plures fratres non autem inter filium, & nepotem num. 187.

Cum datur vocatio non totum specialis fratris, sed, generalis ajure assistit fratri juris præsumptio,

tio, & teſtatoris voluntas num. 188.

Fructus.

Fructus ſunt ipſius uſusfructus commoditas alleg. p. 113. num. 49.

Fructus ſeu commoditates appellatione uſusfructus non veniunt, licet, é contra uſusfructus nomine fructus, & commoditatis compræhendatur n. 51.

Ultimus poſſeſſor dicitur habere jus uttendi, & fruendi n. 54. vide *uſusfructus.*

G

Gradus.

GRadus proximitatis ad fideicommiſſum, quomodo computentur cap. 117. p. 69. num. 150.

Gravatum.

gravatus daturus decem Petro cum morietur ſi interim legatarius decedat, non tranſmittit cap. 117. p. 17. n. 36.

H

Hæres.

QUod in actu non eſt, ſed in potentia tantum habendi vel eſſendi in hæredes tranſmittitur. cap. 117. p. 21. n. 16.

Subſtitutus vulgaris excluditur per hæredem hæredis inſtituti, ſi inſtitutus deceſſerit ante aditam hæreditatem n. 47.

Tam ex potentia juris deliberandi, quam ex potentia ſanguinis n. 48.

Eodem jure hæres gaudet ut ei acrescat illa portio quæ defuncto ſi viveret, acreſceret n. 65.

Uſusfructusarius omnium bonorum nullo dato cohærede retinet proprietatem, & eſt directus hæres n. 90. 91.

Infideicommiſſo licet utatur verbis vitæ ſuæ tantum tunc enim licet alium vocet dicitur hæres inſtitutuſtus talis uſusfructuarius. n. 93.

Quando uxor, vel aliquis in uſufructu ſunt hæredes inſtituti alio poſt mortem ejus hæredes univerſale, aut vocato in re certa non dicitur hæres ſed merus uſusfructus legatarius dicitur n. 97.

Titulus hæredis verificatur in bonis liberis, & non in illis, in quibus maioratus erectus fuit n. 98.

Vocatus in reſiduo non dicitur hæres, ſed ſucceſſor n. 99.

Hæres gravatus, non efficitur dominus, & proprietarius, ſed uſufructuarius n. 100.

Inſtitutus in uſufructu habetur jure legatarii, aliter vero poſt ejus mortem vocatus dicitur hæres directus ab initio n. 101.

An inſtitutus in recerta nullo dato cohærede dicitur hæres univerſalis n. 103.

Dubium iſtud ſolum procedit in hæreditatibus, & bonis liberis n. 104.

Tex. in L. 1. §. ſi ex fundo de hæred. inſtituend. non habet locum ad hoc ut inſtitutus in recerta dicatur hæres uni verſalis n. 105.

Quomodo inſtitutus in re certa jure hæredis cenſendus ſit, aut jure legatarii n. 106.

Inſtitutus in recerta cum ſit ſolus, cenſetur inſtitutus in tota hæreditate, & jure hæredis univer-

versalis censendus est n. 107.
Quando quis hæres instituitur excepto tali fundo, perinde est ac sine ea adjectione scriptus fuisset n. 109.
Sicut legatum legatarium facit, ita hæreditas hæredem n. 111.
Institutus in re certa dato cohærede universali nec jure hæredis, nec jure legatarii judicandus est n. 113.
Inter hæredem, & legatarium non datur jus acrescendi tanquam succedentes diverso jure n 115.
Verbum hæres quid importet n. 121.
Institutio hæredis est titulus dominii tranlativus, præcedente addictione hæreditatis n. 127.
Hæres primo loco institutus hæreditatem addiens, licet vocatus, aut fideicommissarius decedat, ante restitutam sibi hæreditatem jam translatum est dominium in eum n. 130.
Et jus succesionis transmittit ad suos hæredes, vel succesores ibidem.
Hæres usufructurius institutus non dicitur nisi quando post ejus mortem nullus alius instituatur n. 132.
Quando testator usumfructū reliquit. & post ejus mortem alium vocavit potest vocatus qui hæ, rede usufructus supreste decesit fideicommissum ad suos hæredes transmittere n. 126.
Hæres primo loco institutus hæreditatem addiens licet vocatus, aut fideicommissarius decedat ante restitutam sibi hæreditatem jam translatum est dominium in eum n. 130.
Et jus succesionis transmitit ad suos hæredes, vel succesores ibidem.

Hæreditas.

Hæreditas repræsentat personam defuncti alleg. p. 112. colum. 2. in principio.
Hæreditas juris nomen est ibidem n. 45.

Hispanus.

Inter jus Hispanum, & lusitanum datur deferentia alleg. p. 117. num. 59.

Homo.

In extremo vitæ constitutus homo, incapax est ùsu rerum all. p. 111. num. 44.

I

Illatio.

ILlatio non fit adversis alleg. p. 161. n. 171.

Ingenium.

Ingenia parva materias grandes non sustinent alleg. p. 95. n. 1.

Interpetratio.

Quando constat de voluntate expressa cessat interpetratio §. 417. p. 8. n. 4.
Semper interpetratio debet fieri, ut evitetur superfluitas num. 19.
Interpetratio testatoris plena na periculi est, & præsepe in illius cognitione errare solemus n. 24.
Una institutionis pras, peraliam interpetratur n. 26.
Interpetratio non est facienda ex

ex capite, nec præsumptione hominis sed tantum secundum præsumptionem, & regulas juris n. 27.

Institutio

Una institutionis pars, per aliam declaratur cap. 117. p. 10. num. 26.

Rupto ex causa præteritionis testamento sustinetur rei certæ institutio n. 112.

Institutus in re certe, dato cohærede universali, nec jure hæredis, nec legatarii judicandus est n. 113.

Quando dicatur institutio facta in stirpes n. 138.

Instituens tacitus, voluit se conformare cum dispositione juris communis dum non dedit aliam formam succedendi ante collective vocatos n. 147.

Jus.

Diversitas juris seu tituli non inducit, nec denotat diversitatem voluntatis cap. 117. p. 30. n. 64.

Eodem jure hæres gaudet ut ei acrescat illa portio quæ defuncto si viveret acresceret num. 65.

Cum successionis jus in aliquem non est desatum in ipsum suplicatum non potest esse transmissum n. 71.

Instituens tacitus voluit se conformare cum dispositione juris dum non dedit aliam formam succedendi ante collective vocatos. num. 147.

Semper jus est certum, nam licet quæstio juris sit subtilis, aut difficilis, non inducitur dubia, nec altiorem indaginem requirit quia jus & ejus resolutio est certa alleg. pag. 161. num. 41.

Jus rei legatæ alienari legari, aut vendi potest n. 41.

Judex.

Magno ingenio, & animo opus est quis senatoris munus bene quis exequatur cap. 117. p. 15. n. 31.

Judex debet habere sacram cognitionem, & examen, ne censuram legum subeat n. 32.

Judicium.

Aliqui DD. asserunt posse judicem sæcularum cognoscere de facto quæstionis spiritualis cap. 119. p. 83. n. 1.

Quæstio nativitatis residens in causa civili quæ vertetur coram judice sæculari ad Ecclesiasticum est remitenda n. 2.

Contrarium quod pertineat ad sæculare judicium judicavit senatus n. 3.

Certum est posse secularem judicem cognoscere de facto causæ spiritualis per modum causæ n. 6.

L

Legatum.

QUando legatum post mortem hæredis a testatore relinquitur tunc sub conditione relictum censetur cap. 117. p. 35. n. 70.

Legatum conditionale non transmittitur ad hæredes fideicommissarii si ante conditionis eventum ipse fideicommissarius decedat n. 72.

Testator in actu legandi ipsi ipsi tantum legatario, & non ejus hæredibus prospicit n. 73.

Si testator disponat de aliqua

parte intellígitur legare, & relictum dicitur per viam legati n. 116.

Relicta aut legata domo, veniunt viri dari, hortus & conjuncta domui all. p. 108. n. 38.

Jus rei legatæ alienari legari, aut vendi potest all n. 41.

Lex.

Text. in L. 1. §. si ex fundo ff. de hæredib. instituend. non habet locum ut institutus in re certa dicatur hæres universalis cap. 117. p. 54. n. 105.

Quanvis L. 12. *tabul.* libera disponendi potestas testantibus sit indulta, non tamen usque adeo absoluta illa uti debent, ut abuti potius & leges ipsas offendere videantur n. 110.

Verbis legis, seu literali sensu non est recedendum dum manifeste non apparet, de mente sui voluntate contraria legislatoris cap. 117. p. 44. n. 81.

Linea.

Secunda linea testatoris non admittitur quin primus evanuerit, & evacuata sit linea prima alleg. p. 102. n. 21.

Linea primogeniti est illa quæ debet attendi n. 24. in fine.

Linea est collectio plurium personarum ab eodem stipite descendentium n. 67.

Uerbum linea universos descendentes in infinitum compræhendit n. 68.

Quando successio ingressa fuit in alicujus linea, non potest ad aliam transire dummodo ex illa linea aliquis superfuerit n. 80.

Hæc tamen regula limitatur in maioratu facti, aut saltuario in quo regula de linea ingressa non attenditur n. 81.

Data incapacitate, aut inhabilitate successionis, statim fit transitus de una linea ad aliam. ibidem.

Limitatur & quando ibidem.

Pro vocatione maioris natu inducitur saltum de una linea, ad aliam n. 82.

Durante linea primi admissi, aut primogeniti, non fit transitus ad lineam secundi geniti n. 104.

Bona egressa in unam lineam egredi non debent nisi totaliter sit evacuata n. 126.

Fideicommissum, aut maioratus quando est ingressus in una linea in ea debet continuari donec fuerit evacuata nec potest fieri transitus ad aliam etiam si vocatio maioris natu sit generica num. 142.

In maioratu saltuario sunt textus expressi qui ad exclusionem liniæ contrariam voluntatem admittunt n. 154.

Linea incipit a persona fundatoris qui dicitur in linea ibidem.

Verba *descendens a linea masculina d. testatoris* inteliguntur de ipsius testatoris linea quatenus ab illo immediate & potius derivatur non de remota, & mediata linea possessoris n. 155.

M

Maioratus.

MAioratus totius Hispaniæ, sunt quædam fideicommissa particularia perpetua, quia primogenitis deferuntur ideo de illis ac de fideicommissis judicandum cap. 117. p. 16 n. 35.

In maioratum controversiis debemus

bemus huc, & illuc totam discurrere dispositionem & undique attenta disponentis voluntate inquirere n. 41.

Ea natura maioratuum, ut non tantum primo vocato sed omnibus successoribus, descendentibus, vel transversalibus statim jus quæratur tanquam intelectualiter sub ejus persona compræhensis n. 74.

Maioratus per ultimam voluntatem institutus nec per momentum dominium in pendenti esse potest sed illico succssori quæritur n. 76.

In maioratus institutores maximum & præcipuum desiderium habent ut domus & familia poleat n. 85.

Nullum datur inconveniens, quod maioratus dividatur quoad vitam n. 94.

Titulus hæredis verificatur in bonis, & non in illis in quibus maioratus erectus fuit n. 98.

In maioratibus ad hoc, institutione inita, ut acquirant jus successionis vocati, sufficit acceptatio primi successoris n. 131.

Quando institutor maioratus non fuit ascendens, sed transversalis, & vocavit consanguineum, aut ejus lineam, omnes descendentes vocati admittuntur n. 134.

Controversia ex sola maioratus institutione decidenda est, & ab ejus verbis nullo modo discedere licet, sed potius secundum eam judicare alleg. p. 97. n. 9.

Maioratus succesio aut fideicommissi in duas regulariter dividitur species n. 10.

Una est linealis & secundum ordinem primogenituræ erecta, & dicitur regularis ibidem.

Altera irregularis in qua datur succedendi ordo per maioratum facti & saltuarium n. 11.

Non præsumitur maiotatum saltuarium esse institutum n. 33. in medio, & in fine.

Quando indefinite vocatùr maior natu ex pluribus descendentibus dicitur maioratus saltuarius ibidem & n. 34.

Quando in dispositione includuntur formæ & institutiones sequentes quomodo inteligatur maioratus n. 34. per totum.

Verbum maior natu importat maioratum saltuarium n. 64.

Maior natus dicitur qui primo natus est, & maiorem habet ætatem, & plures annos n. 57.

Si vocatus sit maior natu hæc verba tolunt dubitationem ut omnino inteligatur de maiori ætate & seniori ibidem vers. est si.

Et ideo quod testatori, seu gravato sit proximior, non requiritur, sed sufficit quod sit senior ibidem.

Vocatio maioris natu sumitur naturaliter, & vocatio primogeniti sumitur civiliter n. 59.

Quando concessio facta fuerit ad maioris natu favorem, semper inteligitur de illo, qui fuerit maior inter descendentes primi a quocunque descendat sive primogenito, sive secundogenito ibidem.

In maioratus succession vocatus habet primum successionis locum licet alii sin in meliori linea, sexu gradu, aut ætate n. 61.

Maior Natu.

Primogenitus, maior natu, & filius maiore pro synonimis habentur alleg. 101. n. 18. & 95.

Appellatione maioris natu nihil aliud inteligitur quam primogenitus n. 20.

In eodem verificari nequit clausula de maiori natu, in minori natu n. 22.

Plurimum inter se differt maior natu & maior ætate n. 23.

Qui dicantur maiores ibidem.

Cum vocatur maioratu ex linea recta filii maioris non censetur vocatus maior natu, sed primogenitus n. 32.

Maior natu vocatus, & dilectus a testatore videtur n. 33.

Quando indefinite vocatur maior natu ex pluribus descentibus dicitur maioratus saltuarius ibidem & n. 34.

Cum prærogativa maioris ætatis, & natu maioritas modum succedendi respiciat, semper maior ætate in quacunque linea succedere debet non obstante linea aut primogenitura consideratione n. 56.

Verbum maior natu indicat maioritatem ætatis, & importat maioratum saltuarium ibidem.

Magna datur differentia inter filium maiorem natu, & primogenitum n. 59.

Maior natus dicitur qui primo natus est, & maiorem habet ætatem & plures annos n. 57.

Si vocatus sit maior natu hæc verba tollunt dubitationem ut omnino inteligatur de maiori ætate, & seniori ibidem vers. est.

Vocatio maioris natu sumitur naturaliter, & vocatio primogeniti sumitur civiliter n. 59.

Quando concessio facta fuerit ad maioris natu favorem semper inteligitur de illo qui fuerit maior inter descendentes primi a quocunque descendat sive primogenito, sive secundogenito ibidem.

Eo ipso quod maior natu censetur vocatus introducitur cæterorum juniorum exclusio n. 64.

Pro vocatione maioris natu inducitur saltum de una linea ad aliam n. 82.

Maior natu vocatus proximior dicitur, & remotior proximior in sanguine n. 88.

Quando simpliciter fuit vocatus maior, non inteligitur de primogenito sed de maiori ætate, & seniori n. 99.

Maior natu dicitur qui est ætate senior n. 102. 107.

Vocato filio maiori consideratur prærogativa ætatis tempore delatæ successionis, & non linea primogenituræ n. 108.

Maioris natu vocatio, arguit primogenituram n. 166.

Maiores natu, & senex præsumuntur prudentiores, sapientiores, & bonorum conservatores n. 184. & seqq.

Materia.

Materias grandes ingenia parva non sustinent alleg. p. 95. n. 1.

Matrimonium.

Quæstio circa mattimonium ad judicem sæcularem, est remittenda cap. 119. p. 84. n 5.

N

Nominatio.

PErsona quæ nominatim, atque singulariter exprimi debet si per relationem demonstretur, nominatim expressa censetur cap. 117. p. 24. n. 51.

Si ex duobus primo dilectis alter decesserit filius, tamen istius præ mortui cum altero nominato

non

non admititur, sed alter solus nominatus obtinebit fideicommissum n. 146.

In fideicommisso familiæ prius ei præferri debent, qui sunt nominati num. 152.

O

Oppinio.

QUando datur oppinium concursus & scribentium varietas potius judicandum est per ea quæ resolvunt scribentes per tractatus, & resolutiones, quam per ea quæ ut consiliarij scripserunt all. p. 147. n. 137. & 138.

Ordo.

Ordo primogenituræ facilius præsumitur [in fideicômisso constituto ab ascendente quam in ordinato a transversali, qui conditio si sine liberis in quacunque dispositione facta abscendente subinteligitur alleg. 157. n. 160.

Ordo succedendi expressus] in institutione, censetur repetitus in substitutione n. 168.

Ord.

Ord. lib. 4. tit. 100. *§.* 2. limitatur cap. 117. p. 72. n. 161.

P

Patruus.

IN maioratu saltuali patruus præferi debet filio filii senioris alleg. p. 117. n. 58.

Patruus excluditur a nepote in primogenituris maxime [quando pater nepotis, bona primogenituræ possessit n. 166.

Paganus.

Paganus non potest decedere proparte testatus, & pro parte intestatus cap. 117. p. 54. n. 108.

Possessor.

Quando quis regalia possidet, possessor tenetur ostendere donationem, titulum quæ suæ possessionis, alioquin confiscatur cap. 120. p. 84. n. 2.

Non citato possessore privari potest a possessione n. 5.

Primus.

Qui dicit primum supponit secundum, & qui non habet secundum dicitur unicus cap. 117. p. 44. n. 82.

Prohibitio.

In jure non est inconveniens ut prohibitioni legi quandoque accedat prohibitio testatoris, absque eo quod dispositio in sui sustantia mutetur cap. 117. p. 62. n. 133.

Primogenitus.

Si appareant in una eademque dispositione, & unica oratione omnes hæc tria vocabula *primogenitus*, *maioratus*, *filius maior*, pro sy nonimis habeantur alleg p. 101. n. 18. 95.

Qui est secundus excludendus venit a primogenito n. 19.

Appelatione maioris natu nihil aliud inteligitur quam primogenitus n. 20.

Linea primogeniti est linea quæ

quæ debet attendi n. 24.

Cum vocatur maior natu ex linec recta filii maioris vel minoris non ſenſetur vocatus maior natu qui inter omnes deſcendentes aut omnium deſcendentium gradibus reperitur, ſed primogenitus cujuscunqúe gradus ex linea recta primogenitorum n. 32.

Filius maior non idem ſignificat quod primogenitus n. 59.

Vocatio primogeniti ſumitur civiliter, & vocatio maioris natu ſumitur naturaliter ibidem.

Primogenitus & maior natus ſynonima ſunt apud Luſitanos & Hiſpanos n. 96. & 104. ubi late.

Aliter ſe habet in Italia ubi Luſitano, aut Hiſpano modo non vivitur quia aliud ſignificant n. 98.

Quando vocatus fuit ſimpliciter maior, non inteligitur de primogenito ſed de maiori ætate & ſeniori n. 99.

Verbum *primogenitus* ſecundum communem loquendi uſum civiliter, & in ſenſu legali inteligitur, & accipitur, quatenus inducit nomen juris n. 100.

Primogenitus eſt nomen juris & relationem habet ad jus civile maior natu vero nomen eſt facti, & naturaliter ſumitur n. 104.

Durante linea primogeniti non fit tranſitus ad lineam ſecundogeniti ibidem.

Differentia inter primogenitum, & maiorem natu eſt potius momentanea, & ephymera, quam durabilis & ſucceſſiva n. 126.

Ordo primogenituræ facilius præſumitur in fideicõmiſſo conſtituto ab aſcendente quam in ordinato a transverſali n. 160.

Maioris natu vocatio arguit primogenitram n. 166.

Nepos excludit patruum in primogenituris maxime quando pater nepotis bona primogenituræ poſſeſſit ibidem.

Primogenitura cenſetur continuata quando filius maior ex linea recta filii maioris fuit vocatus num. 168.

Proximior Proximitas.

Non præſumitur inſtitutorem velle præferre conſanguineum minus dilectum magis dilecto & excludere proximiorem & vocare remotiorem cap. 117. pag. 29. num. 61.

Proximitatis gradus ad fideicommiſſum quomodo computentur n. 150.

Poſt nominatos admittuntur qui proximiores ſunt in gradu ètiam non nominati n. 152.

Contrarium n. 153.

Attenta veriſimili affectione, præfertur proximior vocati, & ab eo regulatur ſucceſſio n. 164.

In maioratu ſaltuario non attenditur ad ultimi poſſeſſoris proximitatem, ad hoc ut aliquis dicatur legitimus maioratus ſucceſſor dummodo deſcendat ab inſtitutoris ſanguine alleg. p. 130 n 87.

Et proximtias gradus non computatur nec numeratur reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis n. 88.

Et dicitur proximior maior natu vocatus, & remotior proximior in ſanguine ibidem.

Duplex proximitas datur, una reſpectu ſanguinis altera reſpectu ſucceſſionis, & iſta qualificata, præferentiam habet illi n. 89.

Proximior non dicitur conſanguineus, ſed remotus qui eſt in linea ſine qualitate licet ſit proximior in ſanguine ultimi poſſeſſoris n. 90.

Regula.

QUi pro se habet regulam, ad se trahit omnes clausulas cap. 117. p. 11. n. 28.

Residuum.

Residuum appellatione, venit totum quod supereſt cap. 117. p. 60. n. 124.

Et quomodo inteligatur num. 126.

Relatio.

Relatio non fit ad ea in quibus datur diversa ratio cap. 117. p. 87.

Relatio inteligenda est secundum veritatem, & non similitudinarie n. 88.

Relatio refertur ad modum, ordinem, & qualitatem succedendi non autem repetunt personas vocatas a testatore n. 167.

In diversis, perfectis, & separatis orationibus cessat repetitio, & relatio, & non datur relatio identica, sed similitudina- n. 168.

Quando relatio habet locum sufficit quod verificetur in aliqua parte n. 169.

Limitatur quando datur duplex vocatio n. 170.

Limitatur 2. quando relatio fit ad di positionem qua deficit, aut est conditionalis n. 170.

Limitatur 3. quando resultat aliquod absurdum ex quo substitutus relatus præferatur magis delecto n. 171.

Limitatur 4. quando in clausula relata vocatur ille, qui in referente vocatur n. 172.

Limitatur 5. quando est contrarietas in eadem clausula relata, & referente, qua data cessat relatio, & effectus n. 173.

Limitatur 6. quando talis relatio voluntatem testatoris offendit n. 174.

Limitatur 7. quando relatio offendit in commune n. 175.

Limitatur 8. quando relatio est facta, ad ea quæ sunt determinata, & quando in sequentibus est facta specialis provisio n. 176.

Limitatur 9. quando in una, & altera dispositione referente, & relata datur diversa ratio, aut dispositio n. 177.

Limitatur 10. quando dispositio est odiosa n. 178.

Limitatur 11. quando dispositio favorabilis restringitur n. 179.

Limitatur 12. quando relatio fit ad aliquam personam certam n. 118.

Limitatur 13. quando omisit vocationem, & noluit vocare n. 118.

Non enim fit relatio, & ea quæ speciali indigent n. 182.

Nec contra jus, secundum quod censetur disponere institutor. 183.

Limitatur 14. quando dispositio est conditionalis, & alia pura n. 184.

Limitatur 15. quando est facta ad minus principale, & accessorium n. 195.

Maxime si detur tertii præjudicium, & res sit dubia n. 186.

Quando relatio est facta simpliciter uno ore censetur nova dispositio & ideo scriptura referente est agendum, non ex scriptura relata cap. 117. p. 26. n. 58.

Relatio ad suum initium confertur, & primordium rei totam ipsius continuationem informat alleg. p. 154. col. 2. sub 154.

Repetitio.

Regula ſtat pro excluſione repelitionis alleg. 124. n. 76.

S

Senator.

MAgno ingenio,& auimo opus eſt, ut boni Senatoris munus beneque quis exequatur cap. 117. p. 15. n. 31.

Senectus.

Lacedemonii ſolum ad ſenectutem attendebant , ad bona conſervanda, & honores obtinendas all. p. 167 n. 185.

Privilegia conceſſa ſenectuti de jure divino n. 186.

De jure naturali n. 187.

De jure gentium n. 188.

De canonico n. 189.

De jure civili n. 190.

Senior.

In maioratu ſaltuali quod ſit teſtatori ſeu gravato proximior non requiritur ſed ſufficit quod ſit ſenior alleg. p. 117. col. 1.

Mortuo ultimo ſeniore non tranſit ſucceſſio ad ejus filios ſed alium antiquiorem & natu maiorem quanvis alterius liniæ qui fundator ſic vocando ſeniorem hanc rem præſumitur taliter intelexiſſe ibidem.

Sententia.

Sententîa quæ in rem judicatam tranſivit ab ea reccedere non licet alleg. p. 139. n. 119.

Et ſi de injuſtitia opponatur, non enim quæritur juſta vel injuſta fuiſſet ſententia pro lata, ſed an reſolutum ſit ibidem.

Non eſt recedendum a re judicata ſuper ea interpetratione quam ſemel habuit teſtamentum inter easdem partes n. 121. in fin.

Sententia negativa , crebior , eſt cap. 117. p. 64. n. 137.

Stirps.

Quando dicatur inſtitutio facta in ſtirpes cap. 117. p. 65. n. 148.

Quando vocatio , aut ſubſtitutio eſt facta in ſtirpes licet vocatur præ mortuus ſit, non fit caduca num. 139.

Succeſſio.

Maioratus ſucceſſio dividenda eſt ſecundum inſtitutoris voluntatem cap. 117. pag. 8. n. 1.

Qui reputatur proximus & immediatus ſucceſſor habitu, & non actu ipſe ſuccedit n. 45.

In ſucceſſione abinteſtato deficientibus deſcendentibus , vel aſcendentibus morientis ſuccedit ejus frater n. 59. 60.

Tempus mortis non eſt adjectum inſtitutioni ad infringendum inſtitutionem vel ne ſecundus hæres ſtatim mero jure ſucedat aut transmittat ſed quominus inſtitutus in uſufructu convertatur , & ſecundus nullum commodum ejus conſequi debeat n. 63.

Cum ſucceſſionis jus in aliquem non eſt delatum , in ipſum ſuplicatum, non poteſt eſſe transmiſſum n. 71.

In maioratibus, ad hoc, inſtitutione inita , ut acquirant jus ſucceſſionis vocati , ſufficit acceptatio primi ſucceſſoris n. 131.

Si

Si ultimus poſſeſſor abſque filiis decedat finitur ejus familiæ ſucceſſio & ad quem devolvatur n. 135.

Ad hoc ut acquirāt jus ſucceſſionis vocati, ſufficit acceptatio primi ſucceſſoris n. 131.

In ſucceſſione maioratus, in qua caducitas primi vocati, aut gradus non influitur in poſterioribus ad quos tranſit maioratus, non obſtante primorum graduum caducitate n. 141.

Et ſuccedit ſequens in gradu, tanquam ſupercedens in gradu non fuiſſet, illo ſubato de medio n. 142.

Teſtamentaria ſucceſſio de hæreditatem, & ſucceſſio legitima declarat ſucceſſorem n. 149.

Poſt nominatos admittuntur qui proximiores ſunt in gradu, etiam non nominati n. 152.

Contrarium n. 153.

In fideicommiſſo familiæ & maioratus prius ii dcbent præferri qui nominati ſunt n. 154.

Virtute vocationis unius, compræhenditur etiam is qui vocatus non eſt, ut ſi vocetur ſilius Petri deſcendens ejusdem filij illis deficientibus ſuccedit Petrus pater qui vocatus non fuit n. 155.

Attenta veriſimili affectione teſtatoris, præfertur proximior vocati, & ab eo regulatur ſucceſſio num. 164.

Succeſſio maioratus', aut fideicommiſſi in duas regulariter dividitur ſpecies alleg. p. 97 n. 9.

Una eſt finalis, & ſecundum ordinem primogenituræ erecta, & dicitur regularis ibidem.

Altera irregularis in qua datur ſuccedendi ordo per maioratum facti & ſaltuarium n. 11.

Cum prærogativa maioris ætatis, & natu maioritas modum ſuccedendi reſpiciat ſemper maior ætate in quacunque linea ſuccedere debet non obſtante liniæ aut primogenituræ conſideratione n. 56.

Non eſt inconveniens quod dominium bonorum, ſive jus ſucceſſionis remaneat in ſuſpenſo n. 45.

Quod procedit non ſolum quando voluntas eſt manifeſta, verum etiam quando eſt tacita & per conjecturas n. 47.

Teſtatoris voluntas primum locum in ſucceſſione ſibi vendicat n. 63.

Tota ſucceſſio provenit a teſtatoris voluntate n. 64.

Succeſſio legalis, & regularis locum non habet reſpectu filii primogeniti, ſed tantum vocatio filii maioris natu ſecundum teſtatoris voluntatem n. 66.

Quando ſucceſſio ingreſſa fuit in alicujus linea non poteſt ad aliam tranſire dummodo ex illa linea aliquis ſuperſuerit n. 80.

Tamen hæc regula limitatur in maioratu facti aut ſaltuario in quo regula de linea ingreſſa non attenditur n. 81.

De incompatibilitate, aut inhabilitate ſucceſſionis ſtatim fit tranſitus de una linea ad aliam ibidem.

Limitatur etiam quando datur voluntas teſtatoris, aut inſtitutoris, quia tunc non extincta linea poſſeſſoris tranſit ſucceſſio ad aliam lineam requiſitam a teſtatore.

In materia hujusmodi maioratus filius non ingreditur locum patris aut matris, ſed proximior maior natu quanvis non ſit ex linea ptimi nominati, ſed ex alia de eadem tamen familia, & agnationa n. 86.

Differentia circa modum succedi in maioratu saltuario n. 91.

Maior ætas successionis tempore attenditur, & non alias num. 103.

Successio in Regnis defertur jure particulari Regni diverso ab aliis successionibus n. 106.

Inconvenientes circa successionem in maioratus saltuario n. 111. 112. & seqq. usque 115.

Successio quando auferetur filiis, dicitur turbari naturæ ordo, & juris dispositio n. 163.

Confessio facta a possessore, non præjudicat successoribus n. 169.

Vocatus in residuo non dicitur hæres, sed successor cap. 117. p. 49. n. 99.

Successor dupliciter dicitur qui est vocatus ad fideicommissum n. 148.

Successio legitima declarat successorem n. 149.

Subreptio.

Subreptionis causæ cognitio solum ad Sedem pertinit Apostolicam cap. 17. p. 174. n. 58.

Substitutio Substitutus.

Substitutus vulgaris excluditur per hæredem hæredis instituti: si institutus decesserit ante additam hæreditatem cap 117. p. 22. num. 47.

Tam ex potentia juris deliberandi, quam ex potentia sanguinis n. 48.

Per substitutionem vulgurarem non impeditur transmissio ex potentia sanguinis num. 49.

Substitutus uni censetur substitutus alteri cui ille primus erit substitutus cap. 117. p. 30. n. 67.

Quando alicui substituitur, & vocatur quidam, si institutio institutio instituti reddatur ad casum caduci quia decessit antequam impleretur conditio sub qua institutus est, substituti ejus loco subrogantur n. 145.

Licet vocatus post mortem alicujus ante cum deccedat, nihil ominus ista substitutio facta in maioratus remanet caduca sed bona maioratus ad alios vocatos post eum deferuntur n 157.

Qualitas apposita in una substitutione, censetur repetita in altera conexa, & copulata alleg. p. 159. n. 168.

Clausula sequens non potest, nec debet referri ad primas substitutiones quæ suam specialem, & certam habuere determinationem n. 158.

Superfluitas.

Semper interpetratio debet fieri, ut evitetur superfluitas cap. 177. p. 10. n. 19.

Verba sunt interpetranda, & ponderanda, absque consideratione superfluitatis n. 23.

T

Testamentum.

TEstamenti seu institutionis verba inspicere atque naturæ & subtiliter considerare debemus cap. 117. p. 9. n. 6.

Verba testamenti maximum pondus habent ad cognoscendum voluntatem & intentionem testatoris n. 7. & 17.

Nemo in paganis potest decedere por parte intestatus n. 108.

Recepto ex causa præterionis testamento

teſtamento ſuſtinetur rei certæ inſtitutio n. 112.

Filius inſtitutus in re certa jure hæredis eſt, ut non poſſit quærellare, aut dicere nullum teſtamentum paternum n. 114.

Una pars teſtamenti, alteram n. 13.

Non eſt reccedendum a re judicata ſuper ea interpetratione quam ſemel habuit teſtamentum, inter easdem partes n. 121. in fin.

Teſtator.

In inſtitutionis clauſulis ſemper inteligitur teſtatorem velle attendere ad caſus diverſos & pro videre in omnibus, qui accidere poterunt alleg. p. 124. n. 75.

Verba *ipſius met teſtatoris* importat conſervationem dominii in bonis ipſius met teſtatoris pag. 112. verſ. ſecundum.

Titulus.

Quando quis regalia poſſidet tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis alioquin confiſcatur cap. 120. p. 84. n. 2.

In interdicto recuperandæ vel retinendæ, ubi titulus non exigitur neceſſe non eſt ut ſit undequaque ſufficiens, ſed ſufficit coloratus qui ſpeciem tituli referat n. 3.

Ad hoc ut titulus dicatur coloratus quod conſequatur a perſona legitima, & quod obſervetur formam legis ſufficit n. 4.

Transmiſſio.

Transmiſſio ceſſat in fideicommiſſo conditionali cap. 117. pag. 16. num. 33.

Jus fideicommiſſi conditionalis in ſpecie acquiſitum, ſeu fideicommiſſum conditionale paſſive trnsmittitur n. 34.

Gravatus daturus decem tertio cum morietur, ſi interim legatarius decedat, non transmittit n. 36.

Quod in actu non eſt, ſed impotentia tantum habendi, vel eſſendi in hæredem transmittitur n. 64.

Transmiſſio ex potentia ſanguinis non impeditur per ſubſtitutionem vulgarem n. 49.

Tempus mortis non eſt adjectum inſtitutioni ad infringendum inſtitutionem, vel ne ſecundus hæres, ſtatim mero jure ſuccedat, aut transmittat, ſed quominus in uſufructu conſervetur, & ſecundus nullum commodum ejus conſequi debet n. 63.

Sufficit mens collecta ex conjecturis, & inter alias eſt maxima ſi teſtator vocaverit cum filio, etiam hæredes ſeu deſcendentes quia tunc videtur venire ex propria vocatione, quam jure transmiſſo n. 86.

In legatis aut fideicommiſſis transmittitur jus ſucceſſionis ad legatarium licet moriantur legatarii aut fideicommiſſarii non addita hæreditate n. 144.

Transverſalis.

Qui maioratum inſtituit ad ſucceſſionem cenſetur vocare familiæ deſcendentes & illis deficientibus tranverſales qui ſubintrant in locum vocati cap. 117. p. 70. n. 156.

Præſumptio deducta ex L. *cum Avus ff. de cond. & demonſtr.* ceſſat in transverſalibus quia in ſolis deſcendentibus militat all. p. 158. n. 60.

Verba.

TEstamenti seu institutoris verba inspicere atque mature, & subtiliter considerare debemus cap. 117. p. 9. n 8.

Verba testamenti maximum pondus habent ad cognoscendum voluntatem & intentionem testatoris n. 7. 17.

Natura concessit verba propter mentem, non vero mentem propter verba n. 8.

Et sic ad mentem significandum, non ut mentem ad explicandum verba n. 9.

Animus cujusque præsumitur qualia verba profert n. 10.

Verba sunt naturalia instrumenta quibus intentio cordis exprimitur n. 11.

Nullum est majus mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum n. 12. 26.

Verba sunt sicut speculum n. 14.

Hominis voluntas non præsumitur esse aliena a verbis n. 15.

Nullum verbum debet inteligi positum sine ministerio & effectu operanti n. 18. & 22.

Verba otiosa, pro non scripta habentur n. 20.

In maioratibus aliter se res habet n. 21.

Omnia verba fideicommissi seu dispositionis sigilatim consideranda sunt absque consideratione superfluitatis.

Magis credendum est verbis certis, quam menti imaginariæ n. 25.

In conjectura deducenda magis voluntatem, quam propriam verborum significationem expectamus n, 40.

Geminatio verborum affectionis multoties repetita operatur maiorem deliberationem n 43.

Geminatio & cumulatio verborum, non ponitur sine effectu n. 44.

In conjectura deducenda voluntatem magis quam propriam verborum significationem spectamus n. 55.

Verba per eundem modum, & ordinem sui natura sunt similitudinaria, & notant similitudinem n. 56.

Et inteligenda esse similitudinaria. non vero essensialiter n. 57.

Verba sunt inventa, ut dicentis voluntatem exprimant n. 79.

Nullum certius reperiri potest testimonium voluntatis, quam verba de ore hominis emissa atque prolata ibidem.

Sicut facies repræsentatur in speculo, ita loquentis mens, & voluntas verbis certificatur n. 80.

Verbis legis, seu litterali sensu non est recedendum dum manifeste non apparet de mente sui voluntate contraria legislatoris n. 81.

Verbum voco verificari potest in usufructu illius naturam, sicut etiam verbum hæres n. 120.

Verbum jubeo relinquo, & lego, habent latissimam significationem.

Tamen hæc verba sunt inteligenda secundum subjectam materia n. 123.

Verbum remanescens, significat proprie quod ex toto restat n. 125.

Verba sunt inteligenda prout latine sonant alleg. p. 103. num. 23.

Verbum *item* apposita in principio periodi est respectiva precedentium qualitatum. n. 35.

Et

Et quando est posita in clausula prosus divisa, & separata tunc non stat respective, sed incæptive, & facit duas ex se perfectas dispositiones absque repetione ibidem.

In ultimis voluntatibus verbum præsenti temporis importat novam dispositionem, & separatam ab alia precedenti n. 36.

Verbum ipsius testatoris importat conservationem dominii in bonis ipsiusmet testatoris p. 112. vers. secundum.

Verbum *linea* universos descendentes in infinitum compræhendit n. 68.

Verbum *perpetuo* appositum pervocationem maioris natu, & geminate, probat quòd testator magis respicit ad ætatem quam ad aliam qualitatem n. 70.

Verbum primogenitus quid importet n. 100.

Verbum maioratus quid significat n. 101.

Verbum *semper* maximum producit effectum n. 129.

Verba *descendens alinea masculina d. testatoris* inteliguntur de ipsius testatoris linea quatenus ab illo immediate, & potius derivatur, non de remota, & mediata linea possessoris, cum verba accipi debeant per prius, & immediate, & non per posterius & mediate n 155.

Et verba sic prolata denotant illius lineam propter dictionem *dicti* personalissimam n. 156.

Verba clausulæ sequentis, non referuntur ad præcedentem num. 158.

Veritas.

Sine copia multorum librorum, & multo studio, veritas non invenitur, & argumenta non cessant alleg. p. 123. num. 71.

Vocatio.

Suficit mens collecta ex conjecturis, & inter alias est maxima, si testator vocaverit cum filio etiam hæredes, seu ejus descendentes, quia tunc videtur venire ex propria vocatione, quam jure transmisso cap. 117. p. 31. n. 68.

Invocatione transit dominium in eadem instantia, ac momento, quo purificatur condítio vel venit vocationis dies n 118.

Quando institutor maioratus non fuit ascendens sed transversalis, & vocavit consanguineum aut ejus lineam omnes descendentes vocati admittuntur num. 134.

Quando vocatio aut substitutio est facta in stirpes, licet vocatus præmortuus sit, non fit caduca n. 139.

Ad hoc ut acquirant jus successionis vocati, sufficit acceptatio primi successoris n. 131.

In maioratibus non datur dependentia primæ vocationis, sed vocatio iniuscujusque de perse sine ulla conexetione subsistit n. 143.

Quando alicui substituitur, & vocatur quidam si institutio instituti redatur ad causam caduciquia dicessit antequam impleretur conditio, sub qua institutus est, substituti ejus loco sabrogantur n. 145.

Quilibet vocatus ad fideicommissum, est dupliceter successor n. 148

Vocatio in maioratus successione non caducat, nec expirat in primo, sed continuatur in aliis successoribus vocati n. 151.

Virtute vocationis unius, com-

præ-

præhenditur etiam qui vocatus non eſt, ut ſi vocatur filius Petri deſcens ejusdem filii, illis deficientibus ſuccedit Petrus pater qui vocatus non fuit n. 155.

Licet vocatus poſt mortem alicujus ante cum decedat nihil omittus, iſta ſubſtitutio facta in maioratu remanet caduca ſed bona maioratus ad alios vocatos poſt eum deferuntur n. 157.

Indubio vocati ſemper cenſentur, præferendique veniunt expræſumpta teſtatoris voluntate qui eadem affectione quæ vocatum aliis prætulit cenſetur proximiores ejuſdem liniæ prætuliſſe n. 158.

Conjecturæ affectionis erga vocatos, & ejus, lineam, non apoſſeſſione bonorum ſed apræ-nominatione, & ſpeciali vocatione procedit n. 159.

Vocatio ſpecialis, non inducit excluſionem aliorum qui a lege vocantur n. 162.

Cum datur vocatio non ſolum ſpecialis fratris, ſed, & generalis a jure aſſiſtit fratri juris preſumptio, & teſtatoris voluntas n. 188.

Qui habet vocationem expræſſam præferentiam obſtinet in cõcurſu tacite vocati all. p. 160. n. 168.

Voluntàs.

Voluntas, & diſpotitio dubia interpetrari debet cap. 17. p. 8. n. 2.

Quando conſtat de voluntate expreſſa ceſſat interpetratio quia voluntas teſtatoris eſt lex n. 4.

Teſtatoris voluntas exactiſſima diligentia præſcutari debet ejusque veſtigia ſequi debemus n. 5.

Verba teſtamenti maximum pondus habet ad cognoſcendam voluntatem, & intentionem teſtatoris n. 7. 17.

Hominis voluntas non præſumitur eſſe aliena a verbis n. 15.

In conjectura deducenda magis voluntatem, quam propriam verborum ſegnificationem expectamus n. 40.

In maioratuum controverſiis debemus huc, & illuc totam diſcurrere diſpoſitionem, & undequaque attenta diſponentis voluntate inquirere n. 41.

Plus ſolet facto oſtendi voluntas quam verbis n. 50.

Voluntas teſtatoris pro lege habetur, non ſolum in diſpoſitione clara, ſed etiam de conjecturata. n. 54.

Et in conjectura deducenda voluntatem magis quam propriam verborum ſignificationem ſpectamus n. 55.

Diverſitas juris ſeu tituli non inducit, nec denotat diverſitatem voluntatis n. 64.

Verba ſunt inventa, ut dicentis voluntatem exprimant n. 78.

Nullum certius voluntatis reperiri poteſt teſtimonium, quam verba de ore homínis, èmiſſa atque prolata ibidem.

Sicut facies repreſentatur in ſpeculo ita loquentis mens, & voluntas verbis certificatur num. 80.

Voluntas teſtatoris deducitur non ſolum quando eſt expreſſa in eademmet clauſula ſed etiam quando conſtat ex alia inſtitutionis parte de voluntate tacita, aut expreſſa n. 166.

Teſtatoris voluntas primum locum in ſucceſſione ſibi vendicat all. p. 120. n. 63.

Tota ſucceſſio provenit ateſtatoris voluntate n. 64.

In ultimis voluntatibus omiſſum

ſum habetur pro omiſſo, & non eſt extencio ad alterum caſum, & perſonam n. 85.

Declaratio tacita deducta ex obſervantia contra teſtatoris volunta tem non dicitur obſervantia, ſed voluntatis deſtructio n. 170.

Uſusfructus.

Uſufructuarius omnium bonorum nullo dato cohærede retinet proprietatem, & erit directus dominus cap. 117. p. 47. num. 90. 91.

Quando teſtator poſt mortem adjecit onus fideicommiſſi in favorem alterius eo ipſo cenſetur relicta proprietas quamvis fiat mentio uſusfrutus n. 92.

Licet utatur verbis vitæ ſuæ tantum tunc enim licet alium vocet dicitur hæres inſtitutus talis uſusfructuarius n. 93.

Et maxime ſi prohibitio alienationis detur n. 98.

Quando uxor aut aliquis, vel alius in uſufructu ſunt hæredes inſtituti, alio, poſt mortem ejus hærede univerſali, aut vocato in re certa, non dicitur hæres, ſed merus uſusfructus legatarius dicitur n. 97.

Hæres gravatus non efficitur dominus, & proprietarius, ſed uſufructuarius n. 100.

Inſtitutus in uſufructu habetur pro jure legatarii, aliter vero poſt ejus mortem vocatus dicitur hæres diretus ab initio n. 101.

Nulla eſt diferentia inter inſtitutum in re certa, & inſtitutum in uſufructu. n. 102.

Uſufructuarius non poteſt alienare, nec vendere uſumfructum nec cedere. n. 128.

Et ſi rendat amitit ufumfructum, & pernitet ad proprietatis dominium n. 129.

Hæres uſufructuarius inſtitutus non dicitur niſi quando poſt ejus mortem nullus alius inſtituatur n. 132.

Duo in uſufructu conſiderari debent all. p. 113. n. 48.

Uſusfructus, ſeu jus formale, in jure conſiſtit, cum nihil aliud ſit, quam jus utendi, & fruendi n. 49.

Fructus ſunt ipſius uſufructus commoditas quæ non in jure, ſed potius in facto conſiſtit num. 50.

Fructus, ſeu commoditates, appellatione uſus fructus non veniunt licet, è contra uſusfructus nomine fructus, & commoditatis compræhendatur n. 51.

Penes unum poteſt eſſe uſufructus, & pene alium commoditas ibidem.

Nam in fructuum perceptione nullum jus, ut in uſufructu conſideratur n. 52.

Ultra vitam uſufructuarii non durat illius jus n. 55.

LAUS DEO.

DEO SUAQUE

TRACTATUS UTILISSIMUS, DE SPURIIS,

Ad mentem Ord. Reg. Lusitat. lib. 4. tit. 93. novis tum commentariis, tum explicationibus abundantissimè illustractus.

OPUS POSTHUMUM,

ACTORE

EMMANUELE ALVARES PEGAS.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI,
Ex Typographia DOMINICI GONC. ALVES.

M. DCC. XXXIX.

Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

Cum Facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

M. DCC. XXXIX.

EX TYPOGRAPHIA DOMINICI CONC. VALVES

LUGDUNI OCCIDENTALI,

VALVARES FECAS.

EMANUELE

NCIONE

OTO, PORTUGALLIÆ,

SUPERSTITIS,

DE

TRACTATUS

TRACTATUS UTILISSIMUS, DE SPURIIS.

Ad Ord. Reg. lib. 4. tit. 93. in antiquis tit. 81. Ad rub. ibi:

GLOSA I.

Quando os irmãos de dannado coito ſuccedem huns a outros.

SUMMARIUM.

Jura ex quibus deducta fuit noſtra Ordinat.
DD. Luſitani de materia agentes, num. 1.
DD. Hiſpani, n. 2.
DD. aliarum nationum, n. 3.
Præceptores Conimbricenſes, n. 4.

INTELLECTUS hujus rubricæ lucem accipit de jure Civili, *ex textu in §. ultimo auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui, & ex textu in auth ex complexa, cod. de inceſtis nuptiis. De jure Canonico, ex textu in cap. dicat aliquis* 34. *q.* 4. *& cap. text. in cap. per venerabilem* 13. *§. fin. qui filii ſint legitimi*; concordat Bulla S. P. Pii V. Romani Pontificis edita anno 1571. quæ reperitur tranſcripta *in Bullario Cherubini in Ordine* 117. *pag.* 325.

1 De materia, & argumento iſtius rubricæ loculentiſſimè, & ſatis doctè ſcripſerunt, ex noſtris peritiſſimis juriſprudentiæ profeſſoribus, *Emman. Barb. ad Ord. Reg. hoc loco, alter Borb. in auth. ex complexu cod. de inceſt. nuptiis n.* 5. *Phæb. deciſ.* 74. *Carvalho in cap. Rainaldus de teſtamentis à n.* 590. *ſequent. p.* 1. *Ribeir. reſolutione* 3. *n.* 62. *Valaſc. conſult.* 19. *Gama deciſ.* 136. *Cab.* 2. *p. dec.* 51. *n.* 8. *Ægid. de privilegiis honeſtatis cap.* 13. *à n.* 4. *Cald. Pereir. de nominat. q.* 12. *n.* 71. *Vaz alleg.* 37. *n.* 2. *Pereer. de Caſtr. deciſ.* 12. *n.* 6. *& deciſ.* 41. *Netto de jure civili lib.* 2. *tit.* 17. *n.* 7. *Alm. alleg* 2. *num.* 16. *Portug. de donat. Regiis, tom.* 1. *cap.* 17 *n.* 54. *& tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 75. *& ſeq. Arouca alleg* 89 *n.* 3. *& in comment. ad textum in L.* 9. *ff. de ſtatu hominum; ego ipſe in commentariis ad Ord. Reg. lib.* 1. *tit.* 3. *§.* 1. *cap.* 16. *& ad tit.* 87. *§.* 4. ubi refero judicatum.

2 Ex Hiſpanis Doctoribus præſentem materiam utiliter exornarunt, *Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 167 *Solorſan. de jure indiarum tom.* 2. *lib* 2. *cap* 17. *n.* 2. *Gom. & Telleſius Fernandes in commentariis ad L.* 9. *Tauri, Gutier practic. lib* 2 *q.* 104. *Cev. de ſponſalibus p.* 2. *cap.* 8.

§. 2. *Larrea decis 96. Valensuel cons. 7. Insignis Navarr. post tractatum de spoliis Clericorum in Canone non liceat Papa 12. Robles de præsentatione lib. 2 cap. 14. án. 15. Carransa de partu cap. 3. § 4 n. 17. Sanch. lib. 4. consiliorum moralium cap. 3. dub. 11. Garcia de expensis cap. 3. n. 2. Aquila ad Roxas de incompatibilitate maioratus p. 2. cap. 6. n. 142.*

3 Inter quam plurimos exterarum nationum Doctores, præcipué illucidarunt doctrinam hujus rubricæ, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumt. 96. Idem cons. 511. n. 19. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 26. Lessius de just. & j. lib 2. cap. 19. dub. 6. n. 65. Siroch. discep. 36. n. 62. Hodierna ad Surdum decis. 249. Cyriacus controvers. 237. Cancer. var. lib. 1. cap. 5. n. 45. Altimari ad Rovitium lib. 2. cons. ad cons. 74. Phelip. Paschalis de viribus patria potestatis p. 2. cap. 40. Honded. Consilio 68. tom. 2. Conciol. ad statuta civitatis Eugub. lib. 2. rub. 65. n. 13. Antonius de Luca ad decisiones Franch. observ. 720. Thor. in compendio decis. Neapol. verbo filii, pag. 230. col. 2. idem tom. 3. p. 3. verbo testamentum, Fach. lib. 2. cons. 2. Peregr. de jure fisci lib. 3. tit. 28. Julius Clarus in §. testamentum q 31. Minsing. observ. 35. cent. 1. Farinac. in quæst. crimin. q. 13. n. 59. Lupus de illegitimis com 1. §. 5. Surdus in tractatu de naturalibus liberis §. de successione spuriorum p. 3. Gras. de successionibus ab intest. q. 20. Duccafer. respons. 20. Manfrel. obs. 150 n. 35. Boss. in tram de alim. cap 4. per tot. Capriol. cons. 1. col. 4. Roland. d Val. cons. 74. vol. 1. Merl. de legit. lib. 1. tit. 2. q 5. Palist. de nothis, & spuriis cap. 54. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 37. Boer. decis. 127. Mansius in tract. de testam. valid. & invalid. tit. 6. q. 7. n. 82. Rolandin. de testam. p. 1. rub. 11. n. 10. Dilect. de art. testandi caut. 13. Lugo tom. 1. disp. 24. sect. 6. Scalona de testam. lib. 5. cap. 7.*

Ex Doctoribus inclitæ Conim- 4
bricensis Academiæ utiliter inluda-
runt in illustranda hujus rub. mate-
ria, Præceptor Infelix, & Præcep-
tor Mondragaõ, ambo ad rub. qui
filii sint legitimi, Præceptor Sebal-
tianus da Guarda Fragoso regalis D.
Pauli collegii immortale decus in
rub. de successionibus ab intest. in
tract. de successione descendentium;
idem text. in cap. 3. de pignorib. n. 27.
acutissimus Præceptor Marçali Casa-
do Jacome Pontificii D. Petri Col-
legii singulare ornamentum, *ad tex-
tum in L. 1. verbo intestatorum, cod.
de bonis vacantibus*; *Præceptor Al-
vo in Commentario ad tit. de pænis
n.* 111.

Ad principium dicta Ord. in ver-
bis ibi:

GLOSA II.

Quando algum filho de Clerigo.

SUMMARIUM.

Filius Clerici in sacris constituti, nec ex testamento, nec ab intestato succedere potest, n. 1. & 27.
Testamentum in quo instituitur spurius est nullum, n. 2.
Clerici concupiscentia, & libido legibus odiosa, n. 3.
Spurii magis odiosi, quam naturales, n. 4.
Filius procreatus ex seculari postea Clerigo est naturalis, & non spurius, n. 5.
Et ex testamento capere potest, n. 6.
Etiam si tempore nativitatis pater sit jam in sacris constitutus, n. 7.

Cum

Cum agitur de commodo filius potius attenditur tempus conceptionis, quam Nativitatis, n 8.
Filius Clerici non dum ſacris conſtitutus, licet habeat beneficium eſt naturalis, n.9.
Et multo fortius ſi pater tantum in minoribus eſt Clericus, n.10.
Clerici in minoribus non veniunt appellatione Clericorum niſi quo ad privilegium fori, & canonis, n.11.
Filius legitimus, cujus pater poſtea fuit Clericus. ſuccedit ex teſtamento, & ab inteſtato, n.12.
Filius Equitis Ordinum Militarium eſt naturalis, & non ſpurius n.13.
Contrarium in Equite Hyeroſolomitano, n.14.
Filius Clerici ſicut patri non ſuccedit, nec etiam matri, n.15. & 18.
Ratio decidendi, n.16.
Quaſi poſſeſſio filiationis non ſufficit ad ſucceſſionem, n.17.
Sicut ſpurius non ſuccedit patri, ita nec pater ſpurio, 19.
Conſanguinei legitimi, & naturales Clerici non ſuccedunt ejus filio ſpurio, n.20.
Filius Clerici non ſuccedit in bonis Emphyteuſis Eccleſiæ, licet à Principe legitimatus, n.21.
Emphyteuſis, vel bona regiæ coronæ conceſſæ pro ſe, & filiis naturalibus, & ſpuriis ſuſtinetur, n. 22.
Pater non poteſt adoptare filium ſuum ſpurium, n.23.
Filius natus ex putativo matrimonio inter Clericum, & ſolutam eſt legitimus, & ad hæreditatem parentum admittitur, n,24.
Frater non poteſt quærelare teſtamentum fratris, in quo ejus filius ſpuriis inſtituitur, n.25.
Filius naturalis filium ſpurium in ordine ſuccedendi excludit, n.26.
Naturalis teſtamentum patris infirmare non valet, n.28.
Contrarium in filio pedonis, n.29.
Clericus maritum filiæ, vel uxorem filii ſpurii extra fraudem inſtituere poteſt, n.30.
Et multo fortius ſi eis donavit, vel eos inſtituit ante contractum matrimonium, n.31.
Clericus non ſolum poteſt, ſed tenetur ſpuriam filiam dotare, & ei alimenta præſtare, etiam ex bonis Eccleſiaſticis, n.32.
Spurius à Principe legitimatus poteſt à Clerico patre, & matre inſtitui, n 33.
Etiam ſi filius ſit Clericus, n.34.
Talis legitimatus ſuccedit etiam aſcendentibus utriuſque parentis, n.35.
Sed legitimatio debet legem contrariam tollere expræſſe, n.36.
Impetrans debet exprimere nomen, & filii, ac ſpurietatem, n.37.
Non vero Matris 38. Niſi talis eſſet ut cum eo Princeps, ſi ſciret non diſpenſaret, n.39.
Spurius legitimatus non ſuccedit Patri ſtantibus legitimis, n.40.
Sed manet habilis ut ſuccedat in eo quod pater ei reliquerit, n. 41.

LEx iſta intelligi debet quando Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus filium generavit, quia talis tanquam ſpurius nec inſtitui poteſt, nec ab inteſtato ſuccedere, *Tel. Fern. in L.9. Tauri n.35. Portug. de donat. reg. tom. 2. cap.18. n.92. Cyriac. controv. 8. n 9. & 15.* & fere omnes DD. ſupra allegati, ita taliter, quod teſtamentum, in quo inſtitutus eſt filius ſpurius; eſt nullum, & nullius vigoris, *Honded. conſilio* 68. *n.17.* & ratio, in qua fundatur textus noſter eſt odium paternæ incontinentiæ, & libidinis; *Novell.* 89. *§.1. & ult. Neviſian. conſ.* 34 *col.1,* probatur etiam ex ſacra pag Deut. *cap.*20. ibi: *Ipſe ancillam, & filium ejus,*

ejus , non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ ; explicat D. Aug. super Levit. *cap.* 77. & ut cognoscant , quod nihil peccatricis concupiscentiæ filii eorum habere habeant, *Novell.* 74. *cap.* 6 qua pœna considerata ipsimet filii ab hoc crimine, sive vitio refrœnentur; *Mansius in tract. de testam. valid. & invalid. tit.* 6. *n.* 83. *Valdaur. observ.* 18. *n* 4. & quare hoc non procedat etiam
4 in filiis naturalibus est ; quia spurii sunt magis odiosi , quam naturales, *Authent. ex complexu , cod. de incest. nupt. Barra controvers.* 42. *n.* 12.

Sed hoc non procedit, quando talis, dum erat in statu sæculari, filium habuit, quanvis postea ad sacros
5 ordines perveniat ; cum talis filius dicatur tantummodo naturalis, cum iste pater in illo tempore matrimonium contrahere posset, sic docent, *Vasquius lib.* 3. *illustrium controv. cap.* 120. *n.* 12. *Mansius de testam. valid. & invalid. tit.* 6. *n.* 83. *& deducitur ex doctrina, Mascard. de probat. concl.* 803. *tom.* 2. *& probatur ex lege Castellæ in L.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* ibi : *Ordenamos que entonces se digan ser los naturales, quando al tiempo que nascieron, o fueron concebidos, sus padres podian cazar con sus madres justamente sin dispen-*
6 *sacion* ; & sic ex testamento patris capere potest in forma nostræ *Ord. lib.* 4. *tit.* 92. *Burset. consil.* 255. *n.* 15. *Buccafer. respons.* 20. quidquid intendat probare *Thom. Vaz alleg.* 6. *n.* 39.

7 Quod ampliatur quanvis talis filius sit tantummodo conceptus , quanvis postea sit natus , patre jam in sacris constituto, quia in hoc casu tantummodo tempus conceptionis attendi debet , in quo eorum patres matrimonium contrahere poterant , *Mans. sup. n.* 83. deinde cum
8 hic agatur de commodo filii , debet attendi tempus conceptionis, & non nativitatis, cum illud tempus sit ei magis utile , *L. servorum ff. de stat. hom.* §. 1. *Instut. de ingen.* & ibi *Mynsing. Vin. & Harpet. Thor. vot.* 94. *n.* 8. *Nicol. de Ubald. de successionib. ab intest. clericor. vers. inita tandem n.* 6. *Sanches de matrim. lib.* 8. *disp.* 7. *n.* 19. *Vivian. de jure patron. lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 15. *Cravet. cons.* 166. *n.* 11. *Rovit. cons.* 174. *lib.* 2. *n.* 3.

Sic etiam non procedit textus 9
nostер in filis clerici nondum in sacris constituti , quanvis talis sit beneficiatus ; quia illius clerici filius non dicitur spurius , sed tantummodo naturalis, explosa opinione *Bart. ad L.* 3. *n.* 5. *ff. de concubin. Cov. de sponsalib p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 5. *Laderch. cons.* 24. *num.* 26. *Osac. decis.* 154. *Barb. hic n.* 5. *Joan. Bapt. Costa cons.* 28. *Tel. Fernand. in L.* 9. *Tauri n.* 35. *Portug. de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 79. *Matiens. ad L.* 7. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. glos.* 12. *n* 2.

Multo fortius non procedit etiam 10
in filis clerici in minoribus constituti , qui tantummodo dicitur filius naturalis , sive iste talis ante vel post clericatum sit susceptus , cum iste posset fieri legitimus per subsequens matrimonium, quia his clericis matrimonium contrahere prohibitum non est, ut patet in toto *tit. de clericis conjug.* & ibi DD. cum similes
in minoribus constituti non veniat 11
appellatione clericorum, nisi quoad privilegium fori , & canonis , *cap. cum contingat de ætat. & qualit. Gratian. forens. cap.* 35. *n.* 49. de qua re *Tel. Fernand. ad L.* 9. *Tauri* , *n.* 35.

Sic etiam dicendum absque du- 12
bio quod filius legitimus , ex legitimo matrimonio natus susceptus antequam illius pater ad clericatum perveniat , succedit in bonis paternis, sive ab intestato, sive ex testamento,

mento, *Nicol. de Ubald. ſup. n. 6.*

13 Nec etiam procedit textus noſter in filio Equitis ordinum militarium habito ex ſoluta, quia talis dicitur naturalis, cum eorum pater abſque ullo impedimento matrimonium contrahere poſſit, explicat, & docet *Gutier. lib. 2. quæſt. practic. q. 111. Mendo de ordinib. milit. diſquiſ. 5. q. 1. n. 10. Phæb. 1. p. deciſ. 68. Portug. de donat. reg. tom. 1. cap. 17. n. 58.*

14 Quod limitatur, quando talis eſt filius Equitis Hyeroſolymitani, quia in hoc caſu dicitur ſpurius, & inceſtuoſus, *Portug, ſup. tom. 1. cap. 17. n. 57. Phæb 2. p. deciſ. 170. n. 17. Philippus Paſcal. in tract de viribus patria poteſt. p. 2. cap. 1. n. 47.* & ibi *Viſcon. in add. Ricc. collect. deciſ. 110. & 155. Thoro in compendio deciſ. verb. filius, pag. 230. col. 2. in fin. Tepat. var. tit. 439. cap. 40.*

Sed rota difficultas eſt, an ſicut
15 lex noſtra prohibet filio clerici ſuccedere patri, prohibeat etiam ipſi filio ſuccedere matri, quando ejus mater erat ſoluta, & de ejus parte non conſiderabatur damnatus coitus, vel punibilis? Affirmant aliqui, cum in hoc caſu talis mulier non committat inceſtum, ſed tantummodo ſimplicem fornicationem, quæ de jure civili non eſt damnatus coitus, neque punibilis, *Gratian. forenſ. cap. 35. n. 24. Barb. hic n. 40.* qui docent cum aliis, quod non prohibetur talis ſucceſſio; ſed contraria opinio abſque dubio tenenda eſt, ſc. quod filius clerici, & ſolutæ matri ſuccedere non poteſt, ut patet ex noſtromet textu ibi: *Algum filho de Clerigo*, & ibi: *a que o pay, ou mãy naõ pò. de ſucceder*; ex quibus verbis aparet quod legislator noſter indiſtinctè loquitur, diſponendo, quod filius clerici neque patri, nec matri ſuccedat, eo quod concubitus, ex quo fuit genitus, damnatus, & punibilis eſt, & in terminis hujus *Ord. docet Mol. de juſt. & j. tom. 1. diſp. 167. lit. B. pag. 656. Barb hic n. 1. Gam dec. 136. Socij in L. fæminæ 2. ff. de reg. jur. p. 1. n. 127. Mantienſ. in L. 6. gloſ. 4. n. 6. 7. 8. & in L. 7. gloſ. 2. n. 4.* (ubi cum multis) *tit. 8. lib. 5. nov. recopil. Gutier. lib. 2. pract. q. 102.* ubi reſpondit ad contraria fundamenta, *Palaez de maiorat. p. 2. q. 1. n. 61. Portug. de donat. reg tom. 2. cap. 18. n. 79. Pichard ad § 1. n. 20. Inſtitut. de ſucceſ. ab inteſt. Fragoſ. de regimin. reipub. p. 3. lib. 1. diſp. 2. n. 145.*

Et ratio hujus deciſionis dedu- 16
citur *ex L. 6. tit. 8 lib. 5. nov. recopil.* ibi: *Por no dar occaſion que las mugeres aſſi viudas, como virgines ſean barraganas de Clerigos, ſi ſus hijos heredaſſen ſus bienes y de ſus padres*; docet *Caranza de part. cap. 3. §. 4. n. 17.* & ſic judicatum fuit in cauſa ſequenti.

No feito da Madre Soror Franciſca de Santo Antonio, Religioſa de Santa Clara com Antonio Jorge, Eſcrivaõ Domingos Luiz de Oliveira ſe deu a ſentença ſeguinte.

Viſtos os autos, &c. Moſtra-ſe pela A. que he filha de Andreza Carvalha, e que a houve tendo amizade illicita com o Padre Antonio Roiz da Serra, e foy conhecida, e reputada de todos por filha da dita Andreza Carvalha, e que como tal lhe pertencem os bens, e herança da dita ſua mãy, que a conheceo ſempre, e teve por filha, e a viſitava no Moſteiro, e lhe mandava ſeus mimos, como ſua mãy, e que os RR. por falecimento da dita Andreza Carvalha ſe meteraõ de poſſe de todos os ſeus beus naõ lhe pertencendo mas â A. como ſua herdeira, e que em todos devem ſer condennados com os ſeus rendimentos: Por parte dos RR. ſe meſtra que a defunta ſempre

pre

pre viveo honeſtamente, e naõ teve filho algum, nem conhecia a A. por tal, e o nega, e dizia que o rumor, que houvera de que ella parira, fora falſo, e que no tempo em que a A. naſceo jà o Abbade Antonio Roiz da Serra era Clerigo, e aſſim ficava a A. incapaz da herança ainda de ſua mãy; como naſcida de coito dannado, e punivel, e que nem a meſma defunta tratara com ella em tempo algum, nem a vira, e que ſe algumas vezes hia ao Moſteiro, era com o motivo de levar alguns recados, ou mimos à outra Religioſa, e naõ à A. e que deviaõ ſer abſolutos. O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçaõ de direito, inquirições juntas, contraditas recebidas, e prova nellas feita, e como haja defeito na juſtificaçaõ da filiaçaõ, a reſpeito da mãy que he de deficil prova, e ſenaõ moſtre do que ſe jura de fama, ſem declaraçaõ dos fundamentos, e credito das peſſoas, de que teve naſcimento, como ſe requer para fazer prova de mais que de rumor; e o que ſe teſtifica da educaçaõ ſe faz deſattendivel por ſer por teſtemnnha contraditada, e ſingularidade das teſtemunhas neſta parte, como tambem o que ſe depoem da nomeaçaõ da filha, e tratamento da defunta com a A. por nomeaçaõ de mãy a filha, àlem de que muito que concorrera mayor prova, a reſpeito da filiaçaõ ſe acha plena de que o pay, que ſe denomina, e a A. confeſſa, era Clerigo no tempo em que a houve; termos em que conſtando mais pleuamente de que a A. he eſſa filha, e os pays foraõ os meſmos; fica ſendo naſcida de coito damnado, e punivel; e muito que ſenaõ ache concubinato; ainda aſſim, poſto que ſeja controverſo, ſe a filha he capaz de ſucceſſaõ da mãy, à commua opiniaõ, porque neſte Reyno ſe deve jalgar, ſuſtenta, e comprova a parte negativa, ou a incapacidade deſta ſucceſſaõ: O que attento, abſolvo aos RR. do pedido pela A. e acondenno nas cuſtas dos autos. Lisboa de Fevereiro 14. de 1686.

Manoel Carvalho Viegas.

Ab hac ſententia fuit gravamen interpoſitum ad ſupplicationis Senatum, ubi fuit confirmata à Doctoribus Coſta, & Freitas, & fundata fuit in deliberationibus ſequentibus. Quanvis difficilem probationem filiationis etiam reſpectu matris contentionis reputemus, prout de jure eſt reſpectu patris quoad filios illegitimos; non ideo illam in præſenti probatam dicere audeo, deficiunt nanque conjectura, de quibus *Valaſc. conſ.* 176. præcipue cum agatur de ſucceſſione, ad quam quaſi poſſeſſio filiationis non ſufficit, *Phæb.* 1. *p. dec.* 44. *n.* 4. ex alio etiam capite judicatum ſuſtineo; conveniunt nanque hujuſmodi partes in eo, quod Actrix filia clerici ſit, & habitata ex concubinatu, cujus coitus damnatus, & punibilis eſt, itaut matri ſuccedere non valeat, *ex gloſ. in L. ſi qua illuſtris cod. ad orphician. gloſ. in auth. ex complexu cod. de injuſt. nupt. Valaſc. conſ.* 29. *n.* 2. *Gam. dec.* 136. *Ord. lib* 4. *tit.* 93. quin aggrediamur quæſtionem illam, an ſc. ſi mater concubina non fuit, filia clerici ſuccedat matri, quam etiam negative reſolvit idem *Gam. dec.* 136. ita placet. Ulyſſipone 16. die Julii anno 1687.

Coſta.

17

18

Ord. lib. 4. *tit.* 93. ut diſponeret, quod filii ex damnato, aut punibili coitu ſulcepti, qui parentibus ſuccedere nequeunt, ſibi invicem ſuccedere poſſint; exemplum in filio clerici poſuit, ac ſi diceret: filius ex damnato, aut punibili coitu, qui patri, & matri ſuccedere non poteſt, ut filius clerici, fratri ſuccedet: idem enim

enim eſt dicere quando filius Clerici, aut alter ex coitu damnato, & punibili, qui patri, & matri ſuccedere nequit; nam hæc clauſula, qui patri, & matri, non reſpicit filium Clerici, ſed ſecundam concluſionem, & proximiorem de omni altero per coitum damnatum ſuſcepto, ut in ſimili tradit *Per. de Caſtr. deciſ.* 12. *n.* 13. unde ex dicta Ord. inferri non poteſt, quod aliquando filius Clerici poteſt matri ſuccedere; ſed quod alter aliquis filius ex coitu damnato, aut punibili poteſt matri ſuccedere, ut filius uxorati, & ſolutæ, coitus enim hic eſt damnatus, quanvis non punibilis, & matri filius ſuccedit, *Valaſc. conſ.* 29 *n.* 8. & 9. ex quibus filium clerici matri in ſucceſſibilem noſtrates dicunt à primo Domino jam editi. Ulyſſipone die 21. Iulii 1687.

Freitas.

19 Ex quibus omnibus venit, quod neque pater clericus ſuccedit filio ſuo ſpurio; cum jus ſuccedendi ſit reciprocum, *Gutier. lib.* 2. *prat. q.* 111. *n.* 3.

20 Quod ampliatur, quia etiam conſanguinei clericorum legitimi, & naturales ex parte patris ipſiuſmet clerici, non ſuccedunt filiis clericorum, *Pereſ. in L.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *Ordin. Gutier. ſup. q.* 113. *n.* 4

21 Sic etiam neque filius clerici poteſt ſuccedere in bonis Emphyreuſis Eccleſiæ, quanvis ſit legitimatus à Principe, ſed neceſſe eſt quod ſit legitimatus à S. Pontifice cum clauſula expreſſa, & habilitatus, ut in illis ſuccedere poſſit, *Cardoſo in praxi verb. filius n.* 62. *Gam. deciſ.* 72. *n.* 6. *Cald. de poteſt. eligend. cap.* 13. *n.* 1. *Grac. de nobilit. gloſ.* 21. *n.* 49. *Valaſc. conſ.* 134. *n.* 8.

22 Verum, ſi Rex Supremus conceſſerit clerico emphyteuſim, vel bona coronæ pro ſe, & filiis ejus naturalibus, & ſpuriis, valeat ne hæc conceſſio quoad filios ſpurios? Reſpondeo quod talis conceſſio eſt valida quoad filios ſpurios, quia in tali conceſſione Rex cum his diſpenſat, & cenſentur legitimati, quia Rex abſolutus hoc facere poteſt, *ex Puteo de feud cap.* 130.

Sed quæro; poterit ne pater cle- 23
ricus, utendo cautella adoptionis adoptare filium ſuum ſpurium ad hoc ut talis ſuccedat in bonis? Negative reſpondeo, quia filius ſpurius adoptari non poteſt, *L. legem, verſ. in poſterum, cod de naturalib. liber. Decius conſ.* 288. *Clement. tract. de patria poteſt cap.* 10. *n.* 7. *Boſſius de patria poteſt. cap.* 1 *n.* 59.

Et ſic textus noſter non debet 24
intelligi quando filius fuit natus ex putativo matrimonio, verbi gratia, quando ejus mater ducta probabili, & juſta ignorantia accipit aliquem Sacerdotem in virum, credens talem Sacerdotem eſſe ſolutum, & non Præsbyrerum, quia in hoc caſu talis filius dicitur legitimus, & naturalis, & admittitur ad hæreditatem parentum, ſicut docet *Abbas in cap. tanta, n.* 8. qui filii ſint legitimi, & *in cap. fin. de clandeſt. de ſponſ. Decius in cap. inter cætera, n.* 5. *de reſcript. & conſ.* 153. & 154. *Soar. in L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *fori*; *Tel. Fernand. in L.* 6. *Tauri, n.* 8. *Lupus in rubr. de donat. inter virum, & uxorem*, § 36. *n.* 2. *Franciſc. Marcat. deciſ.* 883. *p.* 1.

Et hic quæri poteſt, an ſi filius 25
clerici inſtituatur, poſſit frater inſtituentis, tanquam ex inſtiturione turpis perſonæ querelare teſtamentum fratris in forma *Ord. lib.* 4. *tit.* 90. ubi diſponit quod frater poteſt querelare teſtamentum fratris, quando inſtituit perſonam infamem ibi: *Salvo em cada hum deſtes caſos, quando o irmaõ teſtador fizer herdeiro infame de infamia de direito, ou defeito*; & reſolutive dico, relicta opinione

Gam. decis. 143. quod frater de eo teſtamento querelare non poreſt per rationes traditas *à Valaſc. conſ.* 17. *Nigerius de introduct. ult. volun. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 7. *Gratian. forenſ. cap.* 936. deinde cum textus noſter
26 hoc non prohibeat, ut fuſius infra dicemus de qua re vide etiam ſententiam ſequentem, & ibi invenies quod filius naturalis filium ſpurium in ordine ſuccedendi excludit.

No feito de Lourenço Fernandes Lopez com Joaõ de Barros, Eſcrivaõ Lourenço Correya de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos, libello do A. Joaõ de Barros, o qual trata de annullar o teſtamento de ſeu irmaõ o Padre Manoel de Barros por nelle inſtituir por herdeiro a Antonio de Barros, e os mais, dizendo que ſaõ filhos do defunto, e como taes, peſſoas infames, incapazes de os poderem inſtituir por herdeiros, contrariedade dos RR. e mais artigos recebidos, artigos de oppoſiçaõ de Lourenço Fernandes, e ſua mulher Iſabel de Barros, que lhe foraõ recebidos, que os RR. contrariaraõ, e mais artigos ſobre elles recebidos, prova dada, papeis, e documentos juntos. Moſtra-ſe por parte do A ſer irmaõ legitimo do Padre Manoel de Barros, e por taes ſe trataraõ ſempre, moſtra-ſe que ſendo o Padre Manoel de Barros Vigario na Villa de Camaum, comprou a mulata por nome Domingas, para ter illicita communicaçaõ, e depois de a ter em ſua caſa, teve della aos RR. os quaes ſempre foraõ tidos, e conhecidos por filhos do dito Padre, ſendo Sacerdote de Miſſa. Por parte dos RR ſe moſtra ſerem inſtituidos por herdeiros do dito Padre, por ſerem ſeus ſobrinhos, filhos de ſeu irmaõ Jorge de Barros, o qual vivia com elle em ſua caſa; moſtra-ſe porèm que o dito Jorge de Barros era doente de males, que lhe impediaõ cohabitar com mulher, e por impedimento delles naõ podia ter filhos, e que por o Padre encobrir a illicita converſaçaõ, que com a dita mulata tinha, os nomeava por ſobrinhos, e ſenaõ publico ſeus filhos, e como taes os tratarem, e mandar criar. Moſtra ſe por parte dos opoentes ſer Iſabel de Barros filha natural do dito Padre Manoel de Barros, havida em tempo que era ſolteiro, e leigo, a qual houve de Barbora de Miranda outroſi ſolteira, ſem haver impedimento algum para ſe contrahir matrimonio, ſe quizeſſem: moſtra-ſe reconhecer o dito Padre a dita Iſabel de Barros por ſua filha, e herdeira, nomeando-a nas cartas, que eſcrevia a ſeu irmaõ Joaõ de Barros por tal; e que como ſua ſobrinha a trataſſe, que para ella ganhava, e por ſer ſua filha natural lhe mandava dar alimentos, e outras couſas, que tudo ſaõ actos, pelos quaes ſe prova a propriedade da filiaçaõ; moſtra-ſe ſer o Padre Manoel de Barros filho legitimo de Manoel de Barros, e de ſua mulher Catherina de Barros, moradores em Cameva dos Lobos da Ilha da Madeira, peſſoas de baixa condiçaõ, e o Padre Manoel de Barros naõ ter qualidade, nem foro algum, pelo qual ſua filha natural deixe de ſucceder em ſeus bens: moſtra-ſe ſer Lourenço Fernandes Lopez legitimamente caſado com a dita Iſabel de Barros, e como taes fazerem vida em huma caſa ha annos com a fama de caſados. O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçaõ de direito, julgo a dita Iſabel de Barros por habilitada por filha natural, e herdeira dos bens do dito Padre Manoel de Barros, e condenno aos RR. e a ſeu tutor Bonifacio Lopez abraõ maõ dos ditos bens, e os reſtituaõ aos opoen-

opoentes com os frutos da individa occupaçaõ até real entrega, que ſe liquidaraõ na execuçaõ deſta ſentença, e julgo por nullo o teſtamento do dito defunto, ficando em ſeu vigor quanto aos legados, e obras pias, que o defunto manda fazer por ſua alma, e condemno outroſi aos AA. e RR. nas cuſtas deſtes autos de permeyo. Bahia de Novembro 27. de 655.

Paulo Antunes Freire.

Aqua ſententia fuit appellatum ad Senatum Braſilenſem, ubi fuit confirmata, Judices, Carvalho, Burgos, Secco.

Et ab hac ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ut fuit confirmata, & fundata in deliberatione ſequenti.

27 Eliſabetham de Barros filiam eſſe teſtatoris, qui tempore nativitatis illius nulla erat nobilitate præditus, ſatis apparet, tam ex actis, quam ex dictis à docto patrono ex fol. 281 ubi etiam aperté demonſtratur, ubi in actis plene probetur hæredes inſtitutos filios fuiſſe, non Georgii fratris, ſed ipſiuſmet teſtatoris jam in ſacris conſtituti; & ideo ſacrilegos, & ſpurios, qui à teſtamento patris capere non poterant hæreditatem, *ex Ord. lib. 4. tit. 93.*

28 Quo ſuppoſito, licet filii naturales teſtamentum patris evertere non poſſint de jure communi, ut notat *gloſ. verbo naturales in L. 2. ff. bon. poſſ. contr. tab.* & ibi *Bart.* & alii, quos citat *Tiraq. in L. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, n. 47. communem dicit Clar. in §. inſtitutio, q. 6. n. 5. & in § teſtamentum, q 30. n. 5.*

29 contrarium tamen dicere noſtri Regni diſpoſitum conſtat, quando ſunt filii pedonis propter generalitatem *Ord lib. 4 tit 92. Cald. in L ſi curatorem, verbo ſine curatore, n 96. verſ. ſeptimo, ſentit Molin. de juſt. diſput. 175. verſ. quin, Thom. Vaz allegat. 6. à n. 26. Carvalh. in cap. Raynald. de teſtam. p. 1. n. 174. Barb. ad Ord. dict. tit. 92. n. 19.* unde cum in præſenti tempore nativitatis dictæ Eliſabethæ querelantis pater plebeus fuiſſet, jure optimo noſtri Regni contra tabulare poteſt.

Nec in præſenti inſervit illa diſputatio, quam ſciens, & prudens omitto; an ſc. in totum evertere poſſit teſtamentum, an tantum ſuam legitimam avocare, manente tertia penes hæredes inſtitutos; quia cum, ut diximus, hæredes filii ſpurii, & ſacrilegi ſint teſtatoris, ex cujus teſtamento nihil capere poſſunt, ſupervacanea eſt quæſtio; ut etiam erit petitio Joannis teſtatoris fratris, quã filia excludit *per dictam Ord. lib. 4. tit* 92. Teneat igitur judicatum à ſapientiſſimis patribus. Ulyſſipone 6. Februarii 1658.

Rego convenio Azevedo.

Quæres etiam an clericus mari- 30
tum filiæ ſpuriæ, vel uxorem filii ſpurii recte hæredem, inſtituere poſſit; ad quod dico, quod poteſt inſtitui à clerico, quando fraus non intervenerit, *Larrea deciſ. 95 à n. 4. Cevall. com. contr. com. q. 19. n. 55. Hyeron. Leo in deciſ. valent. 69 n. 4. lib. Lara in compend. vit. homin. cap. 5. n. 5.* ubi dicit quod avus poteſt inſtituere nepotem filii clerici.

Et multo melius ſi clericus pater 31
ſpuriæ donavit, vel inſtituit ante matrimonium ſpuriæ contractum, *Mãtienſ. in L. 6. gloſ. 8 n. 27. tit. 8. lib. 5. recop. Larreya ſup n. 3.*

Et quanvis clericus non poſſit 32
inſtituere ſpuriam filiam, poteſt eam dotare, & alimenta præſtare, & non ſolum poteſt, ſed tenetur non ſolum ex bonis patrimonialibus, ſed etiam ex Eccleſiaſticis in ſubſidium, *Merlin. in deciſ. Rotæ 671 n. 37. & nos infra n*

Sed hæc omnia evaneſcunt, ſi 33

talis ſpurius fuerit legitimatus ab habente poteſtatem legitimandi, ſicut eſt Princeps abſolutus, qui dominium non recognoſcat, *gloſ. in § ult. quibus modis naturales effic. ſui*, & *L. 1. ced. de natural. lib. Auth, ex complexu de inceſt. nupt. Bald. conſ. 267. n. 9. lib 1. & conſ. 447. lib. 5. Caſtilh. conſ. 20. n. 12. cum conſ. 168. n. 4. Ludov. de Sard. de natural. lib. §. de legitimat. per reſcript. n. 1.* & in terminis docet *Anguian. de legib. lib. 2. controv. 23. n. 58. Peregrin. conſ. 6. n. 22. lib. 2. Balthezar Thom. tract. 1. de legitimat. tit. 5. cap. 1. n. 5. Bertazol. conſ. 50. n. 49. vol. 1. Surdus conſ. 303. n. 32. vol. 3.* ego ipſe cum *Fragoſo in comment. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. n. 97.* ubi ait quod hoc procedit, quanvis filius ſit etiam clericus in ſacris conſtitutus; *Caſtr. Pal. p. 2. oper. moral. tract. 13 diſput. 4. punct. 1. §. 6. n. 12. Lucidorus de illegit. cleric. cap. 24. n. 7. Oliv. de foro Eccleſiæ. p. 2. q. 33. n. 22. Torres de maiorat. p. 1. cap. 29. § 6. n. 47. Cyriac. controv. 436. n. 8. Mart. ſum. ſucceſſ. legal. p. 1. f. 18. art. 2. n. 4.*

34

35 Et virtute hujus legitimationis poteſt ſpurius ſuccedere patri clerico, & matri, ac per conſequens aſcendentibus utriuſque parentis, *Anguian. de legib lib. 2. contr. 23. n. 58. Joan. Bapt. Coſta conſ. 28. Carvalh. in cap. Raynald. p. 1. n. 532 de teſtam. Cabed. deciſ. 65. n. 3. Gam. deciſ. 11. n. 4.* & 20. ego ipſe *in tract. de maior. cap. 20. n. 17. Robles de repræſent. lib. 2. cap 14. n. 69.*

36 Sed in illa legitimatione debet Princeps expreſſe ſtatutum, vel legem contrariam derrogare, ut notat *gloſ. in §. ult. quib. mod. nat. efficiuntur ſui, Surd. de naturalib. lib. §. de legitimat. per reſcriptum, n. 1. Tuſc. prat. lit. 5. concluſ. 412. n 5.*

37 Impetrans debet nomen patris declarare, & ejus filios, & ſpurietatem in ſupplicatione, & illa ſupplica debet eſſet abſque ulla nota ſubreptionis, *Decian. conſ. 38. n 36 vol. 3. Joan. Baptiſt. Coſta conſ. 28. n. 3.* ſed controverſum eſt ſi in Decreto legitimationis nomen, & ſtatus matris ſpurii non inveniatur, ſit talis legitimatio nulla? Negativè reſolvit *Joan. And. in cap. novit de filiis præsbyter.* quia iniquum eſt, ut peccata, quæ ſunt occulta, & detegi non poſſunt abſque matris infamia, & ſcandalo, declarentur, quod æquitati non convenit, *L. 4. §. pen. & fin. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & ſatis eſt quod nomen ſpurii, & ejus patris declaratum ſit in Decreto, niſi probetur quod nomen matris tacitum fuit ad hoc ut Princeps diſpenſaret, quia ſi Princeps ejus nomen, vel ſtatum ſciviſſet, non diſpenſaret cum ſpurio, ſicut poteſt accidere in moniali, reſolvit *Surd. ſup. n. 17. explicat Covas de ſponſalib. 2. p. cap. 8 §. 5.* 38 39

Sed iſte filius legitimatus à Principe non ſuccedit patri ſtantibus filiis legitimis ex matrimanio natis, quanvis Decretũ legitimationis exuberantes clauſulas habeat, *ex Ord. lib. 2. tit. 35. § 13. Gam. deciſ. 278. n. 16 Portug. de donationib regiis, 2. p. cap. 16. n. 41. ego ipſe in tract de maiorat. tom. 2. cap. 20. n. 17. & explico in comment. ad Ord. in lib 2. tit. 35 cap. 179. tem. 11. & tom. 2. ad Ord. in 1. tit. 3. §. 1. cap. 1. n. 16.* & aliis in locis. 40

Sed tantummodo manet diſpenſatus, & habilitatus ad ſuccedendum in eo quod pater ei reliquere voluerit, *Tuſc. prat. lit. S. concluſ. 412. n. 5.* 41

Ad

Ad Verba.

GLOSA III.

Ou de algum outro daunado, ou punivel coito.

SUMMARIUM.

Coitus damnatus qualis in jure, n.1.
Coitus cum consanguinea vel affine est damnatus, n.2.
Sicut cum filia, & matre, n.3.
Et cum uxore alterius, n.4.
Etiam si sit uxor putativa, n.5.
Et inter virum, & uxorem si ad vitam regularem transierunt, n.6.
Quod non procedit in viro ad sacros ordines promoto uxore consentiente, n.7.
Coitus inter conjugatum, & solutam etiam est damnabilis, & punibilis, sed filii non sunt incapaces respectu matris, n.8.
Coitus cum sponsa de futuro non est damnatus, & punibilis, n.9.
Sed sic cum secunda uxore vivente prima, n.10.
Non est punibilis habitus cum concubina alterius, n.11.
Contrarium in illo qui curiam, & curiales sequitur, n.12.
Non punitur habitus cum meretrice uxorata, n.13.
Contra vero cum moniali, n.14.
Punitur habitus cum virgine, & vidua cum stupro, n.15.
Limita si fuerit infimæ conditionis, n.16. contrarium, ibid.
Sed in nostro Regno, & Hispan. non punitur, ibid.
Punibilis coitus habitus per vim, n.17. etiam cum meretrice, ibid.
Etiam cum virgine non dum viri potente, n.18.
Et in fœmina vim inferente viro, n.19.
Et in tutore, & curatore cum pupilla, vel adulta etiam, si jam tutella finita sit, n.20. Quid de jure regio? ibid.
Et inter clericum Sacerdotem, vel in sacris constitutum, & solutam, n.21.
Non vero inter clericum in Minoribus, & solutam licet sit beneficiatus, n.22.
Punibilis cum persona alterius sectæ, n.23.
Sed qua pœna attento jure communi, n.24.
Idem dicendum de matrimonio inter personas diversæ sectæ, n.25. & seq.
Etiam punibilis inter servum, & Dominam, licet postea fiat liber, n.28.
Dominus ancillam in matrimonium ducens libertatem adquirit, n.29.
Sic etiam si ancillam cognoverit; & de ea, ac ejus filiis non disposuit, n.30.
Punibilis coitus famuli cum filia, matre, sorore, & consanguinea Domini sui, etiam mediante matrimonio, n.31.
Etiam habitus cum famula, vel Domicella Palacio Regis inservientem, n.32.
Et officialis cum muliere, quæ coram eo litigat, n.33.
Alii casus remissivè, n.34.
An omnes casus vellati filios spurios insuccessibiles reddant, num.35.
Negativa sententia potius atridet, n.36.
Intelligitur Ord. lib. 4. tit. 92. *n.*37.
Verus intellectus præd. Ord. n. 38.
Filius natus ex punibili, & damnato coitu patri succedere non potest nec ex testamento, nec ab intestato, n.39.

Ratio

Ratio decidendi consistit in odio damnatæ libidinis, n.40.
Talis filius non dicitur de domo, familia, parentella, & cognatione parentum, n. 41.
Nec nomine filiorum comprehenduntur, n.42.
Dicantur infames, n. 43.
Et tanquam infames instituit non possunt, n. 44.
Nec per fideicommissum, n.45.
Neque per interpositam personam, n. 46. Qui per se capere non potest, nec per interpositam personam, ibid.
Nec ex causa substitutionis vulgaris, n. 47.
Nec ei pupilariter substituere, n.48. Quod procedit quo ad bona patris, non vero quo ad alia bona filio provenientia, ibid.
Nec instituere directe, vel indirecte, n. 49.
Nec eum in legitima instituere, n.50. Legitima est portio hæreditatis, ibid.
Nec ei relinquere titulo donationis causa mortis, n.51.
Nec inter vivos donare ei aliquid potest, n. 52.
Nec instituì etiam si hæredes legitimos non habeat, n. 53.
Nec pro amore Dei, vel anima sua, n. 54.
Quod procedit etiam si pater spurium in testamento non nominasset filium, n. 55.
Etiam si pro legitimo reputetur, n. 56.
Nec causa conditionis implendæ, n. 57.
Nec potest gravari, ut capaci restituat, n. 58.
Etiam si relinquantur juramento, n. 59.
Nec in relictis ab uxore sui patris, n. 60.
Nec gravare legatarium, ut de suo aliquid tribuat spurio, n. 61.
Nec eligi ab executore ultimæ voluntatis ipsius patris, n. 62. contrarium ibid.
Nec à rogato restituere cui velit, n. 63.
Nec cum consensu venientium ab intestato, n. 64.
Nec habilitetur per adoptionem, vel arrogationem, n. 65.
Nec succedit avo, avia, proaviæ ex parte patris, n. 66.
Nec materteræ, n. 67.
Nec etiam si pater disponat inter liberos, n 68.
Nec ex dispositionibus favorabilibus, 69.
Nec ex Senatu consulto juvari potest, n. 70.
Nec succedere in emphyteusi Ecclesiastica, n. 71.
Etiam si legitimatus à Principe, n. 72.
Tunc enim solum succedit in emphyteusi prophana, n. 73.
Sed nominari potest in marito, vel uxore filiæ; vel filii spurii, n. 74.
Et ab avo nepoti legitimo ex filio spurio, n. 75.
Etiam quando bona filio conceduntur, antequam dominium sit in patre radicatum, n. 76.
Idem quando emphyteusis concessa fuit spurio, vel eum cum facultate nominandi, n. 77.
Idem quando concessio facta fuit pro se, & filiis, & alias non habebat nisi spurios, n. 78.
Idem cui Dominus tolerat ut spurius habeat emphyteusim, n 79.
Idem quando emphyteusim aquisivit titulo præscriptionis, n. 80.
Emphyteuta non potest nominare filium spurium concedentis in emphyteusi liberæ nominationis, n. 81.
Nec pater nominare in emphyteusi spurium, licet sit empta, n. 82.
Contrarium in emphyteusi prophana, n. 83.

Ma-

Maioratus in filio ſpurio inſtitui nequit, n. 84.
Limita ſi fundatus fuit cum regia adhoc facultate, n. 85.
Idem quando inſtitutor ſpurios expreſſe vocavit, n. 86.
Idem reſpectu conſanguineorum deficientibus legitimis, n. 87.
Sed an filius legitimus filii ſpurii inſtitui poſſit in maioratu, n. 88. & ſeq.
Legitimi ex filio ſpurio inſtitui poſſunt in maioratu deficientibus legitimis, n. 90.
Etiam quando inſtitutor eſt ſpurius, n. 91.
Idem quando primo loco vocavit illegitimos, n. 92.
Idem quando vocavit illum, qui ſolos ſpurios habebat, n. 93.
Etiam quando ſpurios in ſua inſtitutione honoravit, n. 94.
Et quando nulli extant legitimi, n. 95.
Facultatem habens libere nominandi maioratum poteſt ſpurium nominare, ſed non filium inſtitutoris, n. 96.
Spurius legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in maioratu; & excludit filium poſtea natum, n. 97.
An filius habitus inter conſanguineos ſuccedat in maioratu, quando Papa diſpenſavit in matrimonio contrahendo? n. 98.
Quid in patronatu, & fideicommiſſo? ubique negative, n. 99. & 108.
Quid ſi fuerit legitimatus in radice matrimonii? Affirmativè, n. 100. & ſeq.
Spurius non ſuccedit in feudis, n. 107.
Nec in bonis regiæ coronæ, n. 109. Licet legitimatus à Principe, niſi hoc exprimatur in diſpenſatione, ibid.
Nec in commendis, n. 110.
Nec legatum ex teſtamento Patris, n. 111. Licet legitimatus, ſi legitimatio fuerit nulla, ibid.
Nec hæreditatem gravatam onere reſtitutionis, n. 112.
Nec habet immiſſionem in poſſeſſionem, ex L. fin. cod. de edict. D. Adriani, *n. 113.*
Limita niſi defectus non ſit notorius n. 114.
Spurius ex Sacerdote, vel moniali nihil de bonis ipſorum capere poteſt, n. 115.
Hæres patris filii ſpurii non tenetur ſolvere legatum ipſi ſpurio relictum, licet inſtitutor pænam impoſuerit hæredi non ſolventi, n. 116.
Natus ex conſanguinea tranverſali, vel aſcendente nihil ex patris bonis conſequitur, n. 117.
Spurius non ſuccedit in civilitate acquiſita pro ſe, & filiis, n. 118.
Si duo habeant filios ſpurios, qui inter ſe contrahant, non poſſunt patres inſtituere filium alterius, n. 119.
Spurii non veniunt ſub conditione ſi ſine liberis, n. 120. nec ſubſtitutum excludunt, ibid.
Spurii non proſunt ad excuſationem tutellæ, vel muneris publici, n. 121.
Pater filio ſpurio non ſuccedit, n. 122.
Spurius ita patri non ſuccedit, ut nec lege permitente, n. 123. Lex nutritiva peccati non ſuſtinetur, ibid.
Nec ſuccedit in nobilitate patris, vulgo foro de fidalgo, *n. 124. Limita in filio Magnatis, n. 125. & ſi fuerit legitimatus, ibid.*
Nec eligere ſepulturam patris, licet ſit legitimatus ſi jam pater vitâ deceſſit, n. 126.
Sed ſepeliendus in ſepultura matris, niſi fuerit illuſtris, n. 127.

Su-

1 SUperius actum fuit de succeſſione filiorum naturalium, nunc in præſenti agit tit. de ſucceſſione filiorum, qui ex damnato coitu naſcuntur, quare utile, & neceſſarium erit ſcire quis dicatur damnatus coitus; & conſtat damnatum coitum dici eum, qui punitur aliqua lege civili, vel Divina; nam illum damnatum coitum dicimus, quem lex punit, ſive ſit juris communis, ſive alicujus Regni particularis; quod clare patet ex verbis noſtrimet textus ibi: *Ou de algum outro damnado, ou punivel coito por noſſas Ordenaçõe, ou por direito commum, auth. quib. ou por direito commum, auth. quib. mod. natural. efficiuntur ſui, §. pan. verſ. primum quidem, & ibi omnes DD. Bart. in L. fin. col. 2. ff. de iis, quibus ut indign. Covas de ſponſalib. lib. 4. p. 2. cap. 8. §. 5. ex n. 16. Gom. in L. 9. Tauri, n. 13.* ubi ponitur differentia inter coitum damnatum, & coitum damnatum, & punibilem, *Nat. conſ. 42. Portug. de donat. reg. tom. 2. cap. 17. n. 76. Molin. de juſt. & j. tom. 1. diſput. 168.*

2 Ex qua doctrina infertur coitum cum conſanguinea, vel affine abſque dubio eſſe damnatum; quæ concluſio de jure noſtro expreſſe probatur per *Ord. reg. lib. 5. tit. 17. facit etiam Ord lib. 2. tit. 26. §. 22.* & de jure communi probatur *per L. ſi adulterium, §. ſtuprum*, & ibi notat DD. *ff. de adult. Gom. in L. 9. Tauri*, ubi agit de punitione hujus criminis, *n. 15. Tel. Fernand. in L. 9. Tauri, n. 6. Clarus in §. fornicatio, n. 16. & §. inceſtus.* de qua re vide *Cabal. reſol. crimin. caſ. 200. Solorſan. de jure Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 24. n. 46. Math. de re criminali, controv. 50. n. 2.*

3 Infertur ſecundo, quod coitus cum filia, aut matre dicitur damnatus, & punibilis, *Clarus in §. inceſtus, n. 13.*

Infertur tertio, quod coitus initus cum uxore alterius dicitur damnatus, & punibilis, ut *ex Levit cap. 20. & ex Deuteron. cap. 22. probat Ord. lib. 5. tit. 17. de jure civili L. quanvis, cod. de adult. de quo late Gom. in L. 9. Tauri, n. 46. Clarus in §. adulterium, & in §. fornicatio, n. 14.* 4

Infertur quarto, quod coitus habitus cum uxore putativa alterius eſt damnatus, & punibilis, *L. ſi uxor, §. Divus, verſ. ſed ſi ea, ff. ad leg. Jul. de adult. & ibi Bart. & communiter DD. Gom. ubi ſup. n. 48 Ord. lib. 5. tit 26. in princip.* quia generaliter matrimonium verum, & putativum æquiparantur, de quo vide *Joan. Lup. in rub. de donat. inter vir. §. 36. in principio.* 5

Infertur quinto, quod coitus dicitur damnatus, & punibilis, quando uxor, & maritus ex conſenſu utriuſque ad vitam matrimonialem transierunt, & poſtea copulam carnalem habuerunt, ob quam cauſam, ſi ex illa copula filius naſcatur, dicitur illegitimus, & ſpurius, *Ripa in cap. inter cætera, n. 12. de reſcript. Roman. ſingul. 521. Præcept. Illuſtriſſim. a Cunha in Decretal. in cap. miniſtri 19. diſt. 81. n. 3. Fragoſ. de regimin. reipub. p. 3. lib. 1. diſp. 2.* 6

Sed non ita quando ille filius naſcitur ex conjugatis, ſc. ex viro ad ſacros ordines promoto, uxore conſentiente, *Mayol. de regularib. lib. 1. cap. 4. n. 9 Sanches de matrim. lib. 9 diſp. 38. n. 7. Fragoſ. de regimin. reipub. ſupra citatus.* 7

Infertur ſexto, & dubitatur an coitus inter ſolutam, & conjugatum ſit damnatus, de qua re dubitat *Decius, conſ. 311. ſed Paul. de Caſtr. conſ. 34. vol. 2.* reſpondit non eſſe damnatum hunc coitum, ſequitur *Alexander conſ. 139. Socinus conſ. 148. vol. 1. colun. 2.* ea ratione, quia hic 8

coitus

coitus aliqua pæna per legem ut pote rarior minime punitur, *L. 1. cod. de adult.* Verum cum hic coitus ſit punibilis eo quod maritus uxori ſuæ injuriam per adulterium irrogat, ſecundum *Bald. in L. 1. cod. de adulterriis*, & *per noſtram, Ord. lib. 5. tit. 28. in princ. & in §. 1.* cum qua reſolutione concordat Lex Caſtellæ *in L. 24. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* verius videtur quod talis coitus ſit dãnatus, ſicut docet *Angel. Arent. in §. noviſſimè, colun. fin. inſtit. ad Senat. Conſult. Orphitian. Baptiſt. in L. ſi qua illuſtris cod. ad Orphitian.* & etiam hanc opinionem veriorem dicit *Decius conſ.* 306. *ſequitur Covas de ſponſalib. 2. p. cap.* 8. §. 5. *n.* 16. ſuffragatur quod coitus hic vere eſt adulterinus, *L. 1. cod. de adulter. Caet. 22. q.* 154 *art.* 8. *tenet Gom. in L.* 8. *Tauri, n.* 19. *Gama deciſ.* 143. *Gracian. forenſ. cap.* 35. *n.* 21. *Botilier. de ſucceſſionib. cap.* 1. *n.* 5. ubi quod ejus filii non ſunt incapaces niſi reſpectu patris; *Portug. de donat. regiis, lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 82. & 83.

9 Iufertur ſeptimo, quod coitus cum ſponſa aliena de futuro, quanvis ſit illicitus de jure canonico, attamen ejus filii non ſunt ſpurii: ſed tantummodo naturales, cum in jure civili non inveniatur damnabilis talis coitus, deinde quia inter eos matrimonium valide contrahitur abſque diſpenſatione, *Fragoſ. de regim. reipub p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 139.

10 Infertur octavo, quod coitus cum ſecunda uxore, vivente prima, pæna infamiæ punitur, cum ſit damnabilis jure canonico, & civili; *cap. nuper de bigam. L. eum qui duas cod. de adulter. & Næv.* ibi explicat *Farinac. p.* 5. *oper. crimin. q* 140. *n.* 1. 2. & ſecundum aliquos DD. punitur pæna ſtupri, quæ erat dimidiæ partis bonorum publicatio, ſi fuerit nobilis, ſi fuerit vilis conditionis corporis caſtigatio, qui DD. fundantur *in dict. L. eum qui duas* 18. *cod. ad leg. Jul. de adulter. Hoſtienſ. in ſum. tit. de ſtupro* §. & qualiter, *Alexand. con.* 165. *vol.* 7. *Clarus lib.* 3. *ſentent. §. fornicatio, n.* 50. *Ludovic. Carer. in prat. crimin. in* 3 *tract. de homicidio, §. circa igitur quartum, n.* 15. *Covas de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 7. §. 3. *n.* 10. *Mattheus Celer. p.* 1. *dec.* 176. *n.* 78. *Gilhaus in arbor. crimin. cap.* 2. *tit.* 19. *n.* 1. concordat Lex Caſtellæ *in L.* 2. *tit.* 7. *p.* 7. Aliter ſe res habet in jure noſtro regio, quia qui contrahit ſecundas nuptias, vivente prima uxote, punitur pæna mortis, & damnum datum uxori tenetur ſolvere, *Ord. lib.* 5. *tit.* 19. *in princip. Roman. ſingul.* 531. & *ſingul.* 573. *Albert Gentil. in tract. de nupt. lib. cap.* 3. *ſub n. fin. Tiraquel. ad leg. Conub. in L.* 7. *gloſ.* 1. *p.* 7. *n.* 24. *Berſich p* 4. *concl.* 28. *n.* 9. *Gom. in L.* 80. *Tauri, n.* 27. *Menoch lib.* 2. *de Arb. caſ.* 420. *n.* 118. *Brunnem. ad text. in dict. L. eum qui* 18. *n.* 4. *cod. ad leg. Jul. de adult.*

Infertur nono, & dubitatur an 11
coitus habitus cum concubina alterius ſit damnatus? attento jure communi pro parte affirmativa reſpondendum erat, cum jure communi puniatur, ut probatur *ex text. in L. uxor, L. inter libertos ff. de adult.* tenet *Covas de ſponſalib* 2. *p. cap.* 8. §. 3. *n.* 15. ſed de noſtro jure regio aliter reſolvendum eſt, cum tales concubinarii puniantur, & lex concubinatum non aprobet, ſicut jus civilis propter peccati odium, & ſcandalum; & per conſequens fit quod coitus cum concubina alterius non eſt damnabilis, & punibilis, explicat *Clarus prat. §. fornicatio, n.* 6.

Infertur decimo, quod con- 12
cubinatus illius, qui curiam, & curiales ſequitur, eſt damnatus, *Ord.*

lib. 9. *tit.* 27. explicat *Costa in still. dom. supplicat.acent.* 14. *pag.* 120.

13 Iufertur decimoprimo, quod coitus cum meretrice publica, quanvis sit conjugata, non est punibilis, & ejus filii non dicuntur nati ex damnato coitu, & punibili, *L si ea quæ stupro, cod. ad leg. Jul. de adul. ter. Gaspar Thesaur. quæst. forens. q.* 22. *n.* 20.

14 Infertur decimosecundo, quod coitus cum moniali dicitur damnatus, & punibilis, *L. si quis non dicam* 5. *cod. de Episcop. & Cleric. cap. si quis non dicam dist.* 1. *Ord. lib.* 5. *titul* 15. explicat *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.* 1. *q.* 22. *n.* 29. *Bart. in L. fin. ff. de his quibus ut indign. Ansald. de jurisd. mixt. fori, p.* 4. *tit.* 4. *cap.* 2. *n.* 19. *Marescot. variar. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 11. *Clarus in §. fornicatio, n.* 17. *& §. incestus, n.* 1. *Menoch. de arbitr. cas.* 389. *n.* 22. *Cabal. resolut. criminal. cas.* 200. *n.* 71. *Marc. Ant. Sabel. in sum. divers. tract. lit. C §. coitus, n.* 14. *Tamborin. de jure Abbat. disput.* 11. *per tot.*

15 Infertur decimotertio, quod coitus cum virgine vidua ve cum stupro est damnatus, & punitur pæna, *L inter liberos; L. si uxor ff. de adulteriis, §.* 4. *Instit. de publicis judic.* & ita tenet *Joan. Baptist. in L. si qua illustris*, & ibi *Angel cod. ad Senat. consult. Orphit. Cacialup. in dict. L. si qua illustris, n.* 18. & 22. ubi docet quod ejus filiis sunt in successibiles, *Honded. cons.* 86. *n* 9 *Barb. in auth. ex complexu, n.* 9. *cod. de incest. nupt. Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 29. *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *q* 5. *Arouc. alleg.* 39. *n.* 86. *Gam. dec.* 322. *n.* 2. *Covas de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. *§.* 5. *n.* 18. *Gabriel. Pereir. dec.* 12. *n.* 46. *Bertand. lib.* 2. *cons.* 135. & 138. *Arouc. alleg.* 89. *n.* 1. *Hodiern. ad Surd. dec.* 249. *n.* 11. *Clar. in §. fornication.* 11. & 15.

Quorum opinio limitatur, ut non procedat quando coitus fuit habitus cum virgine, vidua ve infimæ conditionis, secundum *Bald. cons.* 206. *volum.* 3. *Sucin. cons.* 212. *col.* 2. *Honded. cons.* 68. *lib.* 1. *Mastril. dec.* 152. *vol* 2. *Butilier. de succession. cap.* 1. *n.* 5. nam stuprum cum vilibus commissum non est punibile, *L. qui adulterium, cod. de adulter.* quæ taliter non loquitur de vilibus simpliciter, sed de vilibus respectu morum, non vero de virginibus, aut viduis infimi generis; sed hæc opinio non est tuta, & verior, quia etiam cum vilibus fit punibilis coitus, dummodo viduæ sint in honesto vivendi modo, alioquin ansa præberetur exercendi passim libidinem, *Covas in d. §.* 5. *n.* 17. *vers.* adjiciam tamen; pro quibus facit textus in nostra *Ord. lib.* 4. *tit* 23. *in princ. Gom in L.* 80. *Tauri, n.* 5. & de coitu cum vidua idem *Gom. sup. n.* 14. ubi asserit quod hodie de consuetudine non punitur in Regno Castellæ, & in nostro Regno rarò punitur. 16

Infertur decimoquarto, quod coitus habitus per vim, damnatus, & punibilis est pæna mortis, & omnia bona raptoris, vel vim inferentis, mulieri raptæ applicantur; probat *L. unic. cod. de rapt. virg.* & ibi *glos. & Azo in sum. L. raptores cod. de Episcopis, & Clericis*, & ibi *glos. & in §. item lex Julia de vi vers. sint autem, D. D. ad Instit. de public. judic. Ord. lib.* 5. *tit.* 18. *in princ.* Utrum autem coitus habitus cum meretrice per vim, & violentiam sit punibilis, & qua pæna tam de jure civili, quam de nostro patrio, & regio? Vide *Ord. in* 5. *tit.* 18. *in princ. Plac. in epitom. delict. cap.* 32. *n.* 9. *Barbos. ad præd. tit.* 18. *in princ. n.* 3. plurisque ab eo citatos cum affluentia solita. 17

Infertur decimoquinto, quod coi- 18

coitus cum puella nondum viri potente eſt punibilis, *Clarus in §. fornicatio, n.* 12. *& in §. ſtuprum, n.* 19.

19 Idem dicendum eſt in fæmina vim inferente viro, ſeu illum rapiente, *Gom. in L.* 40. *Tauri, n.* 36.

20 Infertur decimoſexto, quod coitus, vel acceſſus tutoris, curatoris ve cum pupilla, vel adulta punibilis, & damnatus eſt, quanvis tutella ſit finita, vel non, & punitur pæna deportationis, & confiſcationis omnium bonorum, *L. unic. cod. ſi quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit, Bart. Bald. & Salicet. in dict. L. un. Paul. Chirland. in tract. de pœnis, q.* 7. *falent.* 6. *n.* 7. *Clar. & Baſard. recept. ſent. §. fornicat.* ubi cum pupilla, *Nævius, Gothofred. Brunnem. ad dict. L. unic.* & ibi *gloſ. Ord. Boer. dec.* 317. *à n.* 1. *Bonacoſſ in Syntagm. commun. opin. lib.* 9. *tit.* 8. *Gomes in L.* 80. *Tauri, n.* 24. & licet illa lex tantummodo loquatur in eo, qui quondam fuit tutor, & cognovit pupillam, vel adultam jam emancipatam, tamen eadem ratio conſideratur in eo, qui de præſenti tutor eſt, ut decidit idem *Gothof in dict. gloſ* & eſt de mente omnium, *ex Gom. ſup. n.* 5. *& probat text. cum ibi notatis in l. qui pupillam, ff ad leg. Jul. de adult.* & de hoc crimine ultra citatos vide *Tuſc. lit. T. concl.* 417. *Paul. Chriſtin. dec.* 217 *n.* 24. *Marc. Ant. Sabel. in ſumm diverſ. tract. §. tutella, n.* 45. *Carprov. prat. crimin. p.* 2. *q.* 69. *n.* 43. & circa pœnam tutoris, vel curatoris acceſſum habentis cum orphana, ſeu pupilla aliter ſe habet noſtra lex *in Ord. lib.* 5. *tit* 21. §. 1. ubi ait quod tutor, vel curator in hoc caſu tenetur ſolvere pupillæ dotem in duplum ſecundum ejus qualitatem, & illi imponitur pœna exilii Africæ per ſpatium decem annorum, & ſi non habuerit unde ſolvat dotem, pœna exilii erit peretua in Regionem Braſilicam; ſed tamen hæc pœna eum non liberat à ſolutione dotis, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, de qua re vide *Mend. in prax.* 1. *p. lib.* 4. *cap.* 8. §. 15. *n* 59. *ex Præceptoribus noſtris Alvo ad tit. de pœnis, n.* 110.

Infertur decimoſeptimo, & du- 21
bitatur, an coitus inter ſolutam, & Sacerdotem ſit damnatus, & punibilis, & inter eum, qui ſacris ordinibus inſignitus eſt; *Afflict. in conſtitut. tit.* 82. *col.* 2. voluit coitum hunc pœna extraordinaria nubili puniri, & per conſequens prolem ſuſcentam matri ſuccedere, idem tenet *Ægid. Boſſius in tit. de coit. damnat. n.* 15. & 16. *pag.* 332. ſed verum eſt quod hæc proles multum odioſa eſt, & ſemper juri canonico odioſa fuit, *ut in Concil. Toletan.* 9. *cap.* 10. ubi ſtatutum fuit filium natum ex coitu clerici, & fœminæ liberæ, ſub ſpecie tamen matrimonii ſcienter, ſervum Eccleſiæ effici, cujus deciſionis mentionem facit *Gratian. in cap. cum multa* 15. *q.* 8. explicat *Covas ubi ſup. n.* 17. item facit quod hic coitus adulterinus dicitur *à gloſ. communiter recepta in cap. per venerabilem, qui filii ſint legit. verb. adulterinæ*, ubi *Panormit. n.* 32. hanc copulam damnatam eſſe probat, & *etiam in cap. innotuit de electione in pramatica ſanctione, tit. de concubinis, §. ipſas, verſ. dicere, argument. cap. cum olim de cleric. conjugat*, & *idem notat Nicol. de Ubald. in tract. de ſucceſſione ab inteſt.* 4 *ſpec. filiorum, ſequitur Covas ubi ſup. n.* 17. *Gom. in L.* 80 *Tauri, n.* 19. & hanc opinionem probat *Ord. noſtra, lib.* 5. *tit.* 30. *in princ. & in §.* 1. & bene, & clarius in noſtromet textu, qui diſponendo de coitu damnato exemplificat in filio clerici ibi: *Quando algum filho de clerigo, ou de algum outro damnado, ou punivel coi-*

to por direito. Roderic. Soares in L. 1. *n.* 29. & 31. *tit.* 6. *lib.* 3. *fori, Robles de repræsent. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 42. *& nos sup. glos.* 1. de qua re vide *Gama dec.* 136. ex qua ratione veram apparet rationem, quare filius clerici in sacris non succedat matri, quanvis coitus cum illa sit unicus.

22 Infertur decimo octavo, quod coitus habitus inter solutam, & clericum in minoribus constitutum non dicatur damnatus, & punibilis, etiam si beneficium habeat Ecclesiasticum, *ut sup. diximus glos.* 2. *n.* 30. *Cov. de sponsal. lib.* 2. *p. cap.* 8. *n.* 17. ac ideo liberi ex ea succedunt matri.

23 Infertur decimo nono, quod coitus cum persona alterius sectæ est damnatus, & punibilis, *L. ne quis* 6. *cod. de judic. cap. cave, caus.* 28. *q.* 1. & nostro jure regio punitur pæna mortis, sicut decrevit *Ord. lib.* 5. *tit.* 14. *de jure Hispanico, L.* 9. *tit.* 24. *p.* 7. de materia an ei imponenda sit pæna ordinaria, vel extraordinaria vide *Alexand. cons.* 99 *vol.* 6. *Oldr. cons.* 333. *Vivius com. opinion. opin.* 391 *n.* 1. *August. Barb. in collectan. ad L. nequis Christianam* 6. *cod. de judæis, Berlich. praticabil. p.* 5. *concl.* 38. *n.* 120. *Matheus de re crimin. controv.* 56. *Franc. de la Padilla in suo tract. de las leyes penales, p.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. *Paul. Christian. dec. Belgic.* 62. *n.* 10. *Cyriac. controv.* 432. *n.* 23. *Sabel. in sum. divers tract.* §. *coitus, lit. C.* & *in lit. J.* §. *Judæus, n. Gutier. in prax. q.* 24. *Ricc. collect.* 3910. *P. Manar Noct. malencon. interrog.* 200. § 6. *Concil. in resolut. crimin. verb. Judæus, resolut.* 1. *Paulus Grilland. in tract. de pænis, q.* 12. *Nævius*, & *Gothofr. ad dict. L. nequis, Coras de spons. p.* 2. *cap.* 6. §. 11. *n.* 3. *Marques de Susanis in tract. de Judæis, p.* 2. *cap.* 3. *n* 13. *Menoch. de arb. cas.* 290. *n.* 1. & 2. *Farin. de delict. carn. q.* 139. *n.* 1. & 39. *Tulden. ad tit. ne clerillian. mancip. n.* 2. *Cæsar Carena de Officio Sanct. Inquisit. p.* 2. *de Judæis, tit.* 14. §. 3. cum aliis *Barb. in remissionib. ad Ord. lib.* 5. *tit.* 14. *Boer. dec.* 316. *n.* 5. *Tel. Fernand. in L.* 9. *Tauri, n.* 7. nisi detur ignorantia, *Brunnem.* & *Næv. ad dict. L. nequis.*

Attento vero jure communi, si 24
persona alterius sectæ mulierem christianam cognoverit, cessante raptu, & stupro, vel adulterio, non punitur pæna mortis, sed arbitrio judicantis, *Old. ad. cons.* 333. *Corneus cons.* 114. *Boer. dec.* 316. *col.* 3. ubi dicit hanc opinionem esse communem, quam etiam sequitur *Alciatus parergon. cap.* 23. *Gom. in L.* 80. *Tauri, n.* 26.

Et quod dictum est de coitu cum 25
muliere alterius sectæ, etiam dicendum est de matrimonio cum eadem contracto nam omni jure cautum est christianum contrahentem cum Judæa, vel infideli matrimonium adulterii pæna puniri, & illud matrimonium non licere, quæ pæna erat mortis, & nostram conclusionem probat *Sacr. pag. in Deuter. cap.* 7. ibi: *Neque sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipias filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me, & ut magis serviat Diis alienis,* & *lib.* 3. *Regum, cap.* 11. ibi: *Certissimè enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos earum, de jure canonico probat text. in cap. nos,* §. *his itaque* 2. *q.* 7. *cap. reos,* §. 23. *q.* 5. *cap. cove* 28. *q.* 1. *cap. non oportet, q.* 1. *de jure civili probat text. in L. nequis christianum* 5. *cod. de Judæis: de jure Castellæ probat L.* 15. *tit.* 2. *part.* 4. ibi: *Ninguno christiano deve casar con India, ni con Mora, ni con Hereja, y si casasse, no valdria el casamento*, concordat *L.* 9. *tit.* 24. *part.* 7. & *L.* 3. *tit.* 11. *lib.* 4.

lib. 4. fori: probat etiam gloſ. magn. in cap. ult. de condit. appoſit.

Probant etiam authoritates Sanctorum Patrum, ut *D. Paulus 2. ad Corinth. cap. 6.* ibi: *Nolite jugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? aut quæ pars fidelium cum infideli?* decretant concilia varia, ſicut Synodus *Laodic. can. 31.* ibi: *Non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, Agathenſ cap. 67. Carthag. 3. can. 17. Chalcedon. can. 13. Toletan. 3. cap. 14.*

26 De qua reſcribit *Barb. in report. prat. concl. jur. canon. & civil. lit. M. verb. matrimonium. Sanch. de matrimon. lib. 7. diſp. 37. Farinac. de delict. p. 5. q. 139. n. 37. Reynoſ. obſerv. 50. Navar. in manual. cap. 22. n. 48. Gutier. de matrimon. cap. 104. n. 1. Villalob. in ſum. tom 1. tract. 14. difficult. 12. n. 2. Roxas de incompatib. p. 3. c. 3. n. 1. Baſilius de impediment. matr. cap. 20. Henriques lib. 13. de matrimon. cap. 23. n. 3. Sotus in 4. diſt. 39. q. unic. art. 2. col. 5. Belarmin. de matrim. lib. 1. cap. 23. prop. 2. & 3. Rebel. de juſt. & j. 2. p. lib 3. q. 9. Illuſtriſ. à Cunha in cap. quoniam 15. n. 1. & 2. diſt. 32. decret al. Pacorella in pratic. del. confeſſonar. p. 1. cap. 8. del. matrimonio, n. 78. part. 5. Soares contra Regem Angel. lib. 3. cap. 4. n. 9. Solorſan. de jure Indiar. lib. 3 cap. 5. n. 17. Tranſmiera de polyg. q. 17. Serarius in Opuſcul. de matrim. Cathol. cum hæretic. cap. 1. Gonſales in cap. de illa vero 6. n 20. de divortiis, Reginal. lib. 31. cap. 107. Ledeſm. q. 59. art. 1. Valent. verb. cultus diſparitas, Cordeiro de ſtatu Eccleſiaſtic. p. 2. tract. 3. q. 11. Franciſc. à Vittoria de matrim. n. 294. Tolet. lib 7 cap. 11. Vener exam. Epiſcopor. lib. 1. cap. 35. n. 11. Molin. de ritu nuptiar. lib. 2. different. 13. n. 10. Covas in epitom. ad 4. 2. p. cap. 6. §. 11. n. 1. Remig pratic. de Curas tract. 5. cap. 8. §. 11. n. 1. D. Thom. in 4. ſent. diſt. 39. q. unic. art. 2. Turrecremut in cap. ſiquis gentilis 28. q. 1. Vega in ſum. tom. 1. cap. 34. caſu 136. Abbas in cap. quanto in 1. notabil. de divort. Turrecremat. in L. nequis chriſtianam cod. de Judæis, Marq. de Judæis, p. 2. cap. 3. n. 13. Moz. de contract. matrimon. tit. de matrim. rub. qui poſſunt contrahere matrim. n. 35. Cerneus conſ. 114. in princ. & n. 8. lib. 1. Docian. tract. crimin. lib. 5 cap. 12. n. 2. & 23. Menoch. de arb. caſ 290. Ricciul. tract. de jure perſonar. lib. 2. cap. 2. n. 1. Arauj. de ſtat. civil. diſp. 11. q. 6. Boſſius de contract. matrim. cap. 1. §. 34. n. 89. cum ſeq. Pichon. de matrim. diſput. 5. cap. 3. ſect. 9. n. 392. cum ſeq. Cabul. reſolut. crimin. caſ. 112. Paul. Chriſtin. dec. Belg. 43. n. 11. Marcus Ant. Sabel. in ſum. diverſ. tract. lit. J. §. Judæus, n. 9 Cyriac. controv. 432. Conciol. reſolut. crimin. lit. J. verb. Judæus, reſol. 1. Themud. dec. 82. p. 1. n. 22. Cujac. de ſecund. nupt. cap. 3. & pen. de divort. Aquila ad Roxas, p 3. cap. 3. n. 1. Math. de re crimin. controv. 56. P Pereira moral. tract. 43. ſect. 1. q. 2 n. 1643. Buſembaus in Medul. Theolog. moral. lib. 2. tract. 1. cap. 4. dub. 3. n. 7. Petrus Rebuf. in prat. beneficior. in regul. diſpenſat. in grad. prohibit. gloſ 5. n. 34 Petr. de Bol. in æconom. canon. 2. claſſ. cap. 4. §. 7 verſ. diſparitas cultus, Vivald. in Candelab. Eccleſ. tit. de cult. diſpprit. n. 219. Veraceus in ſpecul. conjug. 1. p. art. 32. Mantienſ. lib 5. recop. tit. 1. in gloſ. 1. rubric. n. 161. Angloſ. flor. Theolog. in quæſt. de cult. diſparit. pog. 380. verb. fidelis cum hæretico, Gom. in L. 80. Tauri, n. 26. Baldaxar. in codic. ad tit. ne chriſtianum mancipium, n. 3.** in quibus examinare potes illius quæſtionis veritatem: ſed dubitatur

an

an eadem pæna locum habeat quando Judæus matrimonium contrahit cum christiana meretrice, & *Ludovicus Gomes in cap. mulieres de judiciis, n.* 22. docet, quod non; ea ratione, quod ad tollendam injuriam, quæ christianæ Religioni irrogarur à Judæo, qui audet christianam accipere; parum, aut nihil facit ipsam fæminam esse meretricem, si quidem nihilominus christiana est.

28 Infertur vigesimo, quod coitus habitus cum Domina est damnatus, & punibilis, *L. unic cod. de mulierib. quæ se propriis servis junxerunt, Joannes Bapt. in L. si qua illustr cod. ad orphic. Angel. in §. novissime Inst. ad orphic. Covas de spons. sup. n.* 15. *Gomes in L.* 80. *Tauri n.*24 *Salicet. Bald. & Bart. & Nov. in L. ex libera conceptus* 6. *cod. de suis, & legit. hæred. Anchar. cons.* 410. *Corras. in L. emancipatum, §. si quis, n.* 4. *de Senatorib. Tel. Fernandes in L.* 9. *Tauri, n.* 4. *Clarus in §. fornicatio, n.* 19. & ejus filii non succedunt in hæreditate, quamvis postea ejus Pater fiat liber, & ad dignitates perveniat, quia per dignitates subsequentes filii non legitimantur, *Brunem. ad rubr. cod de suis, & legitimis hæredib. n.* 33.

29 Ex quibus quæres, si dominus ancillam in matrimonium ducat, an virtute ipsius matrimonii libertatem acquirat? ad quod affirmative respondeo, cum indignum esset quod maritus esset liber, & ejus uxor serva ipsius, cum per matrimonium dicantur una caro, secundum *Archidiacon. Turrecrem. & glos. in cap. si quis ancillam* 2. *dist.* 34. *verbo ancillam, Pontius de matrimon. lib.* 7. *cap.* 44. *Luca de linea legal. respons.* 26. *n.* 5.

30 Sed si dominus ancillam suam carnaliter cognovit. & neque de ea, neque de ejus filiis dispositi, tacite intelligitur libertas data, non solum ancilla, sed ejus filiis, etiam si uxoratus non sit: at si de iis disposuit, tunc liberi non fiunt, nec ejus mater, *text. in L. si quis sine uxore, cod. commun. de succession.* cum non sit inconveniens quod filius proprius ex ancilla susceptus sit servus patris, *Padil. in L. naturalis, n.* 5. *ff. de præscript. verb. Sanches de matrimon. disp.* 24. *n* 6. *Gama dec.* 86. *Luca de linea legal. respons.* 26. *n.* 2.

31 Infertur vigesimo primo, quod coitus, quem famulus habet, etiam mediante matrimonio, cum filia, matre, sorore, vel consanguinea domini sui, dicitur damnatus, & punibilis pæna mortis, ut decrevit *Ord. lib.* 5. *tit.* 24. & *concordat lex Castel. L* 1. *tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinament. Tel. Fernand. in L.* 9. *Tauri, n.* 9.

32 Infertur vigesimo secundo, quod coitus punibilis, & damnatus dicitur, quando aliquis habuit accessum ad famulam, vel domicellam intervientem in Palacio Regis, vel Reginæ, juxta *Ord. lib.* 5. *tit.* 16. *in princ.* & circa pænam hujus delicti nota notabilem casum; regnante Rege Joanne 1. anno 1389 quem refert Sousa in Europa Lusitana, *tom.* 2. *p.* 3. *cap.* 1. *n.*116. *pag.*298. per formalia verba ibi: *Era Dueña, ò Dama de la Reyna Doña Felippa la viuda Doña Beatrix de Castro, moça de singular hermosura, que rendida a las galantarias de Fernando Alonso Camarero del Rey, y su valido, y moço de gentil presencia, y entendimento, le recogiò algunas vezes en su vivenda, y en su cama. Aviale El-Rey amonestado a el que se apartasse de aquellos amores, y entonces (cosa cierta, que era prohibicion) se empleò màs en ellos. Hisole prender, y en el camino se huyó a un Corrigidor, que le llevava, y entròse en*

en la Igleſia de S. Eloy. Supulo El-Rey quando contra una caloroſa ſieſta eſtava deſnudo de los adornos ; y caſi aſſi como eſtava corrió a pie , y le hizo deſabracar de una Imagem de ſobre el Altar mayor. Preſo embiò a preguntar a Doña Beatrix ſi para eſcaparſe diria que eran ya caſados ambos , ella le reſpondiò que dixeſſe quanto imaginaſſe util a ſalvar la vida ; peró ni eſto , ni la interceſſion de toda la Corte , y de la propria Reyna le libró de ſer quemado al otro dia en la plaſa del Rocio , adonde fue llevado con publicos pregones deſto delito a la verdad imperdonable. Doña Beatrix temiendo que El-Rey la caſtigaſſe ſemejantemente, embió a preguntarlhe lo que determinava hazer della: reſpondiola, que della nò queria mayor caſtigo , que , ſiendo quien era (y era parenta del proprio Rey) viveſſe con la memoria de haver ſido manceba de Fernando Alonſo.

33 Infertur vigeſimo tertio , quod coitus officialis juſtitiæ habitus cum muliere , quæ litigat coram eo , eſt punibilis , *Ord. lib. 5. tit.* 20. & de pæna officialis juſtitiæ copulam habentis cum muliere carcerata , vel cum meretrice ; *Put. de Syndic. pag. 3. col. 3. verſ. adulterium , Boſſ. de coit. damnat. n.* 40. *Gomes in L. Tauri* 80. *n.* 25.

34 Alii quam plurimi damnati , & punibiles in jure reperiuntur coitus, de quibus vide *Alexand. in L. adulterium cum inceſtum , ff. de adult. & in L ſi qua illuſtris, cod ad Orphic. Boſſ. de coit. damnat. Bathef. Thomaſ. variar. tract 2. cap.* 23. *Gomes in L.* 9. & 80. *Tauri , Mart. Ant. Sabel. in ſum. diverſ. tract. lit. C. §. coitus.*

35 Sed quæres , an in his omnibus caſibus ſupra relatis filii eorum delinquentium ſint ſpurii , & inhabiles ad ſuccedendum in bonis parentum? pro parte affirmativa ſtat textus noſter , dum ait : *Ou de outro damnado , ou punivel coito por noſſas Ordenaçõeſ* : & cum illi caſus contineantur in noſtra Ord. dicendum videtur, quod ſufficit quod illi coitus ſint punibiles , & damnati ad hoc ut eorum filii in ſucceſſibiles maneant , ut intellit , *Caldas de nominatione , q.* 21. *n.* 11. *Valaſc. conſ.* 29. *n.* 13. *Tel Fernand. in L.* 9. *Tauri , n. Portugal de donationib. reg. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 77.

Sed pars negativa verior mihi vi- 36
detur, dicendo, quod lex noſtra non comprehendit omnes caſus ſupra relatos , ſed tantummodo illos, in quibus delinquentes matrimonium contrahere non poſſunt , propter inceſtum , adulterium , vel ſacrilegium , & propter alia impedimenta, & tunc eorum filii dicuntur ſpurii , & inſucceſſibiles patri , matrive ; at in aliis caſibus , in quibus delinquentes matrimonium valide contrahere poſſunt , dicuntur eorum filii naturales, & per conſequens ſucceſſibiles patri, matrive vili , quanvis nati ſint ex coitu punibili , & damnato ; deducitur hic intellectus ex noſtra *Ord lib. 4. tit.* 92. *in princ.* ibi : *Se algum homem houver ajuntamento com alguma mulher ſolteira , ou tiver huma manceba , naõ havendo entre elles parenteſco , ou impedimento , porque naõ poſſaõ caſar , havendo de cada huma dellas filhos , ſaõ havidos por naturaes* : & tamen coitus concubinarius eſt damnatus , & punibilis ſecundum jus noſtrum *in Ord. lib.* 5. *tit.* 24 & 27. & nos ſupra , & hujus coitus filii ſunt naturales , ut patet ex illa *Ord. lib.* 4. *tit.* 92. *in princ.* ibi: *Ou tiver huma manceba*, & ibi : *Havendo de cada huma dellas filhos ſaõ havidos por naturaes*, docet *P. Molin. de juſt. & j. tract.* 1. *diſp.* 167. *concl.* 1. 2. & 3. *P. Pinheir. de cenſ. & emphyt. p.* 2 *diſp.* 5. *n.* 121. de qua re

re vide *Cened. ad Decretal. in cap. tanta*, *n.* 7. qui filii sint legitimi, *Pasqualig. quæst. moral.* 133. *n.* 2. *Cephal. cons.* 48. *n.* 25. *lib.* 1. *Alciat. cons.* 55. *lib.* 5. *Joseph. Ludov. decis.* 18. *n.* 18. *Thom. variar. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 709. *Graff. recept. §. institut. q.* 7. *n.* 10.

37 Neque verba nostri textus aliquid adversantur, quia quanvis generaliter disponant sic, *de algum outro damnado, ou punivel coito por nossas Ordenaçõe*s: illa verba intelligi, & restringi debent; per illa verba sequentia ipsiusmet textus ibi, *a que o pay, ou mãy naõ pòde succeder*, non quasi generaliter, & universaliter omnes concepti filii ex punibili coitu sint insuccessibiles, sed quippe hoc ex aliis legibus, & Ordinationibus inquirendum sit, quando sint successibiles, vel non; secundum naturam relativi *a que* quæ ea est, ut si generalitati sine copula adjungatur, restringat dispositionem præcedentem, *L. ea tamen* 46. *ff. de legat.* 3. *Bart. in L. omnes populos, ff. de just.* & *J. Molin. cons.* 60. *n.* 17. *Kloch. vol.* 1. *cons.* 29. *n.* 944 *Franc. de Clapper. in dec. caus.* 15. *q.* 2. *n.* 2. *Bernuch. in §. omnium Inst. de action. num.* 121. *Bart.* & *Jas. in L.* 1. *cod. de sum. Trinit. n.* 1. & 2. *Oldrad. cons.* 126. & 129. & 318. *Barbat. cons.* 38. *col.* 12. *vol.* 2. *Decius cons.* 261. *n* 1. *Menoch. cons.* 177. *n.* 22. & *cons* 336. *n.* 2. *Moros. respons.* 5. *n.* 5. *Surd. decis.* 282. *n.* 6. & *cons.* 127. *n.* 47. *Cald. Pereir. de potest. eligend cap.* 11. *n.* 19. *Paul. cons.* 418. *n.* 2. *lib.* 1. *Paris. cons.* 17. *n.* 37. *lib.* 3.

38 Ex quibus omnibus infertur verus intellectus ad nostrum textum, quod procedat tantummodo quando agitur de spuriis natis ex damnato, & punibili coitu, ob quam causam eorum pater matrimonium contrahere non potest; tunc enim tales spurii à successione paterna, maternaque excluduntur, & non procedit in aliis filiis, quanvis sint nati ex coitu damnato, & punibili, cum eorum parentes matrimonium contrahere possint absque ullo impedimento, quia tunc dicuntur naturales, & procedit *Ord. lib.* 4. *tit.* 92.

Et sic resolvendum est quod fi- 39
lius natus ex damnabili coitu, & punibili patri succedere non potest, nec ex testamento, neque ab intestato, probatur per jus Divinum *Genes.* cap. 20. & *cap.* 21. *Deutor. cap.* 20. ibi: *Ejice ancillam, & filium ejus, non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, Math. cap.* 19. *Marc. cap.* 10. *per jus canonicum, text. in cap. per venerabilem, cap. referente, qui filii sint legit. cap. non omnis* 32. *q. cap. dicat aliquis* 32. *q.* 4. *cap quid est* 36. *q.* 7. *de jure civili, authent. fin. de naturalib. liber auth. ex complexu, cod. de incest. nupt. auth. quib. mod. natural. effic. legit. § fin.* concordat etiam motus Pii V. editus anno 1571. de jure nostri Regni probatur per nostrummet *text.* ibi: *A que o pay, ou mãy naõ pòde succeder*, de jure Hispanico, *L.* 9. *Tauri* ibi: *Salvo si los tales hijos fueren de damnado, y punible ayuntamento da parte de la madre, que en tal caso mandamos que no puedan heredar a sus madres* ex testamento, ni ab intestato, *L.* 4. *tit.* 3. *p.* 6. ibi: *Ni pueden establecer por herdeiro a ninguna persona, que fue nascida de damnado coito, que quiere tanto dezir, como de vedado ayuntamento*, *L.* 3. *tit.* 15. *part.* 4. ibi, *e de mas nò podrian heredar los bienes de los padres*, & probat *glos. in §. novissime inst. ad Orphic.* & ibi *Angel.* docent, *Salicet.* & *Bald. in L.* 1. *cod. de naturalib liber. Bart. in L. fin. ff. de his quibus ut indign. Jas. in L.* 2. *cod. de hæred. instit. Gregor. Lopes in L.* 4. *tit.* 3. *n.* 5.

n. 5. Sous. in L fœminæ ff. de reg jur. p. 1. n. 122. Valasc. cons. 29. Dueñas reg. 366. Covas de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 5. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 96. & cons. 60. n. 30. Natta cons. 420. n. 23. lib. 2. & cons. 421. Plac. in epitom. delictor. cap. 41. n. 11. Corn. cons. 25. Menchac. lib. 3. controv. cap. 109. n. 9. & 20. Canonus comment. jur. civil. lib. 10. cap. 1. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 25. n. 1. Cordob. in L. siquis à liberis, §. idem respondit, n. 7. ff. de liber. agnoscend. Bossius de alimentis, cap. 6. n. 177. Michalor. in tract. de fratrib. p. 3. cap. 21. n. 3. Vesembec in parat. ff. de hæredib. instit. n 4. Guid. Pap. decis. 280. n. 2. Mans. de testamentis, tit. 4. n 83. Palaez de maiorat. p. 2. q. 2. n. 56. Tusc. tom. 7. lit. S. concl. 415. Parlador. rerum quotidian. lib 2. q. 10. Gurb. de feud. §. 2. glos. 11. Trentacinq. lib. 1. var. de noth. & spuriis, resol. 1 n. 5. Cald. quæst. forens. cons. 27. n. 6. Surd. cons. 248 Gail observat. 88. n. 13. Scalona de testam. lib. 5 cap. 7. §. 5. n. 36. Pichard. in rubr. de hæredit. quæ ab intestato differuntur, §. 7. n. 9. Aimel. Gallus de succession. ab intest. p. 2. tit 3 except. 9. num. 12. Roder. Xuar. in L. 1. tit 6. lib 3 fori, Mantens. in L 6 tit. 8. lib. 5. glos. 3. n. 3. Portugal de donationib. regis, tom. 2. cap. 18. n. 66. Barb ad rostrum met text. n. 11. Dilect. Durand de arte testand. cau. 14. n. 1. Gutier. lib. 2. pratic. q. 105. n. 8. & q 106. Tel. Hernand. in L. 9 Tauri, Nicol. Ubald. de succession. ab intest. §. primus gradus succession n. 45. Ricc. collect. 2296. Leon. decis. 68. Cyriac. controv. 8. Solorsan. tom. 2. de jure Indiar lib 2. cap. 5. n. 33. Aylon. ad Gomes lib. 1. variar. cap. 9. n. 40. Sanches lib. 4. consilior. cap. 3. dub. 18 cum seq. Sard. de natural liber. §. de successione spurior. 1. Molin. de just. & j. tract. 2. disp. 167. pag. 655 Pacian. de probat. lib. 2. cap. 17 n. 4. Castelon. in Alphabet. jur. lit. F. verb. filius n. Decius cons. 288. vers. sed prædictis non obstantib. Caccialup. in L. testamenti factio, col. 3. vers. ultra quæstionem, ff. de testament. Marsil. sing. 183. Palest. de noth. cap. 54. Capra cons. 2. n. 2. Roland. cons. 74. lib. 1. Graff. §. institutio, q. 7. n. 3. Barbat. cons. 27 lib. 1. Fulgos. cons 23. n. 1. dub. 2. Rub. cons. 22. n. 28. & 228. n. 1 & 2. Peregrin. de jure fisc. lib. 3. tit. 18. num. 32. cum seq. Farinac. in quæst. crimin. 13. n 59. Mynsing. observat. 35. cent. 1. Jul. Clar. in §. testamentum, q. 31. n. 2. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 5. n. 8. Rotta Romana in noviss. decis. 1169 n. p. 3. Manfrel. ad Capic. Latr. lib. 2. decis. 151. n. 35. Cyriac. controv. 236. n 6. Menoch. cons. 511. n. 15. Surd. de aliment. q. 10. n. 2. Alciat. cons 37. n. 7. Bertrand. cons. 158. n. 3. lib. 2. Rusticus ad L. cum avus de contract. & admonst. lib. 3. cap. 1. n. 210. Mart. de successi. legal. p. 1 q. 16. art. 1 n. 33 Mazol. cons 31. n. 9. & 28. Rimin Jun. cons. 187 num. 77. Ceval. com contr. commun. q. 164. August. Barb. de appellat. 99. n. 13. pag. 201. Ruin. cons. 69. n. 10 lib. 3. Bero cons. 164. n. 1. lib. 2. Benedict. in cap. Raynuntius, in verbo uxorem nomine Aldesiam, in 5. decis n. 134. de testam. Afflict. decis. 96 Sura. decis. 337 n. 25. & decis. 249. n. 20. Cæphel cons. 48. n. 25. lib. 1. Rojax. in epitom. succes. cap. 26. n. 40. Cravet. cons. 138. Mastril. decis. 152. n. 10. Joseph. Ludov. decis. 18. n 13. Sess. decis. 43 n. 5. Valen. flores do succes. ab intest. tit. de successione eorum, qui ex damnat. cott. conclus. 5. Mans. consul. 463. n. 1. Scobar de puritat. Sang. p. 1. q. 4. §. 6. n 11. Balthes. Thom. var. de spur. cap. 23. n. 458. Bonacin. de testam. punct. 3. Cresp. de Valdaur. observat.

18. *n.* 3. *Roman. in flo lit. J. verb. il-legitimus, n.* 1. *Anton. Faber, lib.* 5. *cod. Fabrian. tit.* 16. *de naturalib. & ſpur. defin.* 6. *Robles de repræſent. lib.* 2. *cap.* 14. *Romonius conſ.* 22. *n.* 30. & ibi *Baldulcius ejus additionator, n.* 75. *Hoaierna ad Surd. deciſ.* 249. *Barra controv.* 42 *n.* 13. *Tepat. variar. tit.* 439. *Argel. de aquirend poſſeſſ. q.* 3. *art.* 11. *n.* 1. *Reminald. conſ.* 232. *n.* 2. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 11. *n.* 10. *vol.* 2. *Alciat. conſ.* 52. *in fin. lib.* 5. *Anchar. q.* 66. *n.* 1. & 2. *lib.* 3. *Chokier. in regul. Cancel* 48. *n.* 9. *Valaſc. de Avendan. in L.* 40. *Tauri, gloſ.* 11. *n.* 46. *Leſſius de juſt. & j. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 6. *num.* 58. *Queſad. Pilo, cap.* 6. *n.* 8. *Colleg. Argent. ad tit. ff. ſi tabulæ teſtam. null. extabunt, n.* 22. *Phæb. deciſ.* 170. *n.* 15. & 16. *Lara in compend. vitæ homin. cap.* 5. *Larrea deciſ.* 96. *Honded. vol.* 2. *p.* 5. *conſ* 83. *n.* 34. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 27. *Neguerol. alleg* 28. *n.* 61. *Arouca alleg.* 89. *n.* 3. *Corella, tom.* 2. *prat. confeſſor. tract.* 13. *cap.* 5 *p.* 4. *n.* 102. *Bellon. de jure accreſcend. cap.* 7. *q.* 26. *n.* 2. Ex Doctoribus noſtræ inclitæ Academiæ, Præceptor Iuſelix *ad text. in cap. qui tanta, n.* 193. *qui filii ſint legitim.*

40 Et ratio, in qua fundatur textus noſter, eſt in odium damnatæ levitatis, & libidinis, *novel.* 89. §. 1. *& ult.* cum hic ſint generati in ofenſa Dei, neque hominibus ſunt honorabiles, nec Deo amabiles, ſecundum illud ſapientiæ, *cap.* 3. ibi: *Adulterorum filii abominati ſunt Deo, cap. ult.* 56. *diſt. Captigenſ.* 56 *diſt.* & ut vitium paternum etiam in ipſis filiis refrænetur, *Manſ. de teſtament. ſup. n.* 83.

41 Qua ratione filii ſpurii non dicuntur de parentela, neque de familia, de domo, & cognatione, *ex L. tutellas* 7. ubi *Bart. de cap. diminut. Gutier. lib.* 3. *pratic. q.* 82. *n.* 3. *Aug. Barb. de appellat.* 81. *n.* 4. *Palaez de maioratu,* 2. *p. q.* 2. *num.* 96. *Mutta in capitul. Regn. Sicil. tom.* 1. *cap.* 32. *n.* 6.

Nec nomine filiorum compre- 42
henduntur. *Perig in. de fideicommiſ. art.* 22. *n.* 81. & *art.* 28. *n.* 44 *Mutta ſup. n.* 6. Et ſic dicuntur extranei, *ex Lambertin. de jure patronat. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 29. *n.* 23. *Scobar de purit. ſang. p.* 1. *q.* 4. §. 4. *n.* 15.

Dicuntur etiam infames infamia 43
facti, *cap. conjunct.* 35. *q.* 2. *Honded. conſ.* 42. *n.* 21. & 24. *lib.* 2. *Alba conſ.* 76. *n.* 25. *Torre de pact. deciſ* 23. *n.* 31.

Et cum iſti ſint infames, hære- 44
des inſtitui non poſſunt, vel ſint infames infamia facti, vel infamia juris, *Ord. lib.* 4. *tit.* 90. §. 1. ibi, *que ſeja infame de infamia de direito, ou defeito: Nigrerius introduct. ad ult. volunt. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 8. & 9.

Et ſic regula noſtra tot textibus, 45
Doctoribus corroborata, ampliatur primo, quod pater filio ſuo ſpurio hæreditatem relinquere non poteſt, neque per fideicommiſſum, *Graſſus in §. inſtitutio, num.* 12. *Manſ. ſup. n.* 85. *Mynſing. cent.* 1. *obſervat.* 35. *n.* 8. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 69. *n.* 11. *Fragoſ. de regimine Reip. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 146. *Inheir. de teſtam. diſput.* 5. *n.* 42. *Matienſ. in L.* 6 *gloſ.* 3. *n.* 3. *tit.* 8. *lib* 5. *novæ recop.* & *n.* 7. *Natta conſ.* 402. *n.* 52. *Tepat. variar. tit.* 439. *cap* 7. *Barb. in report. prat. verbo ſpurius.*

Ampliatur ſecundo, quod filius 46
ſpurius patri ſuccedere non poteſt, neque per interpoſitam perſonam, *juxt. text. in L. ſiquis inceſti* 6. *cod. de nupt.* ibi: *Nihil prorſus prædictis, neque per interpoſitam quidem perſonam, vel donet ſuperſtes, vel moriturus relinquat, Bart. in L. fin. n.* 9. *ff. de bis quib. ut indign. Bald. conſ.* 75. *lib.* 2. *Socin. conſ.* 84. *Alex. conſ.*

conſ. 54. *lib.* 7. *Dec. conſ.* 19. *n.* 59. *Gomes in L.* 9. *Tauri, n.* 21. *Natta conſ.* 402. *n.* 51. *Bonacin. moral. tit. de legitim. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 16. *Azor moral.* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 10. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *Menoch. de præſumpt. præſ.* 96. *n.* 6. *Covas de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 3. *Dueñas amplit.* 12. *Paleſt. de noth. cap.* 44. *n.* 3. *Barb. in report. prat. verb. ſpurius*: ratio hujus eſt, quia qui per ſe capere non poteſt, nec per interpoſitam perſonam capere valet, *L. neque per ſe* 10. *cod. de hæred. inſtit.* & ibi *Jaſ. Petr. Gregor. Syntagmat. lib* 42. *cap.* 29. *n.* 1. *Leſſius de juſt.* & *j. cap.* 19. *n.* 59. *Pinel. ſelectar. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *Hottom.* & *Veſemb. ad inſtit. de legat.*

47 Ampliatur tertio, quod pater non poteſt relinquere filio ſpurio bona ſua ex cauſa ſubſtitutionis vulgaris, *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 96. *n.* 13 *Vaſquius lib.* 3. *controv. cap* 102. *n.* 6. *Zanch. in L. hæredes mei*, §. *cum ita*, *p.* 6. *n.* 64. *ad Treb. Barb. in L. ſi is qui* 6. *n.* 16. *ff de vulgar. Fragoſ. de regim. reipub. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 946. *Placa in epitom. delictor. cap.* 41. *n.* 13. *P. Pinheir. de teſtam. diſp.* 5. *n.* 42. *Mantienſ. in L.* 6. *gloſ.* 3. *n.* 5. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. Braz. de filiis non legit. nat. n.* 25 *Dueñas regul.* 366. *ampliat.* 12.

48 Ampliatur quarto, quod pater ſpurium non poteſt filio legitimo pupilariter ſaltem ſubſtituere, *Mynſ. cent.* 1. *obſervat* 35. *Vaſquius illuſtrium contr. cap.* 101. *n.* 9. *Zanch. in L. hæredes mei*, §. *cum ita*, *p.* 6. *n.* 64. *ad Trebel. Barboſ. ſup. n.* 16. *Menoch. de præſ. lib* 4. *præſ.* 96. *n.* 14. *Plac. in epitom. delictor. cap.* 41. *n.* 13. ſed hoc ſuo moderamine intelligendum, quod procedat tantummodo quoad bona patris, non vero quoad alia bona aliunde provenientia filio, explicat *Fragoſ. de regim. reipub. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 146. *Souſa in L. fæminæ*, *n.* 128. *ff. de reg. jur. P. Pinheir. de teſtam. diſp.* 5. *n.* 43. *Mantienſ. ſup. n.* 5.

Ampliatur quinto, quod pater non poteſt hæredem ſpurium inſtituere, neque directe, neque indirecte, *Dueñas reg.* 366. *ampliation.* 13. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 96. 49

Ampliatur ſexto, quod pater filium ſpurium in legitima inſtituere non poteſt, *Merlin. de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 7. *n.* 9. quia qui ab inteſtato non ſuccedit, etiam à legitima excluditur, & cum ſpurius à ſucceſſione ab inteſtato excludatur, ut ſupra ſatis probatum manet, & ratio excluſionis eſt, quia legitima eſt portio hæreditatis, *Surd. conſ.* 45. *n.* 2. *lib.* 1. *Craſſ.* § *legitima*, *q.* 43. *n.* 1. *Menoch. conſ.* 153. *n.* 8. *lib* 2. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 36. *n.* 38. *Honded. conſ.* 10. *n.* 20. *Macabrun. conſ.* 79. *n.* 95. & *conſ.* 450. *n.* 13. *Gargiar. conſ.* 97. *n.* 35. 50

Ampliatur ſeptimo, quod pater filio ſpurio relinquere non poteſt titulo donationis cauſa mortis, *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 37. & *conſ* 22. *n.* 4. *Merlin. ſup. n.* 10. *Alex. conſ.* 54. *n.* 1. *vol.* 7. *Placa de delictis cap.* 41. *n.* 11. *Covas de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. § *n.* 3 *Dec. conſ.* 310. *n. Ruin. conſ.* 69. *Greg. Lop. ſup. gloſ.* 3. 51

Ampliatur octavo, quod pater filio ſpurio neque inter vivos donare poteſt, *Peregrin. ſup n.* 37. & *Martin. ſup. n.* 10. *Hermoſil. ad L* 1. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 6. *n.* 16. ubi ait, quod neque ſtatutum effici poteſt, quod ſimiles donationes valeant, *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 3. 52

Ampliatur nono, quod pater filio ſpurio hæres inſtitui nequit, quanvis hæredes legitimi non extent, quia hæc prohibitio non fuit facta in legitimorum favorem, ſed in ſpu- 53

riorum odium, *Menoch. lib. 4. præſ. 96. n. 2.*

54 Ampliatur decimo, quod pater filio ſpurio quidquam relinquere non poteſt etiam pro ſua anima, & amore Dei, *Manſ. de teſtam. tit. 6. q. 7. n. 89.* ubi redit illam rationem, nedum ſub ſpecie pietatis, & miſericordiæ ipſi relinquitur, potius teſtator levitatis, & vitii ſui recordetur, *Alexand conſ. 202. n. 1. lib. 6. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 19. n. 94. Socin. Jun. conſ. 99. n. 42. lib. 2. Lupus de illegitim. com. 1. §. 3. n. 24.* ſed contraria opinio mihi benignior videtur ſecundum *Benedict. in cap. Raynuntius, verb. uxorem dec. 9. num. 125. Graſſus §. inſtitutio, q. 7. n. 9. Balthaſar Thom. variar. tract. 2. cap 23. n. 696.*

55 Ampliatur decimo primo, quod filius ſpurius hæres inſtitui nequit à patre etiam ſi eum in teſtamento pater non nominaſſet filium, *Caſtro, conſ. 115. n. 2. lib. 1. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 96. n 32.*

56 Ampliatur decimo ſecundo, quod ſpurius hæres inſtitui nequit à patre, quin communiter pro legitimo reputetur, *Bald. in L. ſi arbiter, cod. de ſentent. & interlocut.*

57 Ampliatur decimo tertio, quod filius ſpurius etiam capere non poteſt cauſa conditionis implendæ, *Braz. de filiis non legitim. nat. n 31. Caſtr. in L. conditionis 36. de donationibus.*

58 Ampliatur decimo quarto, quod ſpurius non poteſt gravari, ut capaci reſtituat, *Bald. conſ. 399. n. 2. lib. 2.*

59 Ampliatur decimo quinto, quod filius ſpurius bona patris capere non poteſt, etiam relicta juramento, *Bero conſ. 164. n. 9. lib. 2. Ruin. conſ. 69. n. 10. lib. 3. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 19. n. 93. Lupus de illegitim. comm. 1. §. 2. n. 23.*

60 Ampliatur decimo ſexto, quod filius ſpurius non poteſt ſuccedere in bonis relictis ab uxore ſui patris, *Burſat. conſ 55. n. 18.* quod procedit quando talis inſtitutio fuit facta in fraudem legis, aliàs valet, *Fragoſ. de regimin. reip. p. 3. lib. 1. diſp. 2. n. 154.*

61 Ampliatur decimo ſeptimo, quod pater ſpurii non poteſt gravare legatarium, quod de ſuo det aliquid filio ſpurio, quia per hoc fraus fit legi, *Padil. in L. cum virum, n. 32. cod. de fideicommiſſ Barboſ. in L. is qui 6. n. 32. ff. de vulgar.*

62 Ampliatur decimo octavo, quod filius ſpurius non poteſt ſuccedere in bonis patris, quanvis ab executore ultimæ voluntatis electus fuiſſet, quia executor ultimæ voluntatis diſtribuere in filium ſpurium non poteſt, *Corneus conſ. 236. n. 10. lib. 2. Benedict. in cap. Raynuntius, verſ. & uxorem, deciſ. 5. n. 127. de teſtam. Boer. deciſ. 127. n. 14.* ubi ait: poſſe patrem ab alio executore relictum diſtribuere filio ſuo ſpurio moderate, ſi filius mereatur, *Mantica de ult. volunt. lib. 8. tit. 5. n. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 96. n. 12.* cum multis *Aquil. ad Rox. p. 1. cap. 6. n. 450.* ſed contraria opinio, quod ſc. executor poſſit diſtribuere cum filio ſpurio teſtatoris; mihi æquior videtur, quia hic ſpurius jam non accipit à patre, ſed ab executore, qui poterat alium eligere, ſicut eligit ſpurium, cum habeat liberam eligendi facultatem, neque hic fraus conſiderari poteſt, ſicut docet *Bald. ſibi contrarius, conſ. 242. vol. 2. Alexand. in L. ſi is qui in fin. ff. de vulgar. Roman. conſ. 436.* cum multis *Aquila ad Rox. de incomp. maior. p. 1. cap. 6, n. 453.*

63 Ampliatur decimo nono, quod inſtitutus hæres, & rogatus reſtituere cui velit ex pluribus, ſpurium eligere non poteſt, *Bald. conſ. 162. lib. 5. com.*

5 *com. conſ.* 236. *n.* 10. *Cephal. caut.* 38. *in* 4. *caut. Tepat. variar. tit.* 439. *cap.* 3.

64 Ampliatur vigeſimo, quod filius ſpurius hæres inſtitui nequit etiam cum conſenſu venientium ab inteſtato, *Decian. conſ.* 83. *n.* 14. *lib.* 5. *Cravet. conſ.* 368. *n.* 15. *Dilectus de arte teſtand. caut.* 14. *n.* 11. *Delugo de juſt. diſp.* 24. *ſect.* 6. *n.* 110. *Moſtazo de cauſ. piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 34.

65 Ampliatur vigeſimo primo, quod filius ſpurius ad ſuccedendum in bonis paternis habilitari non poteſt per adoptionem, neque adrogationem, *Purper. conſ.* 17. *n.* 6. *Bala conſ.* 267. *n.* 14. *lib.* 1. *Paleol. de noth. cap.* 43. *n.* 7. *Lupus de illegitimis comm.* 2. §. 2. *n.* 22. *Roman. Syng.* 627.

66 Ampliatur vigeſimo ſecundo, quod filius ſpurius non ſuccedit avo, aviæ, nec proaviæ ex parte patris, *Ruin. conſ.* 94. *n* 8. *lib.* 3. *Gab. de hæred. inſtituend. concl.* 3. *n.* 7.

67 Ampliatur vigeſimo tertio, quod filius ſpurius inceſtuoſus non ſuccedit materteræ, *Ruin. conſ.* 14. *n.* 15. *lib.* 3.

68 Ampliatur vigeſimo quarto, quod filius ſpurius non ſuccedit patri, nec ex ejus diſpoſitione capere poteſt, etiam quando pater diſponit inter liberos, *Alexandr. in L. ex facto*, §. *ſi quia rogatus*, *n.* 45. *ff. ad Trebel. Surd. conſ.* 456. *n.* 18. & 19. *Paleſt. de noth. cap.* 32. *n.* 2.

69 Ampliatur vigeſimo quinto, quod filius ſpurius non poteſt capere etiam ex diſpoſitionibus favorabilibus, *Pereg. conſ.* 67. *n.* 10. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 5. *n.* 17. *lib.* 2.

70 Ampliatur vigeſimo ſexto, quod filius ſpurius, neque ex Senatus Conſultu juvari poteſt, *Pereſ. in L.* 3. *Ordinam.* & *in L.* 1. *tit.* 8. *Hermoſilla ad L.* 4. *tit.* 1. *part.* 5. *gloſ.* 12. *n.* 26.

Ampliatur vigeſimo ſeptimo, quod filius ſpurius in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedere non poteſt, *Bero conſ.* 101. *n.* 3. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 10. *n.* 1. *Reminald. Jun. conſ.* 447. *Borel. in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 33. *n.* 41. *Tuſc. lit. E. concl.* 168. *n.* 2. *Pereg. conſ.* 34. *n.* 9. *lib.* 1. *Gam. dec.* 149. & *dec.* 206 *n.* 16. & *dec* 377. *n.* 6. *Benedict. Pereir. in promptuar. juriſdic. lit. S. concl.* 553. *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 62. *Corb. de cauſis privat. oblin. fin. n.* 54. *Caroc. caſ.* 8. *n.* 7. *Clar. in* §. *emphyteuſis, q.* 30. *Seraphin. dec.* 478. *p.* 1. *Ægia. de privileg. honeſt. art.* 16. *n.* 5. *Pinheir. de emphyt. diſput.* 5. *ſect.* 3. *n.* 131. *Caldas de nominat. q.* 19. & 20. *Souſ. dec.* 33. *n.* 1. *Galina ae verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 189. *Lucidor. ae illegit. clericor. cap.* 9. *n.* 3. *Solorſan. de jure Ind. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 3. *Caſtil. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 50. 71

Quod procedit etiam in caſu, quo ſpurius fuit legitimus à lege, in quo caſu etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedere non poteſt, *Gam. dec.* 72. *n.* 6. *Gonçal. ad cap. per venerabilem, n.* 5. *qui filii ſint legit. Oliva de foro Eccleſ.* 2. *p. q.* 33. *n.* 10. *Sperel. dec.* 73. *n.* 36. *Valaſc. conſ.* 34. *n.* 8. 72

Quod declaratur, ut non procedat quando ſpurius fuit legitimatus à Principe, quia tunc ſpurius poteſt ſuccedere in emphyteuſi profana, ſic etiam quando eſt legitimatus à Sum. Pont. in Eccleſiaſtica, *Valaſc. conſ.* 134. *Phæb. p.* 1. *dec.* 30 *Reynoſ. obſervat.* 53. *n.* 19. *Barboſ. in reportor. verb. emphyteuſis, pag.* 121. 73

Declaratur noſtra limitatio, quod quamvis emphyteuſis eccleſiaſtica liberæ nominationis in filia ſpuria nominari non poſſit, attamen in ejus marito nominari poteſt, *Cald. de nominat. q.* 19. *n.* 80. *Pinheir. de cenſ.* & *emphyt. diſp.* 5. *ſect.* 5. *n.* 135. Ego ipſe 74

se *in tract. de actionib. cap.* 28. *n.* 418. ubi judicatum refero.

75 Declaratur etiam, quod non procedat noſtra limitatio quando avus nominat nepotem legitimum ex filio ſpurio, quia hæc prohibitio tantummodo verſatur in perſona ſpuriorum, *Souſ. dec.* 33. *n.* 5. *Cald. de nominat. q.* 19. *n.* 75.

76 Declaratur etiam, quod non procedat noſtra limitatio quando bona filio in emphyteuſi conceduntur, antequam dominium in patre ſit radicatum, quia tunc conventio tenet, quod talis ſpurius in ea ſuccedat, *Benedict. in cap. Raynuntius, verb. uxorem, n.* 129.

77 Declaratur etiam, quod non procedat noſtra limitatio, quando conceſſio emphyteuſis fuit facta primo ſpurio, vel data poteſtas nominandi eos, *Cald. forenſi q.* 38. *n.* 35. & *conſ.* 39. *n.* 8 & *de poteſt. eligend. cap.* 13 *n.* 6. *Valaſc. conſult.* 134. *n.* 20. *Phæb. dec.* 30. *n.* 6. *Gam. dec.* 149. *n.* 2. *Benedict. Pereir. in prompt. juriſdic. lit. S. n.* 553. *Bald. in L.* 2. *n.* 5. *cod. de jure emphyt. Afflict. dec.* 99. *Flugin. de contract. emphyt. q.* 34. *n.* 4. *Franc. Cremen. ſingul.* 130. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 8. *Souſ. dec.* 33.

78 Declaratur etiam noſtra limitatio, ut non procedat, quando conceſſio emphyteuſis fuit facta pro ſe, & filiis, & eo tempore recipiens emphyteuſim tantummodo ſpurios habebat, *Cald. de nominat. q.* 20. *n.* 8. *Pinheir. ſup. diſput.* 5. *n.* 138.

79 Declaratur etiam noſtra limitatio, ut non procedat, quando Dominus tollerat, quod ſpurius habeat emphyteuſim, cum talis tolerantia dicatur tacita conceſſio, *Seraphin. dec.* 478. *n.* 3. *Gratian. forenſ. cap.* 218. *n.* 49. & 58. *Pinheir. de cenſ. diſp.* 5. *n.* 139. *p.* 2.

80 Declaratur, quod non procedat, quando ſpurius acquiſivit emphyteuſim Eccleſiaſticam titulo præſcriptionis, *Pinheir. de emphyteuſ. diſp.* 5. *n.* 140.

81 Declaratur ulterius noſtra limitatio, quod procedat quando emphyteuta habet emphyteuſim liberæ nominationis, quia tunc nominare non poteſt ſpurium concedentis, *Pinheir. de cenſ. & emphyt. diſp.* 5. *n.* 128 *p.* 2.

82 Declaratur ulterius noſtra limitatio, quod procedat quando emphyteuſis fuit empta à patre, quia tunc ſpurius in ea ſuccedere non poteſt, excluſo fratre legitimo, virtute nominationis patris, *Fragoſ. de regim. reip. p.* 3. *lib.* 1. *n.* 152. *Pinheir. ſup. n.* 128.

83 Sed quid dicendum ſit, ſi emphyteuſis profana fuerit? dico quod pater eum nominare poteſt, quia hic filius non capit à Patre, ſed a Domino concedente, *Cald. de renovat. q.* 9. *n.* 12. *Flugin. de diverſ. quæſt. emphyt. q.* 36. *n.* 9. P. Pinheir. *de cenſ. & emph. p.* 2. *diſp.* 5. *n.* 127.

84 Ampliatur vigeſimo octavo, quod in filio ſpurio maioratus inſtitui nequit, *Molin. de primog. lib* 2. *cap.* 11. *n.* 27. *alter Molin. de juſt. & j. diſp.* 610. *n* 3. *Marta vol.* 161. *Joan. del. Caſtil. tom.* 5. *cap.* 67. & *cap.* 110. *n.* 26. *Perigrin. de fideicommiſſ. art* 11. *n.* 67. *Angel. Math. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 21. *Lima in addit. ad Molin. ſup. n.* 30. *Reynoſ. obſervat.* 53. *n.* 20. *Franc. Ramos del Mançano in addit. ad Molin. cap.* 11. *n.* 26. *Phæb.* 2. *p. dec.* 170. *n.* 15. *Garc. de expenſ. cap.* 3. *n.* 21. *Torr. in tract. de maioratib. Italiæ, p.* 1. *cap.* 28. §. 4. & 5. *Ego ipſe in com. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 35. *cap.* 21. *n.* 46. *tom.* 10. & *tom.* 11. *ad lib.* 2. *tit.* 35. §. 12. *cap.* 167.

85 Sed limita illam ampliationem, quando maioratus fuit fundatus cum regia facultate ad hoc, ut admittantur ſpurii, ſecundum *Molin. ſup. n.* 30. & ibi *addit. Lima, Greg. Lop.* in

in L. 2. tit. 15. part. 2. gloſ. 10.

86 Limita etiam quando inſtitutor maioratus expreſſe, & ſpecialiter vocat ſpurios, P*rat. in annot. ad Paſchal. de virib. patr. poteſt. pag.* 47. *verſ. quid dicendum.*

87 Limita etiam non procedere reſpectu cognatorum, quia iſti in perſona ſpurii, legitimis deficientibus, maioratum inſtituere poſſunt, P. *Molin. de juſt. & j. diſp.* 610. *n. fin. Lima ad Molin. ſup. n.* 3.

88 Sed controverſum eſt, an filius legitimus filii ſpurii inſtitui poſſit in maioratum? negat P*ichard in §.* 7. *n.* 16. *inſt. de ſucceſſionib. quæ ab inteſt. deferuntur, Tiraquel. de primog. q.* 12. *n.* 14. *Menſ. in L.* 8. *gloſ.* 8. *n.* 23. *tit.* 8. *lib.* 5. cum procedant ex radice infecta, ut cum *Mieref.* 2. *p. q.* 2. *n.* 84. & aliis reſolvit *Aldobrandin. conſ.* 3. *Garc. de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 15. *n.* 40. *Barri de ſucceſſionib. lib.* 17. *tit.* 12. *n.* 14. *Knipſchildt. de fideicommiſſ. famil. cap.* 8. *n.* 326. *ego ipſe tom.* 10. *de legement. ad lib.* 2. *Ord. tit.* 35. *ad rubr. cap.* 21. *n.* 46. *& in tract. de maiorat. tom.* 2. *cap.* 20. *n.* 119. *& n* 125.

89 Contrariam ſententiam docet *Mieref.* 2. *p. de maiorat. q* 2. *n.* 12. *Cevall. commun. contr. commun.* 3. *p. q.* 762. *n.* 37. *Guſman. de verit. jur. verit.* 5. *n.* 72. & ratio hujus ſententiæ eſt, quia illa incapacitas patris ſpurii non debet ad ejus filios extendi, ſicut docet *Mieref. ſup. n.* 30. & ſi iſti tales, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato avo ſuo ſuccedere poſſunt, *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 10. *n.* 1. *Bart. in L. ult. cod. de naturalib. lib. Covas in* 4. 2. *p. cap* 8. *§.* 5. *n.* 13. *&* 14. *Solorſan. de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 2. quare ad maioratus ſucceſſionem admitti non debent, principaliter quando lex noſtra de illis non eſt locuta, ſed tantummodo de ſpuriis quoad parentum ſucceſſionem, & in ejus odium extendi non debet, quando enim lex de ſucceſſione filiorum ſpuriorum loquitur, extendi non debet ad ejus nepotes, maxime legitimos, *Bart. in L. Gallus §. quod ſi is, ff. de liber. & poſth. Urceol. conſult. forenſ. cap.* 57. *n.* 23. *Gail. lib.* 2. *obſervat.* 115. *n.* 5. neque fundamentum adductum à me ipſo *ſup. n.* 46. mihi aliquid obſt, cum tales ſpurii ad maiores dignitates admittantur á jure canonico, ut *in cap. Dominus noſter* 8. *diſt.* 56.

Et ſi iſta ſecunda ſententia non eſſet contra tot eminentiſſimorum Doctorum placita, eam æquo animo reciperem, ſed amplexa prima opinione, dico, quod non intelligitur, nec habet locum, quando filii legitimi non extant, quo caſu admittantur nepotes legitimi ex filio ſpurio, *Seſſ.* 3. *p. deciſ.* 261. *n.* 3. *Ramos del Mançan. in addit. ad Molin. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 26. *& Lima n.* 30. *Caſtil. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 49 *verſ. & quanvis, ego ipſe in comment. tom.* 11. *ſup. n.* 46. *Cald. conſ.* 9. *n.* 80. *Fuſarius de ſubſtitut. p.* 2. *q* 314. *n.* 11. 90

Nec locum hebet, quando teſtator, qui maioratum inſtituit, eſt illegitimus, quia tunc ſibi ſimilem vocare intelligitur, *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 9. *n.* 15. *Caſtil. lib.* 5. *cap.* 82. *n.* 35. *Surd. conſ.* 571. *n.* 49. 91

Nec quando teſtator primo vocavit in inſtitutione maioratus illegitimos, nam cum iſta qualitas in principio admittatur, in aliis deſcendentibus, & propinquis etiam admittitur, *Torr. in tract. de maiorat. Italiæ, p.* 1. *cap.* 28. *n.* 1230. 92

Nec quando teſtator vocavit ad ſucceſſionem maioratus illum, qui non niſi filios ſpurios habere poterat, *Fuſar. de ſubſtitut. q.* 314. *n.* 7. *&* 8. *& q.* 351. *n.* 23. 93

Nec etiam quando teſtator illegitimos in ſua diſpoſitione honoravit, 94

vit, *Menoch conſ.* 266. *n.* 23. *Surd. conſ.* 89. *n.* 39. 40. *Fuſar. ſup. q.* 314. *n.* 5.

95 Sic etiam filius ſpurius à ſucceſſione maioratus excluditur, docet *Solorſ. de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 7. & fere omnes DD. *ſup. allegati à n.* 74. quod locum non habet quando proles legitima deficit, ut judicatum refert *Aquila ad Roxas de incompat. maiorat p.* 1. *cap.* 6. *à n.* 116 *cum ſeq ego ipſe ſup. n.* 46. judicatum etiam refero, *Balmaced. de collect. cap.* 39. *n.* 3. *Nogueirol. alleg.* 25. *n.* 10. *Portugal de donat. reg. cap.* 28. *n.* 34.

96 Verum qui habet facultatem eligendi, vel nominandi aliquam perſonam ad ſucceſſionem maioratus, poteſt eligere, vel nominare filium ſpurium, ſed non teſtatoris, ſeu fundatoris, *Gutier. lib.* 3 *pract. q.* 55. *n.* 21. *Matienſ. in L.* 7. *tit.* 8. *gloſ.* 5. *n.* 2. *lib.* 5. *Surd. de aliment. tit.* 1 *q* 93. *n* 3. mecum, & aliis reſolvit *Aquila ad Rox. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 133.

Sed ſi ſpurius fuerit legitimatus
97 per ſubſequens matrimonium, poterit ſuccedere in maioratu, & excludere filium poſtea ſuſceptum ratione juris jam quæſiti, *Maya Civil. conſ.* 2. *n.* 10. *Gargian. conſ.* 16. *n.* 16.

98 Sed dubium eſt, an filius ſpurius habitus inter conſanguineos ſuccedat in maioratu, quando Sum. Pont. diſpenſat in matrimonio contrahendo; an ſuccedat filius natus poſt diſpenſationem excluſo ſpurio? in quo dubio dico, quod filius poſt diſpenſationem natus ad maioratus ſucceſſionem admitti debet, excluſo nato ante diſpenſationem ex rationibus ſeq. quia ille ſpurius fuit natus, & habitus ante diſpenſationem, tempore, in quo patres matrimonium contrahere non poterant, qua ratione legitimari per ſubſequens matrimonium non poteſt. *ex cap. tanta, qui filii ſint legitimi, L. nuper cod. de natural. liber. §. fin. inſt. de nuptiis, §. tribus, auth. quib. mod. natural. efficiantur legit. L. Paulus ff. de ſtat. homin. Covaſr. in epitom. de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 15. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 24. *n.* 49. *Ruſticus in L. cum avus, lib.* 2. *cap.* 28. *Fuſar. conſ* 102. *n.* 3. & *de ſubſtitut. cap* 409. *n.* 105. *Abbas in dict. cap. tanta, n.* 14. *Boſſius de contract. matrim. cap.* 10. *n.* 346. *Rotta coram Ludov. dec.* 19. *n.* 3. *Mayol. lib.* 1. *de irregular. cap.* 14. *n.* 14. *Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 18. *Saynes lib.* 6. *de cenſur. cap.* 10. *n.* 15. *Sanctarel. variar. reſol. q.* 43. *n.* 12. *Pontius de matrim. lib.* 11. *cap.* 2. *n.* 4. *Socin. Jun. conſ.* 31. *n.* 4. *lib. Hoſtienſ. in ſum. lib.* 1. *tit. de filiis Præsbyt. n.* 6. *D. Anton.* 3 *p. tit.* 29. *de irregularit. cap.* 4. *verſ. primo modo, Fabiona verb. filius, Angel. n.* 10. *Sylveſt. q* 3. *Piſanella verb. illegitimus* § *quid ſi nato, ſum. Hoſtienſ. p.* 2. *lib.* 6. *tit.* 22 *art.* 3 *q* 4. *Henriques lib.* 1. *de matrim. cap.* 20. *n* 3. *Riccius collectan.* 3063. *p* 3. *Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 623. *n.* 3. *in fin. Molin de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 10. & alii infra allegati.

Et hoc maiori cum ratione pro- 99
cedit, quando matrimonium conſequitur ex Pontificia diſpenſatione, quia tunc filii non legitimantur, *Bart. & communiter DD. in L. Paulus ff. de ſtat. homin. Menoch. conſ.* 16. *n.* 22. *ad medium, Marſil. ſingul.* 121. *Pereg. de fideicom art.* 24. *n.* 76. *Fuſar. de ſubſtit. conſ.* 102. 113. & ſic filii nati inter conſanguineos ante matrimonium, ad maioratus, Patronatus, & fideicommiſſi adminiſtrationem non admittuntur, ut contendit *Covas de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 8. *n.* 13. *Gregor. Lopes in L.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *verb. ſi el hijo mayor, Molin. lib.* 3. *de primog. cap.* 2. *n.* 10. *Alexand Ludov. deciſ.* 461. *n.* 16. *Fuſar. ſup. dict. n.* 113.

Ne-

100 Neque obſtat illa clauſula, quam in Bullis diſpenſationum fere ſemper appoſitam invenimus : *Prolem ſuſceptam, ſi qua eſt, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo* : pro qua diſpenſatione pertendunt ſpurii nati ante diſpenſationem ſe legirimari, cum dicant, quod illa clauſula extendatur, & diſpenſet in radice matrimonii, ita ut maneant legitimi, & capaces ad ſucceſſionem majoratus, ſicut tradit *Boerius deciſ.* 246. *n.* 7. *Ladrech. Imolenſ. in conſ.* 24. *n.* 38. *Lup. de illegit. comm.* 4. §. 1. *n.* 56. *Garcia de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 2. *n.* 41. *& 42. Caſtil. cap.* 105. *n.* 3. *& 5. verſ. aenique, & ult.* quia reſpondetur, quod licet indubitata ſit veritas, quod S. Pont. poſſit diſpenſare in radice matrimonii, quando impedimenta proveniunt de jure canonico, ſicut in hoc caſu, in quo matrimonium contractum eſt inter conſanguineos intra quartum gradũ, *ex text. in cap. non debet de conſanguinitate, & affinitate, Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. *verſ. ſi vero impedimentum, Sanch. de matrim. lib* 8. *diſp.* 7. *n.* 5. & 6 *& Caſtil. ſup. cap.* 105. *n.* 19. & 20. controverſum tamen eſt apud DD. ſi iſta diſpenſatio in radice operetur, ut diſpenſatus poſſit obſtinere bona temporalia, etiam cum præjuditio tertii, & quanvis aliqui DD. tenuerunt, quod talis diſpenſatio non poteſt operare in bonis temporalibus, & in præjuditium tertii, ut aſſerunt *P. Molin. de juſt. & j. diſput.* 624. *n.* 5. *verſ. ego vero, Cervanteſ. in L.* 12. *Tauri, n.* 102. *Joan. Grac. de nobilitat. glol* 1. *n.* 27. & alii relati *à Patre Thom. Sanches de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 3. verior tamen ſententia eſt, quod diſpenſatio in radice matrimonii habilitat filium ſpurium ante matrimonium natum quoad bona temporalia, etiam in præjuditium tertii, ut tenet *Molin. dict. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. *verſ. ſi vero impedimentum,* P. *Thom. Sanch. in nova edit. Lugdunenſi, dict. diſp.* 7. *n.* 4. *Garcia de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 2. *n.* 41. *Caſtil. dict. cap.* 105. *n.* 33.

Sed difficultas eſt an illa clauſu- 101
la, quæ opponi ſolet in diſpenſationibus, de qua ſupra, ſit diſpenſatio in radice matrimonii, & habeat eundem effectum; ſed mihi videtur verior ſententia aſſerentium, quod illa diſpenſatio non eſt diſpenſatio in radice matrimonii, quando matrimonium ſaltem de facto contractum non præceſſit, quia in hoc caſu non poteſt. S. Pont. etiam quoad temporalia, extra loca ſuæ juriſdictionis legitimare prolem, ut tradunt *Joan. And. in cap. per venerabilem, num.* 30. & *Abbas, n.* 21. *Laudeng. de legitimat. art.* 2. *n* 85. *in termin. Peregrin. art.* 24. *n.* 76. *Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 7. & 23. *Garcia de benefic. tom.* 2. *p.* 7 *cap.* 1. *n.* 41. *Sauctarel. variar. reſolut. cap.* 43. *n.* 12. *Riccius collect.* 3065. *Boſſius de contract. matrim. cap.* 10. *n.* 346. *Pontius de matrim. lib.* 11 *cap.* 5. §. 1.

Et ratio, quare non diſpenſet, 102
evidenter patet, quia ut Pontifex legitimet in radice prolem ſuſceptam in concubinatu; neceſſarium eſt, quod legitimet matrimonium, ut ex tunc, ac ſi à principio fuiſſet legitime contractum, non vero ut ex nunc; quia in hoc caſu non poteſt conſiderari retrotractio ad tempus antecedens conceptionis, vel nativitatis prolis jam natæ; ut optime poſt *Abb. Goſadin. Zephal.* & alios reſolvit *Peregrin. dict. art.* 24. *n.* 18. *Sanch. dict. diſp.* 7. *n.* 22. *Grac. ſup. n.* 42. *Fuſar. de ſubſtitut. dict. q.* 409. *n.* 116. & ſic, ut legitimatio ſit in radice matrimonii, neceſſe eſt, quod Pontifex legitimet matrimonium ſimpliciter, vel ponat clauſulam, *quod in matrimo-*

nio contracto remanere, vel perseverare valeant, quia tunc respicit radicem primi matrimonii, ubi adest nullitas, de facto contracti, & sic retro respicit, & in consequentiam prolem legitimat, ut tradunt *Pereg. d. n.79. Sanch. ubi sup. n.24. Grac. sup. n.42. Rotta apud Farinac. decis. 455. n. 10. tom. 1. novis.*

103 Nec potest argui, quod, ut possit impetrari legitimatio in radice, sufficit quod coitus sit solum affectu, vel consensu maritali; *ex Joan. And. in cap. per venerabilem, n. 30. & Abb. n. 21. Ancharran. cons. 409. n 4.* & resolvunt *Rotta in decis. relatis per Gracian. sup. â n. 40.* quia respondetur quod verior resolutio est, ut non possit dari dispensatio in radice matrimonii, si matrimonium, saltem defacto contractum non præcesserit, quia dispensare in radice est dispensare in matrimonio defacto cõtracto, ut ex tunc; & illa verba, *saltem affectu, vel consensu* significant matrimonium contractum defacto, licet de jure non obtinuerit, propter aliquod impedimentum canonicum; & non significant affectum, & consensum ad contrahendum matrimonium.

104 Multo minus obstant *decisiones 455. tom. 1. noviss. & 687 tom. 2. relatæ à Farinac.* quia in casu illarum decisionum fuit habita dispensatio in radice, ut constat ex clausula, *ut in vestro sic contracto matrimonio*, & jam matrimonium clandestinum præcesserat defacto, ut testatur *Rotta dict. decis. 455. n. 9.* & ideo illa dispensatio fuit facta in radice matrimonii; & sic illa clausula, *prolem susceptam tantummodo*, nihil, aut parum ad hoc facit, quia ista intelligitur, quando matrimonium saltem defacto contractum præcessit, ut eleganter resolvit *Garc. de benefic. sup. n. 42. vers. sed certe.*

Et quando opinio *Joan. And. Abb. & Ancharran.* quam sequitur *Rotta sup.* fuisset certa, quod ic. ut filius habitus inter consanguineos legitimetur, sufficit, quod matrimonium saltem ex affectu, & consensu fuerit contractum; procedit tantummodo ante dispositionem sacro- 105
sancti Conc. Trid. quo tempore sufficiebat consensus contrahentium, ut matrimonium posset contrahi, non vero post concilium, cum sit necessaria illa solemnitas denuntiationum, & quod coram Parrocho, & testibus consensus exprimatur, ut constat *ex cap. 1. sess. 24 de reform. matrim.* ex quibus omnibus dicendum est, quod ille spurius excludendus est à successione maioratus, & admittendus natus post dispensationem, *ex Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. n. 38. & ibi addit.*

Si spurius ille fuerit conceptus 106
tempore expeditionis, tempus nativitatis non attenditur, sed conceptionis, ut non legitimetur, *Cinus in L. ex libera, cod. de suis, & leg. &* ibi *Paul. de Castr. Angel. Arent. in §. ult. n. 9. in fin. inst. de nuptiis, Ant. de Butr. in dict. cap. tanta, n. 17. qui fil. sint legit.* & ibi *Abbas, n. 5. Fusar. de substit. q. 409. n. 107. & 113.*

Ampliatur vigesimo nono, quod 107
spurius non succedit in feudis, *Maresc. var. lib. 2 cap 30. n. 45. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 30. n. 63. Camil. de Medic. cons. 1. n 94. Gutier. prat. lib. 4 q. 37. Mastril. de magistrat. lib. 2. cap. 12. n. 44. Roxas de incompatib. lib. 1. cap. 6. §. 9. n. 106. Lucidor. de illegit. cleric. cap. 9. n. 1. & 2. Add. ad Reverter. decis. 250. Borel. de magistrat. lib. 1. cap. 7. Knipschildt. de fideicom. familiar. nobil. cap. 8. n. 322. Solorsan. de jure Ind. lib. 2. cap. 18. n. 13.*

Ampliatur trigesimo, quod fi- 108
lius spurius non succedit in jure Patronatus,

tronatus ; *Roch. de jure patronat. verb. competens, n.* 23. *Lambertin. de jure patron. lib.* 1. 2. *p. art.* 32. *q.* 2. niſi per conſequentiam in bonorum emptione veniat ; *Scobar de puritat, Sang.* 1. *p. q.* 4. §. 6. *n.* 4. ſed ſi eſt in poſſeſſione præſentandi, manutenendus eſt, *Poſt. de man. tenend. deciſ.* 172. *n.* 17. & 18.

109 Ampliatur trigeſimo primo, quod ſpurius non poteſt ſuccedere in bonis coronæ, *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 11. & 12. ibi : *Filho, ou neto natural, ou eſpurio, Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſput.* 576. *n.* 10. *verſ. filius, ego ipſe in com. ad Ord. in* 2. *tit.* 35. *lib.* 2. *de leg. mental. ad rubric. cap.* 21. *n.* 46. quanvis ſit legitimatus à Principe, ut in n. 47. dico ; niſi quando hoc in legitimatione expreſſum fuerit, ut dico n. 48. neque ſufficit adeſſe clauſula generalis, quæ in legitimationibus apponitur, ſed neceſſe eſt, quod in legitimatione expreſſa mentio de hoc fiat cum derogatione legis contrarinm decernentis, *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 12. & *ego ipſe ibidem n.* 49.

110 Ampliatur trigeſimo ſecundo, quod ſpurius in commendis ſuccedere non poteſt, *Solorſan. de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 5. *à n.* 23. & *cap.* 17. *à n.* 2.

111 Ampliatur trigeſimo tertio, quod filius ſpurius legatum ex teſtamento patris capere non poteſt, quanvis pater abſque liberis legitimis decedat, alio hærede inſtituto, *Guido Pap. q.* 280. *Dec. conſ.* 307. *Bart. in L.* 25. §. *ſi á ſocero, ff. quæ in fraud. credit. Tepat. var. cit.* 439. *cap.* 9. & nos infra dicemus ; ſic etiam non valet legatum ſpurio legitimato relictum, ſi poſtea illa legitimatio ex aliqua cauſa fuit nulla, *Decius conſ.* 289. & *conſ.* 579. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 9. *Marcheſan. de com. p.* 1. *cap.* 18. *n.* 31.

112 Ampliatur trigeſimo quarto, quod ſpurius in hæreditate paterna ſuccedere non poteſt, etiam quando inſtitutus eſt ea conditione, quod hæreditatem alteri reſtituat, *Manſ. ſup. n.* 85. *Grac. ſup. num.* 12. *Raven. ſing* 680.

113 Ampliatur trigeſimo quinto, quod filius ſpurius non poteſt obſtinere immiſſionem in poſſeſſionem ex edicto, *L. fin. cod. de edicto D. Adrian. tollend. Mexoch. de adipioc. remedio* 4. *n.* 753. & *conſ.* 180. *n.* 34. *Pariſ. conſ.* 11. *n.* 10. *lib.* 2. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 5. *n.* 155.

114 Si vero defectus ſpurietatis non ſit notorius, bene poteſt obtinere ex tali edicto *D. Adrm. Balt. Thom. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 477.

115 Ampliatur trigeſimo ſexto, in filio ſpurio ex Sacerdote, vel moniali, quia talis non poteſt ſuccedere in bonis patris Sacerdotis, ut jam ſup. dictum eſt, à nobis. *Bero. conſ.* 163. *Peregr. de jure fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 37.

116 Ampliatur trigeſimo ſeptimo, ut quanvis hæres patris ſpurii juſſus eſſet non petere, vel aliquid ſpurio filio præſtare ſub privationis pæna, id non teneatur hæres facere, non obſtante illa pæna, *Peregr. de jur fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 109. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 2. *n.* 46.

117 Ampliatur trigeſimo octavo, in filio ſpurio nato ex conſanguinea tranſverſali, vel aſcendente, qui non poteſt ſuccedere in bonis patris, matriſve, *Boer. deciſ.* 127. *Dueñ. ſing.* 366. *ampiat.* 9.

118 Ampliatur trigeſimo nono, quod ſpurius non ſuccedit in civilitate quæſita á patre pro ſe, & filiis, *Tiraquel. de jur. primog. q.* 59. *n.* 3. *Surd. conſ.* 456. *n.* 19.

119 Ampliatur quadrageſimo, ad caſum quando duo habebant filios ſpurios, qui inter ſe contraxerunt, & unuſquiſque parer inſtituit ſpurium

alterius, *Menoch. lib. 4. de præsumpt. præs. 96. à n. 5. Fragos. de regim. reip. p. 3. lib. 1. disp. 2.*

120 Ampliatur quadragesimo primo, quod filii spurii non comprehendun-tur in conditione tacite subintellecta, *si sine liberis decesserit*, secundum formam *L. cum acutissimi, cod. de fi-deicommiss. Roland. à Valle, cons. 74. n. 36. lib. 1. Rusticus in L. cum avus, lib. 3. cap. 1. n. 236.* Et sic subsitu-tum non excludunt, *Balth. Thom-var. tract. 2. cap. 23. n. 506.*

121 Ampliatur quadragesimo secun-do, quod filii spurii non prosunt ad excusationem tutellæ, vel alterius muneris publici, *L. 2. §. 1. ff. de ex-cusat. tutor. Paleot. de noth. cap. 32. n. 4. Surd cons. 456. n. 17. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 5. n. 37.* In tantum, quod nec Pater tenetur pro damno dato à filio spurio, *Albert. de statut. q. 49. p. 1. Boer. decis. 127. n. 1. Novel. reg. 136.*

122 Ampliatur quadragesimo tertio, quod neque pater filio spurio succe-dit, *Lup. de illegit. com. 1. §. 5. num. 162. in fin. Menoch. cons. 60. n. 31. Natta, cons. 514. n. 7. Grac. §. suc-cessio ab intest. q. 29. Surd. decis. 249. n. 17. novel. reg. 136.*

123 Ampliatur quadragesimo quar-to, quod filius spurius in bonis pa-tris succedere non potest, quanvis textus noster permisisset, quod pa-ter filium suum spurium instituere posset in suis bonis, *Bero, cons. 164. n. 10. lib. 2. Villalob. lit. F. n. 122. Rusticus in L. cum avus, lib. 2. cap. 15. n. 90. Matt. commun. opinion. verb. spurius, Grac. §. institutio, q. 7. n. 11. Dueñas regul. 366. ampliat. 1. Tusc. lit. S. concl. 654. & 655. Paul. Christen. decis. Belgic. 117. vol. 1. Ca-balin. melleloq. 767. Solors de jur. In-diar. lib. 2. cap. 17. n. 5. Marc. Ant. Sabel. in sum. divers. lit. F. §. filia-tio, n. 9. vers.* quod statutum; quia tunc textus noster erat nutritivus peccati, quod tolerandum, & dicen-dum non est, *ex Merl. de legitim. lib. 1. tit. 2 q. 5. n. 11. Gail. obser v. 88. n. 1. Gabriel d. verb. spurius. reg 5. Vi-vius, verb. statutum*, disponens quo ad naturales, & spurios, *Clar. in §. testamentum, q. 31. n. 7.* & etiam quia non valet statutum præbens occasio-nem delinquendi, & peccandi, *Mans. de testam. tit. 6. q. n. 93. Rotta coram Augustin. p. 3. lib. 3. dec. 1168. n. 4.* quanvis contrarium probet, & de-fendat *Menoch cons 285. n. 30. Pa-leot. de noth. cap. 54. n. 3. Lup. de il-legitim. com. 1. §. 5. n 156.*

Ampliatur quadragesimo quinto, 124
Extinguitur etiam obligatio alimentandi filium spurium, quando ille spurius est dives, vel quando ex redditibus alicujus beneficii, vel nobilis officii se alimentare potest, & hæc resolutio non solum procedit in filio spurio, sed etiam in naturalibus, & in legitimis, *Navar. in manual. cap.* 14. *n.* 17. *Henriq. lib.* 11. *cap.* 19. *n.* 2. *Rebel. de obligat. just. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 18. *n.* 7. *Bonacin. de præcept. disp.* 6. *q. unic. p.* 6. *§.* 1. *n.* 3. *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 69. *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 3. *n.* 6. *Surd. de aliment. tit. q.* 78. *n.* 32. *Barbos. de filio fam. cap.* 30. *n.* 94. *& n.* 95. *Balth. Thom. var. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 587. 7

Sed supradicta limitantur, quando 8

do aliquo caſu paupertas ſpurio ſupervenit, vel aliquo impedimento illud artificium exercere non poteſt, quia in hoc caſu pater tenetur alimenta præſtare, quoniam per divitias, & artificii exercitium non tollitur abſolute obligatio naturalis alimentandi, ſed tantummodo ſuſpenditur, *Benint. dec.* 22. *n.* 1. & 5. *Cabal conſ.* 154. *n.* 12. *Balth. Thom. var. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 611. *Boſſius de aliment. cap.* 1. *n.* 35. *Lup. de illegit. com.* 2. §. 1. *n.* 32. *Roland. à Valle, conſ.* 54. *n.* 76. *lib.* 2.

9 Limitatur etiam, quando tempore mortis patris erat ille ſpurius dives, & poſtea illi egeſtas ſupervenit, in quo caſu ejus hæredes tenentur, *Gabriel. de aliment. concl.* 1. *n.* 3. *Balth. Thom. var. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 595.

10 Limitatur etiam, quando filius ſua culpa conſumpſit alimenta aſſignata ludendo, quoniam in hoc caſu etiam iterum tenetur ea præſtare pater, ea ratione, quod cum alimenta debeantur de jure naturali, nullo eventu tolli poſſunt; *L. eas cauſas, ff. de capit. diminut. L.* 1. §. *jus naturale, ff. de jur. natur. gent. & civil. docet Cacharen. dec.* 124. *n.* 9. *Bald. in L. ſcimus* 11. *cod. de inoffic. teſtam. Balth. Thom. var. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 608. *Lup. de iliegit. com.* 2. §. 1. *n.* 18. *Tepat. var. tit.* 440. *cap.* 1.

11 Sed quid judicandum, quoad alimentorum præſtationem, quando conſtat mulierem fueſſe carnaliter cognitam tantummodo per duos, ſc. per Titium, & Sempronium, ex quo coitu filium habuit, & ignoratur quis eorum ſit pater, ut alimenta ſpurio præſtet? Ad quod reſpondeo, quod ſi ille filius reſpectu unius patris eſt naturalis, & alterius ſpurius (quod poteſt accidere, cum unus ex his eſt ſolutus, alter vero conjugatus) ille, qui ſolutus eſt, ad alimenta tenetur, cum ejus filius cenſendus ſit, quoniam in dubio illegitimus potius præſumitur naturalis, quam ſpurius, *Bald. conſ.* 448 *n.* 4. *lib.* 1. *Alberic. in cap. per tuas* 2. *de probat. Breſſerus de conſcient. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 124. *Fachin. controv. lib.* 3. *cap.* 43. *Surd. de aliment. tit.* 1 *q.* 10. *n.* 3. *Covas de ſponſal.* 2 *p. cap.* 8. §. 3. *Mantic. de conject. lib.* 6 *tit.* 11. *num.* 34. & 35. *Dian. p.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 6. *Cavalcan dec.* 12. *num.* 23. *Tel. Fernand. in L.* 11. *Tauri, Matienſ. in L.* 9 *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. P. Ariag.* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 26. *n* 17. *Vaſq.* 1. 2 *diſp.* 66. *n.* 8. & 45. *Cravet. conſ.* 38. *n.* 1. quiâ in dubio, quod favorabilius, & honorabilius, eſt præſumendum, *Abbas in cap. per tuas, n.* 2. *de probat. Bald. conſ.* 448. & *conſ.* 213. *in fin. lib.* 2. & cum ſit favorabilius, quod ille filius ſit naturalis, quam ſpurius, ideo præſumendus eſt naturalis, *Villalob. p.* 1. *tract.* 1. *diffin.* 20. *in fin.*

Sed ſi ille filius reſpectu utriuſque patris fuerit ſpurius, tunc ab utroque parente alendus eſt, quando, ambo ſunt æquales indivitiis, at ſi unus ex his fuerit pauper, tunc ditior plus tenetur præſtare: & ſi unus ex iiſdem bonis careat; non tenetur, neque in juditio obligari poteſt, & alter ad omnia tenetur, *Azor moralium, p.* 1. *lib.* 2. *cap. n.* 3. *q.* 8. *Sales diſp. unic n.* 247. *Vaſq.* 1. 2. *diſp* 76. *cap.* 8. *n.* 47. *docet Boſſius moral. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 1. §. 43. *n.* 1557. *cum ſeq.* & *de aliment. cap.* 6. *n.* 277. 12

Nec liberatur pater ab hac obligatione alimentorum, exponendo ſpurium in domo Hoſpitalis, ſi ei dedecus eſſet talis expoſitio, *Lup. de illegit com.* 2. §. 23. *n.* 9. *Covas de ſponſal.* 2. *p. p.* 8. §. 6. *n.* 19. 13

CAPUT VI.

Utrum alimenta debita ſpurio petenda ſint in juditio Eccleſiaſtico, an vero in ſæculari, & quomodo taxari debeant.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta à ſpurio peti poſſunt non ſolum in judicio Eccleſiaſtico, ſed etiam in ſæculari.*

2 *Et debent venire non ſolum cibaria, & veſtes, ſed etiam habitatio, & reliqua neceſſaria ad ſuſtentationem.*

3 *Et ſi pater eſt dives arbitrari debent ſalaria ad ſervos, & famulos.*

4 *Sic etiam ad uxorem, & filios.*

5 *Appellatio in hoc caſu non ſuſpendit data cautione de reſtituendo.*

6 *Alimenta peti non poſſunt lite pendente ſuper alimentis niſi præcedente ſummaria cognitione ſuper filiatione.*

1 CUm alimenta ſpurio debita inter cauſas pias enumerentur; certum eſt mixti fori eſſe, ideo non ſolum in juditio Eccleſiaſtico peti poſſunt, *Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. c. 18. n. 58. Dueñas reg. 367.* ſed etiam in juditio ſæculari, *Bart. in L. ſolet, n. 13. de aliment. & cibar. legat. Lup. de illegit. com. 2. §. 1. n. 19. Roland à Valle, conſ. 22. n. 31. & 89. lib. Cephal. conſ. 498. n. 15. Balth. Thom. tract. 2. cap. 23. n. 583. Sanctarel. var. reſol. p. 1. q. 34. n. 2. Surd. de aliment. tit. 8. priv. 6. n. 6. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 76. Bellet. in diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de favor. cleric. real. §. 5. n. 69. Covas ds ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 6. n. 6. Barb. in L. 1. p. 4. n. 82. ff. ſolut. matrim. Themud. dec. 33. n. 2. & 3. Delben. de immunit. 2. p. cap. 10. dub. 6. ſect. 5. n. 1. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 16. Merlin. tom. 2. controv. 93. Theſaur. dec. 211. n. 4. Dian. reſolut. moral. p. 1. tract. 2. reſolut. 85. Capic. deciſ. 154. Pereg. dec. 81. Gizarel. dec. 47. Paul. Chriſt. deciſ. 143. vol. 3. Moſtazo de cauſ. piis, tom. 2. lib. 8. cap. 11. n. 5. Marc. Ant. Sabel. in ſum. diverſ. lit. A. § alimenta, n. 12. deducitur etiam ex Ord. lib. 4. tit 99. §. 1. & ibi Barb. n. 25.*

2 Et ſic in illo juditio ſpurio alimenta taxari debent, *Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 169. Tepat. var. tit. 440. cap. 3.* (non tam ampla, ut filii legitimo arbitrantur) in quo arbitramento debent venire, non ſolum cibaria, veſtes, ſed habitatio, & cætera neceſſaria ad ejus ſuſtentationem, *Paleot. de noth. cap. 47. n. 7. Molin. de primog lib. 2. cap. 15. n. 55.*

3 Et non ſolum ea alimenta ad vitam neceſſaria judex arbitrari poteſt, ſed etiam ſi ejus pater divitiarum ſit abundans, ſalaria ad ejus ſervos, & famulos arbitranda ſunt, *Lucidor. de illegit. cleric. cap. 22. n. 14. Gracian. forenſ. cap. 613. n. 18. Tel. Fernand. ad L. 9. Tauri, n. 10. Molin. de juſt. & j. diſp. 168. Tondut. reſolut. civil. p. 2. cap. 146. n. 9.*

4 Sic etiam arbitranda ſunt ad ejus uxorem, & filios, quando talis uxor non habet unde ſe alat, *Lup. de illigit. com. 2. §. 1. n. 25. Lucidor. de illegit. cleric. cap. 22. n. 14.* quamvis initio patre eam duxiſſet, *Ruyn. conſ. 144. lib. 5. Burſat. conſ. 63. n. 9. Borg. dec. 10. n. 26. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 63. Covas de ſponſal. lib. 2. cap. 8. §. 6. n. 5. Decius conſ. 231. n. 3.*

n. 3. *Tondut. reſolut. civil. p.* 2. *cap.* 146. *n.* 12. *Scipio Rovit. dec.* 25 *n.* 18.

5 De cujus ſententia, & arbitramento, data prius cautione de reſtituendo; in caſu ſucumbentiæ, appellatio non admittitur quoad effectum ſuſpenſivum, *Borg. dec.* 10. *n.* 40. *p.* 3. *Balth. Thom. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 608. ego ipſe hujus facultatis profeſſor *forenſ. cap.* 15. *ex n.* 103.

6 Et adverte, quod hæc alimenta peti non poſſunt lite pendente ſuper alimentis, niſi cognitio ſuper filiatione ſummarie prius præcedat, *Socin. Junior. conſ.* 8. *num.* 4. *lib.* 3. *Balth. Thom. tract. tract.* 2. *cap.* 23. *n* 125.

CAPUT VII.

Utrum pater filiæ ſpuriæ dotem præſtare teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Pater dotare tenetur filiam ſpuriam.*
2 *Quod habet locum in omni genere ſpuriarum.*
3 *Procedit etiam in patre clerico.*
4 *Et non ſolum quoad matrimonium carnale, ſed etiam ſpirituale.*
5 *Licet dos pretium alimentorum in aliquo excedat.*
6 *Sic etiam dotare tenetur filium ſpurium clericum ut ad ſacros ordines ſuſcipiat.*
7 *Dos conſtituta ſpuriæ ad nubendum non debet excedere quantitatem alimentorum.*
8 *Et ſi excedat revocatur.*
9 *Quantitas alimentorum, vel á patre, vel à Judice taxanda.*
10 *An ſi dos à patre conſtituta excedat quantitate alimentorum poſſit á marito revocari conſtante matrimonio? Affirmativé.*
11 *Diſtingunt alii DD.*
12 *Contrarium, & verius.*
13 *Sed diſſoluto matrimonio per mortem mariti revocari poteſt exceſſus.*
14 *Limita ſi vidua filios habeat.*
15 *Fundus datus marito taxatus ſecundum valorem alimentorum, etiam non revocatur, licet excedat.*
16 *Dos conſtituta in fundo cujus redditus ſufficiunt pro alimentis ſpuriæ poſt ejus mortẽ tranſit ad patrem ſi filios non habeat ſpuria.*
17 *Multo magis ſi in contractu dotis talis fiat expreſſio.*
18 *Maritus ſpuriæ ſit dominus dimidiæ dotis intra quantitatem alimentorum; quia in exceſſu revocatur.*
19 *Dos filiæ ſpuriæ ex tertia patris deduci debet.*
* *Et tertiam excedere non poteſt, ſi pater habet filios legitimos.*
20 *Limita ſi alimenta taxantur ſecundum naturam, & non ſecundum ſtatum patris.*
21 *Hæc obligatio dotandi ſpuriam finitur ratione ipſius divitiarum.*
22 *Spuria ſi dotem aliunde poteſt habere, ceſſat in patre dotandi obligatio, & n.* 23.
24 *Idem ſi ſpuria in famulata dotem aquiſivit, vel à domino dotatur.*
25 *Etiam quando maritus eſt dives, & ipſe contentus fuit in contrahendo matrimonio abſque dote, vel legato.*
26 *Liberatur pater ſi filia ſpuria contraxit clandeſtine, & contra formam concilii.*
27 *Et quando filia fuit meretrix.*
28 *Secus ſi pœnitentiam egerit.*
29 *Non tamen ammittit ſpuriu jam dotata*

dotata dotem, si absque dolo, vel culpa filiæ illam amiserit.

30 *Extenditur obligatio dotandi spuriam ad hæredes patris, si bona extant.*

1 CONveniunt omnes Doctores, quod patres filiam suam spuriam dotare tenentur in locum alimentorum, secundum eorundem qualitatem, quando illa dos non est excessiva; quæ opinio probatur *per text. in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adult.* quia sicut pater tenetur eam alimentare, ita etiam dotem præstare, cum dos, & alimenta à pari procedant, *Ripa in L. 1. n. 79. ff. solut. matrim.* & in dote maior ratio consideratur, cum sine dote talis spuria facile nubere non possit, ob quam causam accidere potest, quod illa turpiter vivat, quod esset in parentis dedecus; quam resolutionem probat *Bart. in auth. ex complexu, cod. de incest. nupt & in L. fin. n. 7. ff. de his quibus ut indign. Ripa in L. 1. n. 66. ff. solut. matrim. Socin. in d L. 1. n. 23. Barb. in L. 1. p. 4. ff. solut. matrim. n. Alter Barb. in collectan. ad text. in cap. cum haberet, n. 10. de eo, qui dux. in matr. & ibi Gonz. n. 4. in fin. Valasc. de privileg. pauper. p. 1 q. 15. á n. 1. Covas de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 6. n. 11. Giurb. observat. 41. n. 8. Guill. Benedict. in cap. Raynuntius de testam. verbo dotem, n. 43. Remin. Jun. cons. 475. n. 21. Seraphin. decis. 58. Paleot. de noth. cap. 49. Aldovin. cons. 103. n. 14. Pereg de jur. fisc. lib. 3. tit. 18. n. 56 Boland. de lucro dotis, q. 94. n. 4. & cons. 74. n 40. vol. 1 & cons. 54. vol. 2. & cons 85. n. 4. vol 1. Surd. de alim. tit. 1. q 10. n 15. & cons 310. n. 2. Dueñ. regul. 336. ampliat. 3. Boscheius de leg. nupt. L 3. n. 32 Tusc. prat verb. dos, concl 80. à n. 202. Cancer. var. p. 3. cap. 21. n. 206. Cevall. com contr. com. q. 565. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16. n. 19. Gail. lib. 2. observat 88. Boer. dec. 283. n. 14. Graff. in §. inst. q. 7. n. 17. & 18. Luciador. de illegit. cleric. cap 15. Merend. tom. 3. lib. 13. cap. 2. n. 9. Spin. de testam. glos. 16. n. 119. Bald. in L. neque mater, n. 1. cod. de jur. dot. Jas. in §. fuerat, in fi. de actionib. n. 104. Thesaur. dec. 211. Paschal. de patr. potest. p. 2 cap. 3. n. 37. Opizon. in L. filius familias, §. Divi, n. 14. ff. de legat. 1 Covas in L. qui liberos, n. 162 ff. de rit. nupt. Fab. in suo cod. lib. 5. tit. 16. diffinit. 9. de natural. liber. Bald. novel. de dote, p. 6 privileg. 16. n. 5. Padil. in auth. res quæ, n. 64. cod. comm. de legat. Fontanel de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. Borrel. in sum. dec. p. 3 tit. 4. n. 38. cum seq. Marascot. var. lib. 2. cap. 83. n. 34. Vicent. de Franch. dec. 283. n. 14. Lup. de illegit. comment. 2. §. 1. n. 37. & 45. Villalob. moral. lit. F. n. 123. & 124. & lit. P. n. 29. Bonacin. tract. moral tom. 2 disp. 6. q. 1. punct. 3. n. 3 de testam. Harpret. ad princ. inst. de hæredit. quæ ab int. defer n. 341. Cabal. cons. 131. n. 6. Tiraquel. de jur. primog. q. 62. n. 12. Capic. dec. 180. Menoch. var. resol. lib. 2. cap. 8 n. 34. Thomas, var. tract 2. cap 23. n. 577. Gabriel de aliment. concl. 1. n. 13. Dueñas tit. de his, qui non habent fact. testam. caut. 14. n. 13. Merlin. de legit. lib 1. tit. 2. cap. 5. n. 22. Larrea dec. 96. n. 2. & 3. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 45. Barb. vot. 126. n 110. Diana moral. tom. 2. tract. 6 resolut. 46. Castr. Paul. tom. 7. tract. 32. punct. 5. §. 1. n. 6. Fragos. de regim. reip. lib 2. disp. 5. §. 1. n. 13. tom. 3. Rebel. de obligat. just. lib 5. q. 8. n. 3. Abbas in cap. per venit, num. 1. de arbitr. Laym. lib. 5. tit. 10. p. 3. cap. 5. Busemb. in medul. Theolog. lib. 3. tract. 3. cap. 2. dub. 2. n 3. Castejon. alphabet.*

bet. jur. lit. D. verb. Dos, n. 15. *Riccius collect.* 962. *p.* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 189. *n.* 25. *Ludovic. tit. de aliment. concl* 1. *col.* 3. *Marcabr. conſ.* 5. *n.* 52. *Tuſc. lit. D. concl.* 780. *n* 102. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 10. *Gama dec.* 149. *n.* 7. *Alba conſ.* 44. *n.* 3. & 4. *Sim. de Petr. de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *ſolut.* 11. *n.* 19. & 21. *Schrader. de feud. p.* 6. *cap.* 6. *n.* 102. *Rauden. Piſan. dec.* 31. *n.* 274. *Kohl. exerc.* 2. *n.* 51. *Graz. de ultim. fin. n.* 141. *Mantieuſ. L.* 8. *gloſ.* 1. *n.* 36. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. Carpan. ad Mediol. ſtatut.* 278. *n.* 156. *p.* 1. *Cifuent. ad L. Tauri* 9. *n.* 10. *Petra de fideicommiſſ. q.* 8 *n* 463. & 464. *Borrin. de ſervit. Vaſſalor. p.* 4. *cap.* 5. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. *Valaſc. de privileg. pauper. p.* 1. *q.* 4. & *q.* 15. *à n.* 12. *Boſſius de dote, cap.* 4. §. 15. *n.* 191. *Hector Felic. allegat.* 49. *num.* 3. *Everhard. in topiciis legalib. in loco ab aliment. ad dotem, n.* 4. *Reuſner. lib.* 2. *conſult.* 9. *n.* 17. *Ranchin. conſ.* 15. *n.* 4. *Doringius in Bibliothec. juris conſult. tom.* 1. *verbo alimenta, Stephan. cent.* 3. *q.* 7. *ad lit. D. Gaſp. Theſaur. forenſ lib* 1. *q.* 25. *n.* 6. *Fezzonius ad ſtatut. Urb. Rom. cap.* 140. *n.* 21. *Souſa dec.* 33. *n.* 9. *ex præceptorib. noſtris, Soares in manuſcrip. tract. de legib. Corolar.* 2. *dub.* 1. *n.* 173.

2 Quæ reſolutio in omnibus ſpuriis, & inceſtuoſis intelligi debet, *Fachin. controv. lib.* 6. *cap.* 10. *Villalob. lit. F. n.* 126. *Roland. à Valle, conſ.* 74. *num.* 42. *lib* 2. *Balth. Thom. var. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 581.

3 Extenditur etiam noſtra reſolutio in patrem clericum, qui tenetur filiam ſpuriam dotare, & in caſu, quo ei bona patrimonialia deficiant, ex redditibus eccleſiæ, ſive ſui beneficii eam dotare tenetur, & cum iſta opinione omnes DD. conveniunt, ſicut docet *D. Thom.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. *in reſponſ. ad* 2. *Navar. de ſpoliis cleric.* §. *fin. n.* 11. *Barb. in L.* 1. *n.* 65. *p.* 4. *ff. ſolut. matrim. Dueñas regul.* 366. *n.* 1. *Rotta apud Rubium, diverſ. dec.* 30. *n.* 36. & 37. *p.* 7. *Fagund. in decalog. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 8. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 15. *n.* 11. *Panormitan. in cap.* 1. *n.* 4. *de cohabit. cleric. Burſat. conſ.* 255. *n.* 16. *Giurb. ad conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 19. *Boſſius de aliment. cap.* 6. *n.* 193. & *de dote, cap.* 4. §. 15. *n.* 203. *Nunnez. de Avendan. reſponſ.* 19. *n.* 5. *Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 66. *Cald. de jur. emphyt.* 3. *p. de poteſt. eligend. cap.* 13. *n.* 11. *Surd. conſ.* 509.

Et non ſolum hæc procedunt, 4
quoad dotem, ut illa filia contrahat matrimonium carnalem, ſed etiam tenetur ejus pater ei dotem conſtituere ad ingreſſum religionis, ſicut docet *Bart. in L.* 1. §. *ſi parens, ff. ſi quis à patre fuer. manum, Bald. in L. fin. n.* 7. *cod. de dot. promiſſ. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 79. *Cumia in cap. ſi aliquem, verb. maritata n.* 105. *de feud. Tuſc. prat. lit. D. concl.* 780. *n* 22. & *n.* 48. *Sanch. de matrim. lib.* 4. *diſp.* 26. *n.* 7. *Alex. conſ.* 139. *n.* 6. *vol.* 2. *Barb. in L.* 1. *n.* 27. *p.* 4. *ff. ſolut. matrim. Petra de fideicomiſſ. q.* 8. *n.* 354. *Giurb. ad Senat. Maſſan. cap.* 3 *gloſ.* 3. *n* 24. *Boſſius de dote, cap.* 4. §. 15. *n.* 202. *Menoch. lib.* 4. *præſ.* 189. *n.* 25.

Et quanvis illa dos in aliquo pre- 5
tium alimentorum excedat, *Abbas in conſ.* 115. *n.* 1. *lib.* 2. *Tel. Fernand. in L.* 10. *Tauri, n.* 2. 11. & 12. *Coller. de aliment. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 7. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 15. *Lup. de illegit. com.* 2. *n.* 46. *Valaſc. de privileg. paup. p.* 1. *q.* 15. *n.* 22,

Sic etiam quando filius ſpurius 6
ad ſacros ordines vult aſcendere; in quo caſu pater ei dotem conſtituere tenetur, in qua ſpurius patrimonium aſſignet,

assignet, *Sanch. de matrim. lib.* 4. *disp.*26.*n* 7. *Avendan. conf.* 17. *n.* 4. *Giurb. sup. n.*24. *Loavez. in L. filius-fam. §. Divi, n.*138 *ff. de leg.* 1.

7 Sed illa dos constituto filiæ spuriæ ad nubendum non debet excedere quantitatem, vel pretium alimentorum, *Barth. in auth. ex complexu, n.* 4. *cod. de incest. nupt. Gabriel com. lib.* 6. *tit. de aliment. concl.* 1. *n.* 14. *Spin. de testam. glos.* 11. *n.* 46. *& glos.* 16. *n.* 119. *Lara in L. si quis à liberis, §. idem rescripsit, n.* 31. *ff. de liber. agnoscend. Coler. de aliment. cap.*3. *n.* 57. *&* 70. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.*19. *n.* 15. *Dueñas reg.* 366. *Cald. in L. si curatorem, verb. sine curatore* 96. *cod. de integr. rest. Marascot. var. lib.*2. *cap.*83. *n.*34. *&* 35. *Burrin. de servit. Vassalor. p.* 4. *cap.* 5. *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 69. *Rebel. de obligat. just. lib.*5. *q.*4. *n.*27. *&* 28. *Menoch. cons.* 1162. *n.*11. *Tusc. prat. lit. D concl.*780. *n.* 105. *Molin. de primog. lib.*2. *cap.*15. *n.*49. *&* 50. *Roland. à Valle, cons.* 74. *n.* 39. *vol.* 1. *de scient. cent.* 1. *dist.* 61. *Tepat. var. tit.*439. *cap.*4.

8 In tantum, quod si illa dos quantitatem alimentorum excedat, pro excessu datur revocatio, *Rebel. de obligat. just. lib.*5. *q.*4. *n.*28. *Roland. à Valle. cons.* 85. *Barb. in L.* 1. *n.*69. *p.*4. *ff. solut. matr. Gail. observat.*88. *n.* 8. *Molin. de primog. lib.*2. *cap.*15. *n.*50 *Matiens. in L.*8. *tit.*8. *glos.* 1, *n.*33. *lib.*5. *nov. recopil.*

9 Et sic sciendum est, si illa dos excedat alimentorũ quantitatem (quæ quantitas vel à patre constituenda, vel à judice arbitranda secundum filiæ spuriæ qualitatem, & patris statum; & divitias, & illius patriæ consuetudinem circa spuriorum dotes) quód tale arbitramentum non habet esse tantummodo ad vitam necessarium, sed ad ejus ornamentum, sicut docet *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 9 *&q.* 10. *n.*2. *Vicentius de Franch. dec.*283. *n.* 18. *Decius cons.*611. *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.*78. verum si excedat, talis excessus est nullus, tanquam factus in fraudem legis, & quoad excessum revocari potest, *Lup. de illegit. com.*2. *§.* 1. *n.* 45. *Decius cons.*457. *n.* 1. *lib.* 5. *Roland. à Valle de lucro dotis, q.*94. *n.* 44. *Panormitan cons.*50. *n.*2 *lib.* 2. *Capic. dec.*181. *n.*1. *Fragos. de regim. reipub. p.*3. *lib.*2. *disp.*5. *n.*50. *Molin. de primog. lib.*2. *cap.*15. *num.*50. *Barb.*4. *p. in L.*1. *n.*69. *ff. solut. matr. Manzol. cons.*31. *n.*18 *Dueñ. reg.* 367. *Balth. Thom. var. cap.*23. *num.* 579 *tract* 2.

Ex quibus venit dubium, si dos à patre constituta, & excedat alimentorum quantitatem, an constante matrimonio possit excessus à marito spuriæ revocari? in quo dubio plures DD. & sententiæ adiunt; quia *Gratian. forens. tom.* 3. *cap.* 472 *Rebel. de oblig. just. p.* 2. *lib.*5. *q.*8. *sect.* 4. *n.* 7. & alii asserunt, quod illa dos revocari potest à marito quoad excessum, etiam constante matrimonio, sic etiam docet *Fragos. de regim. reip. tom.*3. *n.*50. *Capicius dec.* 181. *Gail. observ.*78. *n.*9. *lib.*2. *Palaez de maiorat. p.*1. *q.*22. *n.*26. 10

Alii DD. distinguendo resolvunt, dicentes, quod ille dos potest revocari à marito, constante matrimonio, quoad excessum; quando maritus contraxit scienter, quod ejus uxor erat filia spuria; si vero tempore contractus matrimonii spuritatem mulieris ignorabat, non potest illa dos revocari â marito, constante matrimonio, quoad excessum, *Bacca de non meliorand. filiab. cap.*37. *num.*5. *Gom. in L.*9. *Tauri. n.*43. *Lup in cap. per vestras, notab* 3 *cap.*24. *n.*1. *de donat. Cordub. à Lara in L. siquis à liberis, §. idem rescripsit, n.* 30. *ff. de liber. agnoscend. Navar. in apolog.* 11

de

de reddit. q. 2. monit 26. n. 2. Surd. de aliment. tit. 1. q. 10. num. 23. Balth. Thom. var. tract. 2. cap. 23. n. 579.

12 Alii vero docent, quod ille exceſſus ultra quantitatem alimentorũ non debet à marito ſpuriæ revocari, conſtante matrimonio, quanvis maritus ſciat, vel ignoret conditionem uxoris, cum maritus potiùs illam dotem titulo oneroſo habuiſſet, quam acquiratur uxori lucrativo titulo, ſic docent *Bart. in L. ſi fraudator 25. §. ſi à ſocero, & ibi Angel. ff. ſi quæ in fraudem credit. Bald. in auth. ex complexu, cod. de inceſt. nupt. Bernard conſ. 54. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 37. n. 29. Roland. à Valle, conſ. 74. n. 49. Alexand. conſ. 54 n. 12. Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. cap. 3. n. 39. Lucidor. de illegit. cleric. cap. 22. n. 24 Surd. de aliment. tit. 5. q. 7. n. 14. & 15.* ubi docet iſtam opinionem eſſe magis æquem, quæ etiam mihi non diſplicet, maxime quando ejus pater non habet filios legitimos, ſicut docet *Sanch. lib. 4. opuſc. cap. 3. dub. 39. n. 12. Pinheir. de teſt diſp. 5. n. 71.* quæ dos neque à fiſco auferri poteſt, conſtante matrimonio, *Bart. & Angel. in L. ſi fraudator 25. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. credit. Valaſc. conſ. 188. n. 9.*

13 Sed quid dicendum, in illa quæſtione; utrum diſſoluto matrimonio per mortem mariti, poſſit exceſſus revocari ab hæredibus patris? dico, quod exceſſus poteſt revocari à filia ſpuria vidua, quia illa incipit habere illum exceſſum ex cauſa lucrativa titulo quaſi donationis, quod eſt contra legem, cum pater non poſſit filiis ſpuriis donare eo modo, *Angel. & Bald. in auth. ex complexu, cod. de inceſt. nupt. Panormitan. conſ. 115. vol. 2. Roland. à Valle conſ. 74. n. 49. vol. 1. Boſſius de aliment. cap. 6. n. 217.*

14 Quod moderatur; ſi illa vidua ſpuria filios habeat, quo caſu ſecundum æquitatem non revocabitur exceſſus, *Molin. de juſt. & j. tom. 1. diſp. 168 §. in dotem filiæ, Boſſius de aliment. cap. 6. n. 219.*

15 Et etiam quando fundus eſt datus in dotem marito ſpuriæ, taxatus ſecundum valorem alimentorum totius vitæ ſpuriæ, quando non excedit alimentorum computationem, quia tunc acquiritur ille fundus filiæ ſpuriæ, & ejus hæredibus, *Barb. in L. 1. p. 4. n. 74. ff. ſolut. matrim. & DD. ſup cap. 3. n. 5.*

16 Sed ſi dos fuerit conſtituta in fundo, cujus redditus erant ſufficientes ad alimentandam dictam filiam, tunc dos traſmittitur ad patrem, vel ejus hæredes poſt ejus mortem; ſi vero ſpuria filios habuit, ad illos tranſmittitur, non ad hæredes patris, quæ ſententia vera eſt, & in praxi ſervanda, quia ilia dos non tantummodo eſt data ad contrahendum matrimonium, ſed ad ſuſtinenda ipſius onera, *Fragoſ. de regim. reipubl. p. 3. lib. 1. diſp. 2. n. 142. verſ. ego puto, Minadorus dec. 21 Paleot. de noth. cap. 51. n. 6. & 7 Franch. dec. 283. n. 14. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 25. n. 9. Ruyn. conſ. 124. n. 11. vol. 1. Lup. de illegit. com. 2. §. 1. n. 49. Molin. de juſt. & j. tom. 1. diſp. 168. §. in dotem filiæ, Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 81. Berous, conſ. 165. n. 24. vol. 2. Lucidor. de legic. cleric. cap. 23. n. 3. Balth. Thom. tom. 2. var. c. 23. n. 619. & 580. Craveta, conſ. 186. n. 16.*

17 Et abſque dubio; ſi in contractu matrimonii, ait in ſcriptura dotis apponatur illa cautella, quod illa dos poſt mortem filiæ ſpuriæ ad ipſius filios tranſeat, vel ad ejus hæredes deſcendentes, *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 25. n. 9. Lucidor. de illegit cleric. cap. 23. n. 6. Balth. Thom. var. tom. 2. tract. 23. n. 580. & n. 621.*

18 Sed dubium est; an maritus filiæ spuriæ fiat dominus dimidiæ partis dotis ipsius, spuriæ jure matrimonii post copulam, secundum jus nostrũ *in Ord. lib.* 4. *tit.* 46. in quo dubio dico, quod maritus medietatem bonorum ipsius dotis acquirit, & eam partem hæredibus dotantis restituere non tenetur, immo eam alienare potest absque ulla restituendi obligatione; sed hoc debet intelligi, quando dos data fuit in locum alimentorum, non vero quoad excessum, quia ille excessus est nullus, & repeti potest ab hæredibus, alias si hæc communicatio bonorum non daretur, filiæ spuriæ non invenirent viros, & cum in hoc casu communicationis consideretur ratio correllativa, debet dari eadem dispositio, cum filia spuria succedat marito in medietate bonorum virtute communicationis, *Ord. lib.* 4. *tit.* 46. & *tit.* 94. *Novellus de date, p.* 6. *privileg.* 16. *col.* 2. *Barb. in reniss. ad Ord. lib.* 4. *tit.* 46. *Rolandi à Valle, cons.* 74. *n.* 53. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 11. *Molin. de just. & j. tom. disp.* 168. *Fragos. de regim. reip. p.* 3. *disp.* 2. *n.* 143. quidquid dicat *Pinheir. de testam. disp.* 5. *à n.* 85. cum non inveniamus in jure, quod maritus spuriæ non possit acquirere à lucro, quamvis illa dos sit data respectu filiæ spuriæ.

19 Sed queres, ex qua parte bonorum hæreditatis patris dotantis illa dos filiæ spuriæ debita deduci debeat; an ex cumulo hæreditatis, an vero tantummodo ex tertia de jure Lusitano, aut ex quinto de jure Castellæ? ad quod respondeo, quod illa dos ex tertia bonorum patris deduci debet, quæ tantummodo ad dotandas filias obligatur, & pro dote semper tenetur illa tertia, secundum jus nostrum regium *in Ord. lib.* 4 *tit.* 97. §. 3. ibi: *Porque sempre as terças do pay, e mãy, atè ora se abran-*

gerem, saõ obrigadas a refazer os casamentos, que promettem, e doações, que fazem a seus filhos, ainda que expressamente naõ fossem obrigadas, e posto que os defuntos dellas ordenem outra cousa; quæ dispositio etiam intelligi debet in filia spuria, cum ad hoc non consideretur ulla differentia inter legitimos, & spurios, ut patet *in Ordinat. lib.* 4. *titul.* 99. § 1. sic de jure Castellæ obligatur quintum, de quo tantummodo, disponere potest pater in favorem spuriorum, *L.* 10. *Tauri* ibi: *Peró bien permittimos que les puedan en vida, ò en muerte mandar hasta la quinta parte de sus bienes, y nò mas de la que podia disponer por su anima*, in quo puncto communiter dubitant DD. si tertia in nostro regno, vel quintum in regno Castellæ non sufficiat ad congruam dotem, seu ad alimenta filiæ spuriæ, an possit ei ultra dictam tertiam, vel quintum, amplius dari? Ad quod respondent DD. (relicta aliorum opinione) quod, si ejus pater filios legitimos habeat, ultra tertiam, & quintum legare, dare, & assignare non potest. At si filii legitimi non extent, aliquid plus assignare cum posse, *Peres. in L.* 22. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam. Gom. in L.* 9. *Tauri, n.* 41. *Petr. Greg. in L.* 8. *tit.* 13. *p.* 6. *Matiensis lib.* 5. *tit.* 8. *recopil. glos.* 1. *n.* 8. *Gutier. lib.* 2. *pract. q.* 109. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 52. & *ibi addent. Sanch. lib.* 4. *cons. cap.* 3. *dub.* 33. *n.* 7. *Garcia de expensis, cap.* 3. *n.* 28. *Carvalh. com. contra com. tom.* 3. *q.* 757. & 779. *Mostazo de cans. piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 25.

20 Ast etiam potest evenire casus, in quo taxatio alimentorum excedat dictam tertiam etiam in casu, quo pater habeat filios legitimos; & est quando illa alimenta taxantur secundum naturam, & non statum patris, vel

vel filii, *Valaſq. in L.* 10. *Tauri, gloſ.* 2. *n.* 10. *Delugo de juſt. diſp.* 4. *ſect.* 7. *n.* 130. *Palào moral. diſp* 9. *punct.* 7. *n.* 9. *Moſtazo, ſup. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 26.

21 Sed illa obligatio dotandi filias ſpurias tantummodo procedit quando illa filia ſpuria eſt pauper, & neque aliunde dotem habere poteſt, *Bart. in L fin. n.* 7. *cod. de his, quib. ut indign. Abbas in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. Solis in tract. de dote, art.* 3. *n.* 8. *Aſcan. clement. de patr. poteſt. effect.* 11. *n.* 5. *Roland à Valle conſ.* 54. *n.* 53. *lib.* 2. *Tuſc. prat. lit D. concl* 780. *n.* 173. *Ceval. com. contra com. q.* 565. *n.* 3. *Surd de aliment. tit.* 7. *q* 6. *Barb. in L.* 1 *p.* 4. *n.* 62. *ff. ſolut. matr.*

22 Quia ſi illa filia ſpuria aliunde habeat unde ſe dotet, jam dotem dare non tenetur pater, *ex L. uxorem, §. pater naturalis, & Bart. ff. de leg.* 3. *Ripa in L.* 1. *n.* 65 *ff. ſolut. matr. Rolognot. in d. L.* 1. *n.* 113. & ibi *Crot. n.* 75. *Bald. in L. fin. n.* 6. *cod. de dot. promiſſ. Grav. de ultim. fin. n.* 101.

23 Sic quando iſta ſpuria per aliquam artem honeſte ſibi dotem acquirere poteſt, & abſque dedecore illam artem exercere poteſt, *Bald. in L. neque mater, cod. de jur. dot. Surd. de aliment. tit.* 7. *q.* 6. *n.* 3. & 12. *Covas de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. §. 6. *n.* 9. *Tiraquel. in L. connub* 1 *n.* 106. & *de nobilit. cap.* 120. *n.* 100. *Molin de primog. lib.* 2. *cap* 15. *n.* 47. *Valaſc. de privil. paup. p.* 1. *q.* 4. §. 3. *n.* 141. & *q.* 15. *n.* 17. *Roland. à Valle, conſ.* 54. *in fin. vol.* 2.

24 Vel quando in famulatu dotem acquiſivit, vel fuit dotata ab ipſo domino, in quo caſu ejus pater ab obligatione dotis liberatur, *Tuſc. prat. lit. D. concl.* 780. *n.* 137. *Giurb. ad Senat. Maſſan. cap.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 17.

25 Sic etiam liberabitur pater ſi filia ſpuria viro diviti abſque dote, & legato alimentorum nubat, & ejus maritus ſic contentus fuit, quia poſtea alimenta petere non poteſt, cum maritus teneatur uxorem ſuam alere, reſolvit *Hector Felic. alleg.* 49. *n.* 7. ubi allegat *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 31.

26 Excuſabitur etiam pater ab obligatione dotandi filiam ſpuriam, ſi talis matrimonium clandeſtine contraxit, contra formam *Conc. Trid. in cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim. Lup. de illegit. com.* 1. §. 1. *n.* 18.

27 Sic etiam extinguitur hæc obligatio dotandi filiam ſpuriam, ſi illa mæretriciter, & turpiter vivat, quia pater non tenetur mæretricem filiam dotare, & etiam illam, quæ tantummodo in corpus ſuum peccavit, *L. ſi filia, & auth ſed ſi poſt, cod. de inofficioſ. teſtam. Campegn de dote, q.* 13. *Feder. Solis de dote art.* 2. *n.* 8. *Burſat. conſ.* 215. *n.* 7. & *n.* 10. *Surd. de aliment. tit.* 7. *q.* 4. *n.* 32.

28 Niſi illa, quæ in corpus ſuum peccavit, pœnitentiam egerit, & vitam emendaverit, *Baez. de dote, cap.* 18. *n.* 11. *Burſat. conſ.* 215. *n.* 9. *Cravet. conſ.* 721. *n.* 5.

29 Verum non extinguitur hæc obligatio, ſi filia ſpuria jam dotata, dotem amiſerit abſque dolo, culpave filiæ ſpuriæ, quia pater tenetur eam iterum dotare, *Boſſius de dote, cap.* 4. *n.* 217. *Barb. in remiſſion. ad Ord. lib.* 4. *tit.* 99. *ad princ. n.* 19.

30 Et tandem notandum, quod hæc obligatio non ſolum patri, ſed etiam ejus hæredibus extenditur, quando bona hæreditatis extant, *Bald. in L. fin. cod. de dot. promiſſ. Rebel. de obligat. juſt. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 4 *n.* 13. *Menoch. conſ.* 81. *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 36. & *tit.* 18. *n.* 24. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 2. *n.* 29. & 30. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 20. *n.* 9. *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 5. *gloſ.*

1. *n.* 118. *p.* 1. *Rott. apud Seraphin. dec.* 30. *n.* 12. *p.* 7. *Valasc. de privil. paup. p. q.* 15. *n.* 14. quia dotandi onus ad hæredes transit cum bonis, *Bossius de dote, cap.* 6. *n.* 20. *Baez. de dote, cap.* 15. *n.* 26.

CAPUT VIII.

Utrum excessus alimentorum vel dotis à filia spuria præscribi possit.

SUMMARIUM.

1 *Spuria non potest præscribere excessum in dote ullo temporis spatio.*
2 *Licet spurius putasset quod relictum juste possidebat.*
3 *Limita quando filius spurius putabat ipsum esse legitimum.*
4 *Sed requiritur tempus longissimum, non vero longum decem, vel viginti annorum.*

1 SI filia spuria fuerit dotata à patre cum aliquo excessu ultra alimentorum æstimationem, ille excessus à filia præscribi non potest ullo temporis spatio, quanvis sit quadraginta annorum, cum illa non possit obtinere titulum bonæ fidei, cum sciat esse spuriam, ob quam causam acquirere non potest, *Bart. cons.* 119. *Paleot. de noth. cap.* 51. *n.* 2. *Dueñas reg.* 366. *ampliat.* 5. quæ regula etiam procedit in illo, quod est assignatum in locum alimentorum, *Sanch. lib.* 4. *Opusc. cap.* 3. *dub.* 47. *Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib.* 4. *interp.* 1. *dub.* 11. *n.* 84.

2 Quanvis spurius putasset, quod relictum juste possidebat, & quod jure ille excessus sibi pertinebat, quia neque illo casu secundum jus civile potest præscribere relictum ullo præscriptionis tempore, ratio est, quia quando error juris saltem circa legem ab initio actui resistentem versatur, non sufficit ad inducendam præscriptionem, *Paleot. sup. cap.* 51. *n.* 3. cum multis *Barb. de præscript. in rubr. n.* 67. *cum seq. Valasc. cons.* 19. *n.* 3. *cum seq. Scalon. de testament. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 52. *Matiens. in L.* 6. *glos.* 3. *n.* 4. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. Alexand. cons.* 74. *n* 7 *lib* 3. *Dueñas reg.* 366. *ampliat.* 5. *Veremond. de public. concub. verb. ita filios ex tali concubina, n.* 16.

Verum ista resolutio moderatur, 3
quando filius spurius possidebat bona fide, sicut quando putabat quod erat legitimus, vel legitimatus, in quo casu præscribere potest per spatium triginta, vel quadraginta annorum, *Sanch. in consil. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 47. *Cifuent. in L.* 9. *Tauri, n.* 16. *P. Pinheir. de testam. disp.* 5. *n.* 91. *Valasc. consult.* 19. *n.* 7. *Cravet. cons.* 166 *n.* 13. *Tepat. var. tit.* 139. *cap.* 10. *Bart. cons.* 119. *Balb. de præscript.* 4. *p. in princ. n.* 72. *Pereg. de fideicommiss. art.* 24. *n.* 94. *Mieres. de maior. p.* 2 *q.* 2. *n.* 73.

Sed non poterit præscribere per 4
spatium longi temporis, sicut decem, vel viginti annorum, quanvis bonam fidem habeat, quia ad istam præscriptionem verus titulus requiritur, & spurius non habet titulum, nisi à lege reprobatum, & ratio, quia procedit in præscriptione longissimi tẽporis est, quia in hac non requiritur titulus, *Placa de delict. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 16. *Rox. epitom. succes. cap.* 20. *n.* 123. *Bossius de aliment. cap.* 6. *n.* 221. *Balb. de præscript.* 4. *p. part. Cravet. cons.* 166. *n.* 13. *Balth. Thom. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 662. *Valasc. cons.* 19. *n.* 7. *Alex. cons.* 73. *lib.* 3. *Pereg. de fideicommiss. art.* 24. *n.* 94. *Rustic. in L. cum*

L. cum avus, lib. 3. cap. 1. n. 209. de condit. & demonſtrat.

CAPUT IX.

Utrum filii ſpurii Regum poſſint ei ſuccedere in donatione, legato, & an eos habilitare poſſit Rex ad hoc.

SUMMARIUM.

1 *Rex poteſt filios ſpurios habiles reddere ad ſucceſſionem legatorum, vel donationum.*
2 *Intellige in non recognoſcente ſuperiorem.*
3 *Si legitimos filios habet, cum eis non poteſt inſtituere ſpurios.*
4 *Multo minus ſi de eis nullam fecit mentionem.*
5 *Sed alimenta ſpuriis Regum filiis debent eſſe maioris ſummæ.*
6 *Facultatem habent legitimandi ſpurios alienos, etiam ſuos poteſt legitimare.*

1 FIrmiſſime tenendum eſt, quod Reges filios ſuos ſpurios habilitare poſſunt ad ſuccedendum, & ut poſſint ſuccedere in donationibus, & in legatis, *Bald. conſ.* 248. *lib.* 1. & *conſ.* 457. *lib.* 5. *Surd. deciſ.* 249. *n.* 11. *Boer. dec.* 127. *n.* 17. *Simon de Præt. de ult. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 2. *n.* 11. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 5. *n.* 39. *Gratian. forenſ cap.* 138. *n.* 29. *Menoch. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 96 *n.* 38. & *conſ.* 421. *n.* 30. *Fragoſ. de regim. reip. lib.* 3. *diſp.* 6. *n.* 22. *p.* 1. *Mart. vot. Piſ.* 57. *Marc. Ant. Sabel. in ſum. diverſ. tract. lit. L. §. legitimatio, n.* 1. *in fin. ego ipſe tom.* 2. *ad Ord. in* 1. *tit.* 3. §. 3. *gloſ.* 4. *cap.* 28. *Aguila ad Rox. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 47. *Pichon. de matrim. diſp.* 8. cum injuſtum eſſet, quod ille, qui alienos ſpurios habilitare poteſt, ſuos non poſſet.

Sed hoc intelligi debet de Prin- 2
cipe non recognoſcente ſuperiorem, *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 83. & quanvis in habilitatione ad ſuccedendum Princeps non apponat clauſulam, non obſtantibus, *Boer. dec.* 127. *n.* 17. *Socin. Jun. conſ.* 60. *lib.* 4. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 83.

Sed hæc non procedunt, quan- 3
do Rex filios legitimos habet; quia in hoc caſu ſpurios cum his nequit inſtituere; ſed illis tantummodo aliquid legare, vel donare poteſt, *Menoch. conſ.* 421. *n.* 22. *Lup. de illegit. com.* 2. §. 2. *n.* 79. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 83. *Natt. conſ.* 420. *n.* 29.

Neque procedit, quando Rex de 4
illis nullam mentionem fecit, *Simon de Præt. de ult. volunt. lib.* 3. *ſol.* 2. *n.* 11. *Natta conſ.* 420. *n.* 33.

Et alimenta iis debita debent eſſe 5
maioris ſummæ, ſecundum ſtatum tantæ qualitatis, *Crav. conſ.* 958. *n.* 47.

Extenditur hæc reſolutio etiam 6
in eum, qui à Rege habet facultatem legitimandi alienos ſpurios, qui etiam ſuos ſpurios legitimare poteſt, explicat *Fragoſ. de regim. reip. lib.* 3. *diſp.* 6. *n.* 23.

CAPUT X.

Utrum pater ſpurii poſſit inſtituere ſocium univerſalem filii ſpurii, ad hoc, ut filius ſpurius dimidiam hæreditatis habeat ratione ſocietatis.

SUMMARIUM.

1 *Pater ſocium univerſalem filii ſui ſpurii inſtituere poteſt.*

2 Se-

2 *Secus ſi in fraudem legis factum ſit.*

3 *Vel quando ſocius non erat conjunctus, vel teſtatoris amicus.*

1 QUanvis aliqui DD. negativam partem ſequuntur, ego cum DD. opinionis receptioris dico, quod filius ſpurius bona patris capere poteſt, quando ejus pater inſtituit, aut donavit illi, qui ſocietatem univerſalem omnium bonorum cum filio ipſius inſtituentis contraxit; cum leges civiles prohibentes inſtitutionem filiorum ſpuriorum, vel aliquid eis relinqui, ſint pænales, quia in odium delicti paterni factæ ſunt, & ideo non debent extendi ad ſocium ſpurii, neque hic fraus præſumenda, cum in dubio non præſumatur, *L. marito, ff. pro ſocio, & hanc reſolutionem docet Bart. in L. qui duos* 15. *in fin. ff. de liberat. legat. Bald. in L.* 1. *cod. pro ſocio, Felin. in cap. multorum, n.* 2. *de judic. Tiraquel. de retract. lignag.* §. 26. *gloſ.* 1. *n.* 33. & 35. *Ruyn. conſ* 139. *n.* 9. *lib.* 5. *Paleot. de noth. cap.* 50. *n.* 5. *Corſ. ſingul. verb. ſpurius, Lup. de illegit. com.* 2 §. 1. *n.* 26 *Cepola, caut.* 38. *Covas* 2. *p ſponſal. cap.* 8. §. 5. *n.* 11. *Anchar. q.* 31. *n.* 12 *lib.* 1. *Boſſius de aliment. cap.* 6. *n.* 214. *Barb. in L.* 1. 4. *p. num.* 8. *ff. ſolut. matr. Balth. Thom. var. tract.* 2 *cap.* 23. *n.* 646. *Tepat. var. tit.* 439. *cap* 8.

2 Sed iſta reſolutio non procedit, quando apparet quod id factum fuit in fraudem legis, *Cravet. conſ.* 780. *n.* 2. *Boſſius de aliment. cap.* 6. *n.* 213. *Menoch. de præſ. lib.* 4 *præſ.* 96. *n.* 18.

3 Vel quando ſocius non erat conjunctus, vel amicus teſtatoris, explicat *Covas de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. *n.* 11. *Paleot. de noth. cap.* 45. *n.* 1. *Cephal. caut.* 38. *in* 7. *caut. Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 95.

CAPUT XI.

Utrum filius ſpurius ab hæredibus patris inſtitui poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Spurius ab hærede patris inſtitui poteſt.*

2 *Limita interveniente fraude.*

3 *Vel quando hæres ſpurium inſtituit ex mandato patris.*

4 *Vel quando fides tacita de tali inſtitutione fuit accommodata.*

1 QUanvis filius ſpurius non poſſit â parre, poteſt tamen ab hærede patris inſtitui, quia tunc ſpurius non capit ex juditio patris, in quo eſt prohibitio, *Alexand conſ* 51. *n.* 3. *lib.* 2. *Bart.* & *Alb. in L. ſi is qui poſt, ff. de vulgar. Ruſtic. in L. cum avus, cap.* 1. *n.* 225. *ff. de condit.* & *demonſt. Ruyn. conſ.* 44. *n.* 14. *lib.* 2. *Cepol. caut.* 11. *Clarus in* §. *teſtamentum., q.* 31. *Bero conſ.* 169. *n.* 23. *lib. Simon de præt. de ult. volunt. ſol.* 2. *n.* 11. *Lup. de illegit. com.* 2. §. 2. *n.* 4. *Migſin. cent.* 1. *obſervat.* 35. *n.* 3. *Durant. de art. teſtand. caut.* 14. *n.* 11. *Roland. à Valle, conſ.* 87. *lib.* 3. *Covas de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 11. *Franciſc. Marcat. dec.* 258. *p.* 1. *Mazal. conſ.* 31. *n.* 26. *Dueñas regul.* 366. *limit.* 11. *Gratian. diſcept.* 138. *n*, 29. *Imola, conſ.* 71. *Alexand. conſ.* 51. *n.* 3. *lib.* 7. *Fabius in L. qui ſe patris, n.* 54. *cod. unde liber. Barb. in L. ſi is qui* 6. *n.* 17. *ff. de vulgar.* & *n.* 43. rationem præſtat, quia poſt aditam hæreditatem jam illa hæreditas non eſt relinquentis, ſed efficitur patrimonium adeuntis, *princ. inſt. de hæred. qualit.* & *different.*

Sed

2 Sed hoc non procedit, quando intervenit fraus, quæ in dubio non præſumitur, niſi clare probetur, *Ruſtic. in L. tum avus, lib. cap. 1. n. 225. de condit. & demonſt. Cepola, caut. 38. in caut. 11. Clar. in §. teſtamentum, q. 31. Bero, conſ. 169 n. 23. lib. 2. Craſ. in §. inſtitutio, q. 7. n. 13. Minſing. cent. 1. obſervat. 35. n. 3.* quæ præſumitur, ſi illico illa hæreditas ſpurio ab hærede reſtituatur, *Plac. in epitom. delictor. cap. 41. n. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 96. n. 15.*

3 Nec etiam procedit, quando hæres patris inſtituit ſpurium ex mandato partis ſpurii, *Pereg. de jur. fiſc. lib 3. tit. 18. n. 104. Lup. de illegit. com 2. §. 2. n. 4. Natta conſ. 402. n. 52.*

Vel quando probatur tacita fides
4 accommodata, *Sucin. conſ. 84. n. 2. lib. 4. Mazol. conſ. 31. n. 26.* ad quod debent concurrere legitimæ conjecturæ, alias non ſolum inſtitutio ſpurii eſt valida, ſed etiam hæres omnia bona patris ipſius ſpurii ipſomet ſpurio in vita donere poteſt, *Barb. in L. ſi is qui 6. n. 31. ff. de vulg. & pupil.*

CAPUT XII.

Utrum quando hæredes recuſant hæreditatem, ſpurius ſuccedat.

SUMMARIUM.

1 *Hæredes legitimi, vel proximiores recuſantes patris hæreditatem, ſuccedit filius ejus ſpurius.*

1 SI hæredes proximiores, vel legitimi hæreditatem patris recuſaverint, tunc ſuccedit ſpurius, quando hoc fraudulenter non fuit factū, quia in hoc caſu non ſuccedit ille ſpurius ex juditio patris, *Cepola caut. 38. Balth Thom. tract. 2. cap. 23 n. 668.* ſed vide hos DD. ut ſcias, quomodo hoc procedat.

CAPUT XIII.

Utrum pater ſpurio relinquere poſſit ob benemerita præcedentia, & an poſſit ſuccedere in bonis relictis à patre ad cauſas pias.

SUMMARIUM.

1 *Spurius ob benemerita à patre capere poteſt.*
2 *Sic etiam ſuccedit in relicta ad pias cauſas.*

1 IN hac prima quæſtione omnes conveniunt, quod pater filio ſuo ſpurio ob benemerita præcedentia aliquid ex bonis ſuis relinquere poteſt, cum injuſtum eſſet, quod filius benemeritus aliquo præmio remuneratus non fuiſſet, deinde quia illud legatum, cum ſit remuneratorium, tanquam ſolutio judicatur, *Tiraquel. in L. ſi unquam, verb. donatione largitus, n. 22. & 87. coll. de revocand. Paleot. de noth. cap. 45. n. 72. Lup. de illegit. com. 2. §. 2. n. 37. Anchar. q. 31. n. 11. lib. 1.*

2 Ad ſecundam partem noſtræ quæſtionis dico (relicta contraria opinione) quod filius ſpurius poteſt capere ex relicto ad pias cauſas, cum ibi non ſuccedat tanquam filius, ſed tanquam pauper, *Brav. de filiis non legit. n. 31.*

CA-

CAPUT XIV.

Utrum pater possit instituere filium, quando dubitatur, an sit spurius, an naturalis.

SUMMARIUM.

1 *In dubio an filius sit ne naturalis, vel spurius, institui potest.*

1 REsolutive dico in hoc capite, quod filius spurius institui potest à patre, quando dubitatur, an sit spurius, an naturalis, quia tunc tanquam naturalis succedit in forma *Ord. lib.* 4. *tit.* 92. *per tot. docet Bald, cons.* 448. *n.* 4. *lib.* 1. *Tob. cons.* 187. *n.* 13. *Fachin. controv. lib.* 3. *cap.* 43. *Cravet. cons.* 166. *Simon de Præt. de ult. volunt. solut.* 2 *n.* 4 *Ferrat caut.* 42. *n.* 6. *Brav. cons.* 91 *n.* 1. *Reminald. Jun. cons.* 187. *n.* 107. *Cephal. cons.* 548. *n.* 60. cum in dubio præsumatur naturalis, & non spurius, ut supra diximus, *cap.* 5. *n.* 11.

CAPUT XV.

Utrum amicus spurii, vel alius possit instituere spurium in hæreditate patris, quam ei reliquit pater.

SUMMARIUM.

1 *Spurius ab amico patris institui potest ex patris bonis, non interveniente fraude.*

1 CErtum est spurium hæreditatem patris capere posse, quando amicus institutus hæres post eam aditam spurio tradidisset, non interveniente fraude, quia tunc patri non succedit, sed ex donatione sui amici hæreditatem capit, *Sard. de natural. liber. p.* 3. *tit. de succession. spur. Balth. Thm. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 691. *Franc. Marc. q.* 258. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 4.

CAPUT XVI.

Utrum si pater instituat filium spurium vulgariter, & per fideicõmissum substituat aliquem ex agnatis suis, si ille agnatus substitutus non impugnet relictum, possint ne venientes ab intestato illud impugnare.

SUMMARIUM.

1 *Venientes ab intestato non possunt impugnare relictum filio, quando ei substituitur unus ex agnatis.*

1 VEnientes ab intestato non possunt impugnare relictum spurio, quando pater instituit filium suum spurium, & ei substituit unum ex agnatis, cum venientibus ab intestato obstet exceptio: *tua non interest*: sicut docet *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 99. *Cancerius var. p.* 3. *cap.* 22. *n.* 239.

CAPUT XVII.

Utrum pater possit relinquere spurio aliena bona.

SUMMARIUM.

1 *Spurius aliena bona judicio patris capere potest, ut quando spu-*

ſpurium filio legitimo ſubſtituit; bona nanque matris in ſpurium tranſeunt, non ſic bona patris.

1 POteſt pater relinquere filio ſuo ſpurio aliena bona, & non ſua, ſicut quando ſubſtituit pupillariter filium ſpurium filio legitimo, in quo caſu ex pupillari ſubſtitutione bona materna pupilli capere poteſt, non autem paterna, quia ea bona venientibus ab inteſtato applicantur, non ſtante alio filio, vel ſubſtituto, *ex L ſi is qui 6. ff. de vulgar. Ruyn. conſ 44. n. 14. lib. 2. Dueñas reg. 366. ampliat. 12. Graſſ. §. inſtitutio, q. 7. num. 12. Caſtr. conſ. 307. n. 2. lib. 1. Cravet. conſ. 326. n. 1. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 96. & 97. Bero conſ. 163. n. 43. lib. 2.*

CAPUT XVIII.

Utrum extraneus ſpurium hæredem inſtituere poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Ab extraneo ſpurius inſtitui poteſt.*

1 NUllo jure prohibetur, quod ſpurius poſſit inſtitui à quocunque extraneo, cum ad hoc nulla inveniatur prohibitio, quia incapacitas illa tantummodo attenditur, quoad hæreditatem paternam, maternamve, & ſic intelliges text. noſtrum tantummodo in caſu, de quo loquitur, & non ultra, cum ſit pœnalis, *gloſ. in §. ult. in verb. participium, auth. quib. mod. natur. effic. ſui, Bart. in L. fin. n. 9. ff de his, quib. ut indign. & in L. 1. num. 3. ff. de jur. fiſc. Bald. in L. ſi is qui ex bonis 6. ff. de vulg. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 41. Garron. in L. 1. n. 43. cod. de ſecund. nupt. Bellon. de jur. accreſc. cap 7. q. 26. n. 3. Corneus conſ. 310. n. 2. vol. 1. Gail. lib. 2. obſervat. 88. n. 19 Mynſing. obſerv. 35. cent. 1. Franc. Marc. q. 258. Tepat. var. tit. 438 cap. 4.*

CAPUT XIX.

Utrum filius ſpurius inſtitui poſſit à patre ſub conditione, ſi monaſterium ingrediatur, & an poſſit inſtitui, ſi jam factus erat monachus.

SUMMARIUM.

1 *Spurius ad ingreſſum religionis, vel jam religioſus aliquid hæreditatis paternæ capere poteſt.*
2 *Et executor teſtamentarius poteſt nominari.*
3 *Spurio reſtitui poteſt hæreditas, quando uxor fuit rogata de ipſa reſtituenda pro illius anima, cui voluerit.*

AFfirmative reſolvunt DD. quod pater filio ſuo ſpurio poteſt hæreditatis aliquid relinquere ſub conditione, ſi monaſterium ingrediatur, quia ad pias caulas relictum cenſetur, *Bero conſ. 163. n. 31. lib. 2. Lup. de illegit. com. 2. §. 2. n. 41. Paleot. de noth. cap. 45. n. 5. & 6.* ſic etiam ſi ſpurius ingreſſus ſit religionem, *Marſil. ſing. 273 Paleot. de noth. cap. 45. n. 5. Michalor. de fratrib. p. 3. c. 2. n. 15. Roman. in ſtocul. lit. S. verb illegitimus, n. 8. Barb. in reportor. lit. L. verb. legitimatio*, quam concluſionem aliter intelligit. *P. Infelix, in*

manuſcript. ad rub. qui filii ſint legit. n. 237. ſed relicta ea, noſtram ſequitur etiam *Anchar. quæſt. lib.* 3. *cap.* 36. *n.* 13. & 14. *Merlin. in deciſ. rot.* 671. *n.* 42.

Ex quo venit, quod ſpurius à patre nominari poteſt executor teſtamentarius, *Carpius de executorib. teſtament. lib.* 1. *q.* 12. ubi reprobat contrariuin tenentes.

Sic etiam, quando uxor, quæ fuit inſtituta, & rogata à viro de reſtituendo cui voluerit pro anima, in quo caſu ſpurio reſtitui poteſt, *Bart. conſ.* 194. *vol.* 1. *n.*

CAPUT XX.

Utrum filius ſpurius poſſit habere aliqua bona ex teſtamento patris in ſolutione alicujus debiti, vel per contractum venditionis.

SUMMARIUM.

1 *Spurius poteſt habere bona ex teſtamento patris, quando pater eſt debitor ſpurio; & hic aliunde habebat bona acquiſita.*

2 *Et per contractum oneroſum non interveniente fraude.*

* *Venditio inter patrem, & ſpurium non interveniente conſenſu deſcendentium, vel regia facultate eſt nulla tanquam ficta.*

3 *Declaratio patris facta in teſtamento, vel contractu oneroſo debet adjuvari aliquo indicio, vel ſemiplena probatione; ut fraus evitetur.*

4 *Patris confeſſio per ſe ſola fraudis ſuſpicionem non excludit.*

FIlius ſpurius poteſt habere bona ex teſtamento patris, quando ex probatione, & confeſſione ipſiusmet patris facta in teſtamento conſtat, quod eſt debitor filio ſpurio, & apparuit, quod ipſe ſpurius aliunde habuit bona acquiſita, *Capic. dec.* 203. *Bart. in L.* 27. *ff. de probat. Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 9. 1

Sic etiam filius ſpurius poteſt habere bona patris per contractum oneroſum, ſicut per veram venditionem, quando pater recepit fundi pretium à filio ſpu io, non interveniente traude, quia tunc ſpurius capit illum fundum, tanquam extraneus, & jure ſuo acquirit; niſi talis venditio ſit ficta, quia talis inter patrem, & filium eſt nulla, non interveniente deſcendentium conſenſu, vel regia facultate, *Ord. lib.* 4. *tit.* 12. & noſtram reſolutionem explicat *Fragoſ. de regim. reip. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 148. *verſ. dictum eſt, Valerus in different. utriuſque for. verb. lex, different.* 12. *n.* 1. *Abbas in cap. quia plerique, de immunitat. eccleſ. num.* 18. *Cov. in cap. cum eſſes de teſtam. n.* 9. *Layman. in ſum. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 21. *n* 4. *Fernand. in examin. Theolog. moral.* 2. *p. cap.* 4. §. 3. *n.* 4. *Dian* 1. *p. tract.* 10. *reſol.* 27. *Gom. in L.* 1. *Tauri, n.* 3. 2

Sed cum iſta confeſſione, vel declaratione facta in teſtamento, vel in contractu venditionis debent ſimul concurrere aliqua indicia, vel ſemiplena probatio unius teſtis, quæ deponat de debito, vel de enumeratione pecuniæ, ut ſuſpitio fraudis purgetur, *Caſtil. lib.* 5. *controv. cap.* 111. *n.* 10. *Nogueirol. alleg.* 32. *n.* 23. *Ludov. dec.* 66. *n.* 22. 3

Cum tantum confeſſio ipſiuſmet patris non ſufficiat, quia quoties ſuſpitio fraudis adeſt, declaratio patris non attenditur, neque probat ad excludendam ſuſpitionem fraudis, *L.* 4

ab

ab Anaſtatio 23. L. per diverſas 22. cod. mandati, Avendan. de exequend. 2. p. cap. 29. n. 12. Salgad. in labyrinth. 3. p. cap. 13. n. 21. docet *Gom. in L. 9. Tauri, n. 36.*

CAPUT XXI.

Utrum filius ſpurius poſſit inſtitui à patre ſub conditione ſi à Principe legitimetur.

SUMMARIUM.

1 *Pater filium inſtituere poteſt, vel ei legatum relinquere, ſub conditione ſi à Principe legitimetur.*

2 *Filio ſic inſtituto poteſt dari bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas.*

3 *Inſtitutio facta ſpurii ſi intra certum tempus legitimetur; poſt illud ab hæreditate excluditur; ſi tali tempore capax non fuerit.*

4 *Limita, quando copiam legitimantis non habuit.*

5 *Vel ſi ab hæredibus fuit impeditus.*

6 *Vel adſit juſta timoris cauſa, ne ad curiam poſſit reccurrere.*

7 *Vel alioquin fuit agere impeditus.*

8 *Spurius ab hæreditate paterna non privatur, ſi in fine temporis aſſignati legitimationem impetret.*

9 *Vel repentinæ feriæ ſuperveniant.*

10 *An tempus prorrogari poſſit à judice.*

11 *Legitimatio conceſſa poſt tempus aſſignatum retrotrahitur ad tempus præteritum; ac proinde hæreditatem avocat à venientibus ab inteſtato, etiam poſt litem introductam.*

12 *Ad impetrandam legitimationem debet veritas exprimi circa multiplicitatem impedimentorum.*

PAter filio ſuo ſpurio poteſt legatum relinquere, vel inſtituere ſub illa conditione, cum capere potuerit, vel ſi à Principe legitimetur, & pendente illa conditione, interim ei dabitur curator, ad bona *Angel. in L. in tempus, n. 2. de hæredib. inſtituend.* & ibi *Imol. n. 3. Bald. conſ. 146. n. 6. Maulius de fideicom. tit. 5. n. 9. Bald. in L. 1. de inſtit. & ſubſtit. n. 17. Natta conſ. 246. n. 7. & 8. & conſ. 247. Sanch. lib. 4. moral. cap. 3. dub. 28. n. 2. Coſta in L. Gallus, §. & ſi quidem, ff. de liber & poſthum. 2. p. n. 172. & lib. 1. ſelectar. cap 8. n. 18. Boſſ. in tit. de bonis public. 33. Moſtazo de cauſ. piis, tom 2. lib 8. cap. 12. n. 50. Villalob. moral. tit. S. n 96. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 138. n. 30. Graſ. in §. inſtitutio, q. 7. n. 14. Decian. conſ. 86. n. 60. lib. 3. Durant. de his, qui non habent teſtam. fact. caut. 10 n. 3. Vaſques lib. 1. §. 2 n. 2. & de teſtament. cap. 5 § 7. dub. 6. in princ. Pereg. de jur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 84. Paleot. de noth. cap. 45. n. 2. Menoch. conſ. 473. Caſtil. lib. 5. contr. cap. 67 n. 60. Fabr. lib. 5 codic. definit. 5. tit. de natural. liber. Cæphal. conſ. 548. n. 56. & 57. Menoch. conſ. 511. n. 1. Jacob. de Arena in L. libertas teſtamento, ff. de manumiſſ. teſtam. Argel. de acquirend. poſſeſſ. q. 30. art. 10. n. 172. Gail. obſerv. 88. n. 17. & 18. lib. 2. Tepat. var. tit. 439. cap. 8. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 96. n. 33. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 17. n. 65. Dueñas reg. 316. limit. 1. Ceval. com. contr. com. q. 472. Scalona de teſtam. lib. 5. cap. 7. n. 32.* 1

Poteſt etiam, dum petitur legitimatio, ei dari poſſeſſio bonorum 2

secundum tabulas, sicut docet *Dueñ. reg.* 116. *limit.* 1. *Pichard. ad inst. de hæred. quæ ab intest. deferunt. §.* 7. *n.* 20. *Sanch. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 29. quia hæc bonorum possessio secundum tabulas, dum pendet conditio, nihil juris habet, sed est quid facti, & possessor dicitur nudus detentor, ita ut si conditio deficiat, hæredibus restituere teneatur, & ideo cautionem de restituendo præstare tenetur, *L. inter omnes* 12. *ff. qui satisd. cogant.* & cum filius spurius non sit incapax administrationis hæreditatis paternæ, cum illa administratio sit quid facti, de quo facto spurius incapax non est, ideo bonorum possessionem petere potest, *Donel. lib.* 7. *comment. cap.* 14. *Gratian tom.* 3. *discept. cap.* 540. *n.* 17. docet *Mostazo de caus. pits, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *n.* 55.

3 Et quando in illa conditione est terminus assignatus, in quo legitimationem spurius impetrare debeat, si eam non impetret, vel non concessa fuerit intra illud tempus assignatum, spurius ab hæreditate exclusus manet; *Palaez. de maiorat. p.* 1. *q.* 2. *n.* 3.

4 Sed hoc moderatur, quando spurius intra illud tempus assignatum copiam Regis, vel judiciis, cui commissa fuit potestas legitimandi, habere non potuit, quia tunc illi restituitur tempus sufficiens ad eam legitimationem petendam, *Felin. in cap.* 1. *n.* 11. *de præscript. Roman. cons.* 58. *n.* 4.

5 Sic etiam, si ab hæredibus fuerit impeditus, quia tunc illi non currit illud tempus assignatum à testatore, *ex glos. in L. fin. in glos. pen. cod. de tempor. in integr. rest. & est text. in L. intra, ff. de minorib.*

6 Sic etiam, si hæredes ab intestato tales sint, ut eorum timore justo ad curiam spurius accedere non possit, nec mittere, ut illa legitimatio petatur; tunc non currit illud tempus, cum adsit justa timoris caula, ex his, quæ *Abbas in cap. tum ex literis, n.* 10. *Felin. in cap.* 1. *n.* 11, *de præscript.*

Sic etiam constituenda est reg. quod si spurius fuerit impeditus agere, illi non currit tempus, *Salg. p.* 2. *de retent. cap.* 20. *n.* 31. & *p.* 1. *de protect. cap.* 7. *n.* 59. 7

Sed pone, quod spurius fuit instirutus à patre sub illa conditione, *si legitimationem impetraverit intra duos menses*, at ille in fine dicti temporis incipit eam petere, taliter, quod intra illud tempus duorum mensium eam habere non potuit; in quo casu quæro an ab hæreditate maneat excluius, cum eam legitimationem non obtineat intra illud tempus assignatum, quam jam cæpit petere; ad quod respondeo, quod quanvis spurius illam non petiisset, nisi in fine dicti temporis, neque ideo manet excluius, quia ille, qui tenetur ad aliquod factum intra certum tempus, non incurrit in pænam, nisi in totum labatur integraliter, *text. in L. in insulam infra bienium, ff. de verb. oblig.* & ibi nota *Bart.* 8

Moderatur etiam, si feriæ repentinæ superveniant, quia tunc illud tempus non finitur, ob illud justum impedimentum, ex his, quæ *Odd. de restitut. p.* 1. *q.* 20. *art.* 7. *n.* 71. 9

Quæres etiam, an illud tempus possit à judice prorogari, quando justa causa adest. 10

Et quanvis legitimatio sit concessa etiam post delatam, vel aditam hæreditatem, & aprehensam semper hæreditas debetur spurio, quia in hoc non fit præjuditium venientibus ab intestato, quibus jam hæreditas delata erat, cum illa institutio spurii esset conditionalis, & pendente illa, nullum jus in ea hæreditate venientes 11

nientes ab inteſtato habebant, & illud tempus intermedium non venit in conſiderationem, cum illa legitimatio retrotrahatur ad inſtitutionis tempus, & ſic ſpurius manet habilis ad ſuccedendum patri, quanvis hæreditas ſit jam aprehenſa, & delata, & etiam poſt litem introductam, *Gratian. forenſ. cap.* 635. *n.* 23. *lib.* 4. *Puteus deciſ.* 483. *n.* 2. *lib.* 4. *Petra de poteſt. Princip. cap.* 31. §. *illud quoque exemplum, n.* 19. *Lup. de illegit. com.* 2. §. 2. *n.* 40. & *com.* 3. §. 5. *n.* 18. *Burſat. conſ.* 76. *n.* 41 *lib.* 1. & *conſ.* 355. *n* 9. *Hieron. Gabriel. conſ.* 29. *lib.* 1. *Tuſc. prat. lit. L. concluſ.* 221. *Paſch. de virib patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 121. *Farin dec.* 74. *n.* 7. *p.* 2 *Bero conſ.* 355. *n.* 9.

12 Sed in ſupplicatione hujus gratiæ legitimationis debet veritas declarari, ſicut ſi ille ſpurius eſt de utraque parte natus ex coitu damnato, & punibili, ſicut filius conjugati, & conjugatæ; in tatum, quod ſi unum ex his difficiat, illa gratia dicitur ſubreptitia, & nulla, *Leon. de matrim. lib.* 11. *cap.* 7. *n.* 8 *Sanch. de matrim. lib.* 8 *diſput.* 24. *n.* 5. *Oldrad. conſ.* 247. *Montalegre, lib.* 2. *prax. civil. cap.* 1. §. 4. *n.* 14. *Robles de repræſent. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 69.

CAPUT XXII.

Utrum ſpurius legitimatus, vel diſpenſatus ſuccedat patri, & qualis debeat eſſe illa legitimatio, vel diſpenſatio, & an legitimetur per ſubſequens matrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Spurii legitimati, vel diſpenſati ſuccedunt patri.*
2 *Vera legitimatio quid ſit?*
3 *Legitimatio iſta vel fit per reſcriptum Principis, vel per ſubſequens matrimonium.*
4 *Legitimati vere dicuntur filii, & in patria poteſtate conſtituuntur.*
5 *Diſpenſatio quid ſit?*
6 *Per diſpenſationem efficiuntur ſpurii habiles ut eis pater poſſit relinquere quidquid velit.*
7 *Et in ſupplica debet pater mentionem facere de legitimis.*
8 *Et declarare an talis filius ſit ſpurius, vel inceſtuoſus.*
9 *SS. Pontifex poteſt legitimare ſpurium ſibi ſubditum in terris Eccleſiæ.*
10 *Eundem ſubditum poteſt legitimare etiam extra terras Eccleſiæ.*
11 *Etiam Imperator legitimationem concedit.*
12 *Et Rex non recognoſcens ſuperiorem.*
13 *Non ſolum filium ſpurium in vita patris, ſed etiam poſt ejus obitum in præjuditium venientium ab inteſtato ante additam hæreditatem.*
14 *Legitimatio eſt de mere reſervatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
15 *Poteſt Princeps facultatem legitimandi delegare cui voluerit.*
16 *An Prorex poſſit legitimationem concedere? Remiſſivè.*
17 *Rex non poteſt legitimare ſpuriũ non ſibi ſubditum quanvis præjudicati conſentiant.*
18 *Sed poteſt ſibi non ſubditum; ut poſſit ſuccedere in bonis in ſuo regno ſitis.*
19 *Etiam in aliquo caſu poteſt legitimare quoad bona extra ſuum territorium exiſtentia.*
20 *Legitimatio conceſſa ſpurio qui in eam noluit conſentire, nulla eſt.*

Et

Et sufficit quod postea consentiat, licet eo absente, & inscio sit impetrata, ibid.

21 *Legitimatio à Principe sæculari facta non extenditur ad spiritualia.*

22 *Legitimatio per rescriptum non præjudicat filiis legitimis existentibus.*

23 *Nisi expresse hoc in legitimatione fuerit declaratum.*

24 *Et tunc nihil aliud consequitur quam quod habet filius legitimus.*

25 *Hodie legitimationes potius censentur dispensationes propter clausulam* sine præjuditio venientium, &c.

26 *Dispensationes ad hoc solum tendunt ut dispensatus succedere possit ab intestato, quando desunt ascendentes, vel descendentes legitimi.*

Et non comprehendit tranversales, ibid.

Etiam potest succedere ex testamento si aliquid spurio legitimato relinquat, ibid.

Præteritus testamentum patris contabulare non potest, ibid.

27 *An legitimatus excludat substitutum? Remissivè.*

28 *Spurius non legitimatur per subsequens matrimonium.*

29 *Quod procedit etiam si talis sit ex soluta, & uxorato procreatus.*

30 *Spurius legitimatur per subsequens matrimonium, quando Pontifex dispensat in radice matrimonii.*

31 *Sed in dispensatione debet fieri mentio de spurio.*

32 *Sufficit quod matrimonium subsistat tempore conceptionis.*

33 *Non legitimatur quis per subsequens matrimonium quod illud claudestine fuit celebratum.*

34 *Filius Monachi habitus tempore probationis legitimatur si pater antequam professionem emiserit, contrahat matrimonium.*

35 *Senatus Palatinus in terminis Ord. lib. 1. tit. 3. §. 1. potest legitimare spurios adulterinos, & incestuosos.*

36 *Spuria viro nobili nubens efficitur legicima, & capax succedendi.*

QUia supra scriptum fuit de legitimatione petenda, nunc opus erit docere, quod filius spurius legitimatus, vel dispensatus ab habente legitimandi potestatem, patri suo succedit, cum jam se inveniat absque illa nota spurietatis, quæ abstergitur per remedium dispensationis, vel legitimationis, ut dicunt fere omnes DD. supra allegati *in cap.* 9. & 21. *in princ.* 1

Et ad intellectum hujus resolutionis quæres, quæ sit vera legitimatio, & quid sit dispensatio ad hoc ut spurius succedere possit: legitimatio vera est, quando, macula aboletur, & filius natalibus restituitur in totum, & quando inter ejus parentes tempore conceptionis ad contrahendum matrimonium nullum erat Divini, vel Canonici juris impedimentum, *Cov. de sponsal. p. 2. cap. 8. § 8. n. 1. Tel. Fernand. in L. 12. Tauri, n. 22. Costa in L. Gallus, §. & quid si tantum 2. p. n. 152. ff. de liber. & posth. Matiens. in L. 10. glos. 1 n. 3. tit. 8. lib. 5. recopil. Durant. dec. 95. n. 8.* 2

Fiunt hodie hæ legitimationes, aut rescripto Principis, aut per subsequens matrimonium. 3

Et isti legitimati dicuntur vere filii, quia in nihilo differunt à legitimis, *novel. 74. cap. 2.* ibi: *Nihil à legitimis filiis differentes, novel. 89. cap. 9.* ibi: *Nihil â legitimis filiis diffe-* 4

differentes, *Surd. conſ. 75. num. 1. vol. 1 Decian conſ. 88. n 2. lib 2. Tiraquel. in L. ſi unquam verb. ſuſceperit liberos, n. 85. cod. de revocand. donat. Phæb. deciſ.* 171. *num.* 14. *cum ſeq.* cum in patria poteſtate conſtituantur per legitimationem, *§. fin. inſt. de nuptiis, Bart. in L. 2. in princ. ff. de vulgar. & pupil. Pariſ conſ.* 10. *n.* 75. *lib.* 2. *Palat. Rubioſ. in L.* 12. *Tauri, n.* 13.

5 Diſpenſatio dicitur, quando tempore conceptionis inter ejus parentes matrimonium ſubſiſtere non poterat ob impedimenta juris canonici, *Honded. conſ.* 83 *n.* 19. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 337. *n.* 37. *vol.* 3. *Menoch conſ.* 842. *n.* 5. *Roland. à Valle, conſ.* 96. *n.* 5. *vol.* 3.

6 Et per illam diſpenſationem fiunt ſpurii habiles, ut pater iis relinquere poſſit ex bonis ſuis quidquid velit, *Phæb. dec.* 171. *n.* 22.

7 Et in ſupplica illius diſpenſationis debet pater facere mentionem de filiis legitimis, alias, tanquam ſubreptitia non valet, *Phæb. dec.* 171. *n.* 20. *Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 10 *de legitim. ſeu reſtitut. natal. n.* 7. *de qua re ego ipſe in comment. ad Ord. tom.* 2. *ad tit.* 3. *lib.* 1. §. 1.

8 Etiam debet pater in ea declarare, an talis ſit ſpurius, vel inceſtuoſus, alias conceſſio eſt nulla, *Cacheren. conſ.* 68. *n* 8 *Paſchal. de viril. patr. poteſt. cap.* 4 *n.* 116. *p.* 2. *Roland. à Valle, conſ.* 96. *n.* 41. *vol* 3. *cum multis additio ad Reynoſ. obſerv.* 53 *ad n.* 6

9 Si quæras quis poſſit legitimare ſpurios, dico, quod. S. Pontifex legitimare poteſt ſpurium ſibi ſubditum in terris eccleſiæ quoad omnes effectus, tam ſpirituales, quam temporales, cum in his habeat pleniſſimam poteſtatem, ut notant *DD. in cap. per venerabilem, qui filii ſint legit.* & ibi explicat *Gonſal. in d. cap. per venerabilem, n.* 19.

Quod ampliatur, quod non ſolum in terris eccleſiæ, ſed etiam in quocunque loco extra terras eccleſiæ legitimare poteſt dictum ſubditum ſpurium, cum in hoc non attendatur locus, ſed perſona, *Pereg. de fideicom. art.* 23. *n.* 2. *Gonſal. ſup. n.* 19. 10

Dico etiam, quod Imperator poteſt legitimare ſpurios, *cap. ſi igitur licentia, novel.* 73. *quib. mod. natural. efficiunt. legit. cap. illud tamen* 9. *verſ. quis ergo, novel.* 89. *quib. mod. nat. effic. ſui.* 11

Dico etiam, quod Rex non recognoſcens ſuperiorem, ſpurios, inceſtuoſos, ſacrilegos, nefarios legitimare poteſt, *Nicol. de Ubald. de ſucceſſionib. p.* 1. *n.* 81. *Torre de maiorat. cap.* 28. *n.* 22. 12

Et ſic poteſt legitimare filium ſpurium poſt patris obitum, etiam in præjuditium venientium ab inteſtato, ſi hæreditas nondum, ſit adita, *Faſ. conſ.* 137. *vol.* 4. *Paul. Caſtrenſ. in L Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p.* 2. *cap* 4. *n.* 118. *cum ſeqq.* principaliter ſi in ejus ſupplica narratum fuerit, quod ejus pater habebat hæredes ab inteſtato venientes, *Honded. conſ.* 63. *n.* 33. *vol.* 1. *p.* 4. *Altograd. conſ.* 49. *n.* 39. *lib.* 2 *Pereg. dec.* 10. *Sabel. in ſum. diverſ. tract. lit. L §. legitimatio, n.* 11. 13

Et ratio, quare tantummodo Pontifici, Imperatori, & Regibus facultas legitimandi competat, eſt, quia legitimatio eſt de mere reſervatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, *nov,* 89. *quib. mod. natur effic. ſui, § illud tamen, Montan. de feud. lib.* 2. *cap.* 1. *verſ. quandocunque, & lib.* 5. *cap.* 7 *verſ regalia, Faſ. conſ.* 16. *n.* 64. *lib* 2. *Caſtald. in tract. de Imperator. q.* 110. *n.* 14. *Alciat. in* 14

L. 1.

L. 1. ff. de verbor. obligat. n. 48. *Villalob. com. opinion lit. L. n.* 83. *Marin. de casariis, tract. de legitimat. Rosel. tract. de legit. Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 6 *&* *q.* 7. *Sixtin. de regalib. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. *Sabel. in sum. diversf. tract. lit. L. §. legitimatio, n.* 1. *versf. quinto, Mansius ad inst. tit.* 10. §. 1. *n.* 38. *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 25. *n.* 8.

15 Et sic eam facultatem potest committere cum voluerit, sicut in nostro Regno Senatoribus Palatinis concessa fuit, ut in *Ord. lib* 1. *tit.* 3. §. 1. & ibi ego ipse, *Mansius sup. n.* 36. *Sabel. sup. n.* 1. *versf. quinto*, ideo illæ legitimationes tanquam ab ipso Rege factæ judicantur, quia quæ authoritate Principis fiunt, ab ipso Principe facta videntur, *L.* 1. §. *qui mandatum, L. & si Prætor* 3. *ff. de officio ejus, cui mandat. est jurisd. Mansf. sup. n.* 36. *Abbas consf.* 163. *n.* 25. *Torre de maiorat. Italiæ, p.* 2. *resp.* 4. *n.* 54. *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 25. *n.* 7.

16 Qua ratione poterit Prorex legitimationes concedere, *Franc. de Ponte, tit. de diversf. provisionib.* §. *de legitimatione, seu restitutione natalium, n.* 1.

17 Revertendo autem ad nostram resolutionem, in qua asserimus quod Rex absolutus potest legitimare spurios, & non alius, quanvis sit Dux, Comes, vel Baro, si dominium recognoscat, *Cabed. dec.* 169. *p.* 2. *Portugal de donat. regiis lib.* 2. *cap.* 16. dico, quod Rex non potest legitimare spurium sibi non subditum, quanvis præjudicati consentiant, ratio est, quia jus legitimandi tantummodo competit ipsi Regi, cui legitimandus subest, in signum subjectionis; hæc vero, quæ ita Regi reservantur, non possunt à subditis tolli, & in alium derivari, quia Principi maximam injuriam irrogarent, *Pereg. de fideicommiss. art.* 23. *n.* 17. & 18. *Covas de sponsalib. lib* 4. *cap.* 8. §. 8. *n.* 14. *Ant. Gabriel comm. concl. lib.* 6 *concl.* 3. *n.* 7. *Villalob. moral lit. L. n.* 79.

Verum poterit legitimare spurium 18
sibi non subditum, ut talis possit succedere in bonis sitis in suo Regno, dum tamen non trahatur illa facultas ad bona extra Regnum legitimantis. *Pereg. de fideicom. art.* 23. *n.* 3. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2 *q.* 8 *in fin. Fusarius de substitut. q.* 408. *n.* 129 *Ger. Spin. consf.* 7. *n.* 6. *Sabel. lit. L.* §. *legitimatio, n.* 7.

Interdum legitimare potest quo- 19
ad bona existentia extra suum territorium, de quo casu vide *Fragos. de regim. reip. p.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. *n.* 21.

Sed quæres, an legitimatio facta 20
à Rege valeat, quando legitimandus in ea noluit consentire? Ad quod respondeo, quod illa legitimatio nullum effectum producit, quia invito beneficium non datur, *L. invito* 69. *ff. de regul. juris, L. invitus* 156. *ff. eod.* etiam quia actus legitimus, & civilis requirit ipsas principales personas, consentientes, *argument. L. nemo* 133. *ff. de reg. jur. Vesemb. in L.* 25. *n.* 1. *ff. de option. legat. Capic. decis. Neap.* 194. *n.* 4. *Cacheren. dec.* 119. *n.* 22. & 23. sed si in ea consenserit, valet, quanvis sit impetrata eo absente, *Ger. Spin. consf.* 63. & 64 *per tot. Marc. Ant. Sabel. lit. L.* §. *legitimatio, n.* 10.

Sed hæ legitimationes non ex- 21
tenduntur ad illa, quæ ad spiritualia, vel ejus annexa spectant, ex defectu jurisditionis; pro quo ad S. Pontificem est recurrendum, *Pac. Sordan. Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *n.* 65. *Mangil. de imputat. q.* 85. *n.* 9. *Pereg. de fideicom. art.* 23. *n.* 11. *Giovagn. consf.* 37. *lib.* 2.

Quæres nunc: Quomodo suc- 22
cedant spurii virtute legitimationis! Sciendum est (ut responsio detur)

quod

quod legitimatis, quæ fit reſcripto Principis, non poteſt præjudicare filiis legitimis exiſtentibus, *auth. quib. mod. natur. efficiunt. ſui, §. Si quis autem filiis legitimis, auth. præterea, cod. unde vir, & uxor, Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ.* 1. *n.* 10.

23 Niſi in conceſſione legitimationis expreſſe à Principe hoc declaratum fuerit, *Molin. de juſt. & jur. tract.* 2 *diſp.* 173. *verb. utrum autem legitimus à Principe, pag.* 990.

24 Et tunc non conſequitur in bonis patris magis, quam quilibet ex filiis legitimis, *L. communium. §. fin. in fin. cod. de naturalib. liber. auth. quib. mod. natural. effic. ſui, §. & quoniam varie, Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 50.

25 Sed hodie cum in omnibus legitimationibus fere apponi ſoleat illa clauſula, ſine præjuditio venientium ab inteſtato, magis nominandus eſt diſpenſatus, quam legitimatus, *Gam. deciſ.* 134. cum illa legitimatio tantummodo ad unum certum finem tendat, *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 37. *Curc. Senior. conſ.* 37. *n.* 6. *Paul. in L.* 1. *cod. de jur. aur. annulor. num.* 5 *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 23. *Galvan. conſ.* 40. *Pereg. de fideicom. art.* 23. *n.* 32. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 22. *& quæſt.* 9. *num.* 32. *ego ipſe in comment. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. *§.* 1. *num.* 65. *&* 66.

26 Et ſic illæ diſpenſationes tantummodo proſunt diſpenſatis, ut poſſint patri ſuccedere ab inteſtato, quando deſunt venientes ab inteſtato aſcendentes, vel deſcendentes legitimi, cum tales diſpenſationes concedi ſoleant ſine præjuditio venientium ab inteſtato, & illa clauſula non comprehendit tranſverſales. Et ſic etiam poteſt ille Spurius ſuccedere ex teſtamento, ſi pater ei voluerit aliquid relinquere, verum ſi eum præterierit, ejus teſtamentum contrabulare non poteſt. *Ribeiro Neto in comment. jur. civil. lib.* 2. *tit.* 4 *n.* 22. *cum. Cabed. deciſ.* 96. *num.* 3. *&* 4. *Phæb. part.* 1. *dec.* 97. *num.* 8. *&* 32. *Portug. de donationib. regiis, tom.* . *cap.* 16. *num.* 14. *Carval. in cap. Raynutius de teſtament. part.* 1. *num.* 531. *&* 533. *Valaſc. de partit. cap.* 12. *num.* 14. neque ab inteſtato petere legitimam, nec ex teſtamento Suplementum, nec impugnare voluntatem patris, *Gratian. diſc. cap.* 496. *num.* 37. *& cap.* 635. *num.* 4. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *c.* 26. *num.* 23. neque facit deficere conditionem, ſi ſine filiis legitimis deceſſerit, *Cyriac. controv.* 336. *num.* 16. *Paſchal. de patria poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *Urceol. conſult.* 93. *&* 42. *num.* 211. *vol.* 2. *Galvan. conſ.* 4. *num.* 37. *& conſ.* 18. *num.* 24.

27 Verum dubium eſt; an legitimatus excludat ſubſtitutum? Sunt variæ diſtinctiones, & ſententiæ circa hanc materiam, & quæſtionem difficillimam: circa hoc videre poteris, quod notant communiter *DD. in L. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Pariſ. conſ.* 1. *num.* 64. *lib.* 2. *de qua quæſtione Bald. in L. cum acuſtiſſimi, num.* 7. *cod. de fideicom. Alex. conſ.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. *& conſ.* 67. *lib.* 1. *Anchar. conſ.* 427. *Decius conſ.* 85. *Honded. conſ.* 64. *num.* 21. *lib.* 1. *& conſ.* 59. *num.* 17. *lib.* 2. *Pereg. de fideicom. art.* 23. ubi late de diſpenſationibus, & legitimationibus *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 10. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 79. *& in conſ.* 20. *& conſ.* 226. *Surd.*

decis. 1. *num.* 57. *lib.* 1. cum aliis, *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. & 12. & ego ipse *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. *n.* 88. quod intelligi debet quando substitutus non fuit citatus, & auditus.

28 Sic his breviter ponderatis, nunc sequitur scribere an spurius legitimetur per subsequens matrimonium? Ad quod respondeo, quod spurius non legitimatur per subsequens matrimonium, & ratio est, quia in eo tempore, quo conceptus fuit, matrimonium inter patrem, & matrem valide subsistere non poterat, *Pichon. de matrim. disp.* 8. *cap.* 1. *sect.* 1. *n.* 1. *Duñas reg.* 350. *Paschal. de virib. patr. potest. part.* 2. *cap* 4 *n.* 71. *Gutier. prat. lib.* 2. *quæst.* 106. *num.* 9. *Molin. de just. & j. tom.* 2. *disp.* 172. *Roland. à valle, cons* 96. *num.* 26. *vol.* 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 81 *num.* 22. *Sardus de natural. liber. in tit. de legitimat. per verum matrim. num.* 15. & 17. *Rolandin. part.* 1. *flor. rub.* 19. *n.* 9. *Nicol. de Ubald. de succes. ab intest. part.* 1. *num.* 8. *Perez. de fideicom. art.* 23. *num* 49. *Gonsal. ad text. in cap. per venerabilem, num.* 22. *qui filii sint legit. Mansius ad lib.* 3. *inst. tit.* 10. *in princ. n.* 27.

29 Quanvis talis Spurius sit natus ex muliere soluta, & uxorato, *Thesaur. quæst.* 22. *Pasch. sup. n.* 72.

30 Sed quæres, an ille Spurius maneat legitimatus per subsequens matrimonium, quando Pontifex dispensat in radice matrimonii ad effectum, ut ille spurius consequatur bene filium Ecclesiasticum, & bona temporalia? Relicta negantium opinione, affirmative respondeo, cum per illam dispensationem verum matrimonium remaneat, tanquam si à principio tale impedimentum non adfuisset, & etiam, quia ratio, ob quam proles sit legitima, provenit á lege ecclesiastica, & impedimenta dirimentia etiam ab ea lege proveniunt. At Pontifex potest in ea dispensare quo ad omnes effectus ipsius-met legis, non solum incurrendos, sed incursos, & cum possit in iis dispensare, certe filii illegitimi virtute illius dispensationis capaces manent, *Clement. unic. de immunit. eccles. Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. *Garcia de benefic. tom.* 2. *part.* 7. *cap.* 2. *num.* 41. *Petra de potest. princip. cap.* 24. *num.* 188. *Addit. ad Ludov. decis.* 19. & *decis.* 455. *Eugenius cons.* 53 *num.* 52. *Torre de maiorat. Ital. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 34.

Sed necessarium est in suplica 31
ad Pontificem de Spuris fieri mentionem, ut cum eo etiam dispensset, *Nicol. de ubald. de successione ab intest. part.* 1. *à num.* 59.

Sed quæres, an necessarium 32
sit, quod matrimonium subsistat tempore conceptionis, an tempore nativitatis? Affirmative resolvitur dicendo, quod sufficit matrimonium subsistere tempore conceptionis, cum agetur de comodo illius, qui in utero est *L. qui in utero ff. de stat. homin. Mans. ad lib* 3. *inst tit.* 10. *in princip. n.* 28. verum negativam partem cum multis defendit *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 23. *num.* 20. *nisi* Pontifex super hoc clare dispensset.

Non legitimabitur etiam per 33
subsequens matrimonium, quando matrimonium clandestine celebratum fuit, *Molin. de just. & j. tract.* 2. *disp.* 173. *Mansius supr. num.* 32.

Quæro

24 Quæro etiam, an filius monachi habitus inſtra annum profeſſionis legitimetur per ſubſequens matrimonium, quando relicta religione matrimonium contraxit? Ad quod reſpondes, quod talis filius legitimus manet per illud matrimonium, cum inter ipſos matrimonium tempore conceptionis ſubſiſtere poterat, *Michalor. de fratrib. cap.* 23. *n.* 5.

25 Quæro etiam, an Senatus Palatinus, qui habet poteſtatem legitimandi conceſſam a lege, ut in *Ord. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. poſſit extendere illam poteſtatem ad ligitimandos filios Spurios adulterinos, & inceſtuoſos, cum in illo §. 1. de his nulla mentio fiat, quando neceſſarie de iis loqui debebat, *Decian. conſ.* 40. *n.* 43. *lib.* 3. Sed reſpondeo, quod Senatus Palatinus cum iis bene poteſt diſpenſare, cum legitimationes, quanvis ſint odioſæ, attamen ipſarum conceſſio, tanquam privilegio Principis dicantur favorabiles, *Roſel. de legib. lib.* 2. *inſt. de cauſ. mat. legit. n.* 10. *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 25. *n.* 26.

26 Quæro etiam, an quando filia Spuria nupſit viro nobili, & magnæ qualitatis, fiat virtute hujus matrimonii legima, & capax ſuccedendi? Affirmative reſpondetur, quia ſicut per igreſſum religionis fit Spurius legitimus, & capax ſuccedendi, *Marſ. Singul.* 275. *Alexand conſ.* 121. *n.* 19. *lib.* 2. *Franc. de Ponte conſ.* 16. *Roder. Xuar. alleg.* 25. *Covas de ſponſal. lib.* 2. *cap.* 8. §. 7. Sic etiam per illud matrimonium cum illo viro illuſtri contracto, manet capax, cum valeat argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale, *Anchar. q.* 60. *n.* 7.

CAPUT XXIII.

Utrum filius ſpurius capiat aliquid de hæreditate paterna, quando eam fiſco denuntiavit, & utrum fiſcus habeat intrantiam in bonis ſpurio relictis, & quomodo probetur tacite fideicomiſſum relitum, an poſſit probari conjecturis, & præſumptionibus.

SUMMARIUM.

1 *Spurius denuncians fiſco hæreditatem, vel legatum paternum, dimidium hæreditatis conſequitur.*

2 *Sed ſi quilibet tertius fuerit, tertiam partem tantum habebit.*

3 *Fiſco Eccleſiaſtico bona hæredis clerici ſunt denuncianda; è contravero Fiſco ſæcolari bona ſæcularis hæredi relicta.*

4 *Caſus in quibus fiſcus habet locum in bonis ſpurii, vel ea auferat.*

5 *Fiſcus non intret quando extant heredes venientes ab inteſtato.*

6 *Spurius quo ad hæreditatem paternam pro mortuo habetur.*

7 *Diſpoſitio teſtatoris in favarem ſpurii pro non ſcripta habetur.*

8 *Fiſcus excluditur, & venientes ab inteſtato quando ſpurius inſtitutus habet cohæredem.*

9 *Venientes ab inteſtato ſi partem ſpurio relictam intra duos*

menſes non retraxerint intrat fiſcus.
Contrarium verius ibid.
10 *Attenta prima opinione limitatur in hærede ignorante.*
11 *Fiſcus non habet locum quando hæres fuit palam gravatus ſpurio reſtituere.*
12 *Sed intrat quando clam ſpurio reliquit, vel hæredem clam gravavit.*
13 *An hæres gravatus clam ſpurio reſtituere, & tacite eidem fidem accomodaverit de ipſa hæreditate reſtituenda, ad id teneatur?*
Prima opinio affirmativa proponitur. ibid.
14 *Alii fiſco applicant.*
15 *Alii hæredi uſque ad ſententiam.*
16 *Alii, e verius hæreditatem venientibus ab inteſtato tribuunt.*
Hæus rogatus, ut ſi voluerit hæreditatem filio ſpurio reſtituat poteſt eidem reſtiture, vel ſibi retinere.
17 *An ſi hæres inſtitutus fidem tacite cum juramento accommodaverit de reſtituenta hæreditate ſpurio; & iterum juraverit nemini dicturum, teneatur judici ſibi interroganti delatare? Remiſſive.*
18 *An hæres inſtitutus teneatur delatare judici interroganti quando fidem tacite accommovit, & nemini dicturum promiſit? Prima opinio affirmat.*
19 *Secunda negat, niſi ſemiplene probetur.*
20 *Quod procedit etiam ſi litere monitoriales legantur.*
21 *Hæres gravatus de reſtituenda ſpurio tacite hæreditate non tenetur fiſco denunciare antequam condenatio fiat.*
22 *Tacite fideicomiſſum ſpurio relictum probatur per ſcripturam privatam.*
23 *Etiam per teſtes deponentes de pacto, & promiſſione.*
24 *Et quando teſtamentum factum fuit coram Notario amico, è teſtibus domeſticis.*
25 *Etiam per confeſſionem hæredis, vel ſpurii.*
26 *Fideicommiſſum tacite relictum ſpurio an probetur conjecturis, præſumptionibus? Affirmative.*
27 *Contrariam tenent alii.*
28 *Prima opinio verior.*
Intelligitnr. L. 3. §. Tacita ff. de jure fiſci. ibid.
29 *Conjecturæ ex quibus probatur tacitum fideicommiſſum, & num. ſeq. uſq. ad num.* 34.
35 *Quando fideicommiſſum tacite relictum ſpurio probatur conjecturis, indiciis, & præſumptionibus, non poteſt fiſco applicari.*
36 *Hæres qui tacitam fidem accomodavit tenetur hæreditatem cum fructibus fiſco reſtituere.*
37 *Fiſcus non aufert hæreditatem ſpurio relictam per tacitum fideicommiſſum niſi probet quod hæres tacite fuit rogatus reſtituere, & hæredem tacite fidem accomodaſſe.*
38 *Tacita fides accomodata debet eſſe obligatoria, & non ſimplex pollicitatio.*
39 *Fiſcus non intrat in tacito fideicommiſſo, quando ſpurius obiit ante teſtarem.*
40 *Fiſcus non aufert totam hæreditatem, ſed quod ſpurio relictum facite fuit, cætera vero bona manent apud hæredem.*
41 *An fideicommiſſum ſpurio tacite a patre relictum in primo taſtamento cenſeatur revocatum*

tum per ſecundum? Affirmative ſi alius ſit hæres inſtitutus; non item quando in utroque eſt idem hæres.

42 *Mutatio voluntatis colligitur quando idem hæres inſtituitur in maiori, vel minori ſumma.*

43 *Spurius præmium ex denunciatiane conſequitur taciti fideicommiſſi, licet dèlictum commitat ex quo bona fiſco applicantur.*

44 *Hæres ruſticus, vel fœmina tacicum fideicommiſſum fiſco denuncians, poteſt pœnitere; & admitìtur ad docendum de errore.*

45 *Hæres gravatus tacite in reſtituendo ſpurio fideicom. non poteſt accuri ante apertas tabulas.*

46 *Fiſcus in caſu tacitæ reſtitutionis excludit ſubſtitum.*

47 *Hæres tacitam fidem accomodans de reſtituenda hæreditate ſpurio poteſt obligari ut adeat, & fiſco reſtituat; vel fiſcus auferat; & ſi noluerit poteſt adìre Procurator fiſcalis.*

1 QUando filius ſpurius denuntiat fiſco hæreditatem, vel relictum à patre tacite ſibi relictum, dimidium hæreditatis, vel relicti conſequitur, *ex reg. text. in L. Senatus §. Senatus, & L. pen. ff. de jur. fiſc.* & ibi *Næv. & Brunnem. ad text. in L. edicto* 13. *ff. de jur. fiſc. Cepol. cautel.* 6. *Gomes in L.* 9. *Tauri, n.* 31. *Paleot. de noth. cap.* 45. *n.* 4. *Franc. Lucan. tract. de fiſco* 2. *p. n.* 16. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 16. *Durant. de his, qui non habent fact. teſtam. caut.* 14. *n.* 7. & *tit. de hæredib. inſtit. caut.* 14. *Lup. de illegit. com.* 2. §. 2. *n.* 69, *Balthaſ. Thom. tract.* 2. *cap.* 23. *n.* 678. *Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſput.* 169. *concl.* 4.

Verum ſi fuerit tertius denuntiator, tertiam partem tantummodo conſequitur, *gloſ. junct. text. in L. Edicto, ff. de jur. fiſc. Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 169. *concl.* 4. *verſ. in conſcientiæ foro, Gomes in L.* 9. *Tauri, n.* 31. quem vide, quia tractat huc eleganter. 2

Sed quæres, cui fiſco denuntianda ſit illa hæreditas, vel relictum, an fico ſæculari, an Eccleſiaſtico? Dico, quod ſi hæres erat clericus; Eccleſiaſtico fiſco, ſi ſæcularis, ſæculari fiſco, cum multis *Covas de ſponſ.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 10. *verſ. ſeptimo, Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 169. *concl.* 4. *verſ. dubium, Garcia de tacito fideicom. n.* 41. *Portugal de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 36. *n.* 26. ubi extendit ad clericum in minoribus beneficiatum, & ad eum, qui ad Eccleſiam addictus eſt. 3

Et cum in hac reſolutione de jure fiſci in bonis pertinentibus ad filium ſpurium agamus; opus erit ſcribere caſus, in quibus fiſcus locum habeat in eorum bonis, vel quando hæreditatem ab ſpurio auferat. 4

Et primus caſus eſt, quod fiſcus non habet locum in bonis relictis à patre filio ſpurio; quando adſunt hæredes venientes ab inteſtato; quia tunc illis hæreditas defertur ab in teſtato, *L.* 1. *cod. de natural. lib. Bart. in L. ult. n.* 8. *ff. de his quib. ut indign. Alexand. in L. hæreditas, cod. de his, quib. ut indign. & conſ.* 74. *n.* 6. *vol.* 3. *Paul. in L.* 1. *n.* 5. *ad fin. cod. de his, quib. ut indign. Covas de ſponſ.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 6. *Roder. Soar. allegat.* 27. *n.* 24. *Clarus in §. teſtamentum q.* 32. & 5

ibi

ibi *Harpret. n.* 3. *Gama decis.* 143. *n.* 2. *Vasq. controv. lib.* 3. *cap.* 103. *n.* 8. *Dueñas reg.* 336. *ampliat.* 3. *Gomes in L. Tauri*, *n.* 21. *Roxas in epitom. succession. cap.* 2. *n.* 15. & 19. *Paleot. de noth. cap.* 43. *Petrus Greg. syntag. lib.* 42. *cap* 35. *n.* 11. *Grassus receptar. §. institutio*, *q.* 9. *Pinel. Selectar. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *Farin. in report. ult. volunt. q.* 15. *n.* 10. *Spad cons.* 29. *Scalona de testament lib.* 5. *cap* 7. §. 3. *n.* 23. & 24. *Molin de just. & j. tract.* 2. *disp.* 167. *concl.* 4. *Leo decis.* 69. *n.* 12. *lib.* 1. *Alfar. de officio fiscal. glos.* 34. *n.* 167.

6 Et ratio, quare fiscus non aufert relictum filio spurio, sed venientes ab intestato, est, quia filius spurius uti incapax pro mortuo habetur, & jam non est persona, à qua fiscus auferat, cum talis non possit acquirere ex defuntorum causa, *L.* 1. *cod. de hæredib. instituend. L.* 3. *cod. de iis, quid pro non Script. habent. Ciriac. controv.* 205. *Pereg. de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 2. & *lib.* 3. *tit.* 1. & *de fideicom. art.* 22. *n.* 1. *Portug. de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 29. *num.* 3. *Scalon. de testam. lib.* 5. *cap* 7. § 3. *n.* 24. *Mantens. in L.* 6. *glos.* 5 *n.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. Penel. Sectar. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *Alfar. de officio fiscal. glos.* 34. *n.* 167.

7 Et sic illa testatoris dispositio in ea parte pro non scripta habetur, *Bart. in L. hujusmodi* 86. §. *si Titio*, & *Mævis*, & *in L. Lucius* 126. §. 1. *in princ. ff. de legat.* 1. *Alexand. cons.* 202. *n.* 3. *vol.* 6. *Corneus cons.* 310. *n.* 7. *vol.* 1. *Socin. jun. cons.* 3. *Clarus in §. testamentum*, *q.* 31. *n.* 3. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 3. *lib.* 10. *Perg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 2. &. 10.

8 Etiam venientes ab intestato, & fiscus excluditur, quando testator filium spurium instituit, & alium cohæredem; quia in hoc casu pars, in qua erat institutus spurius cohæredi acresit, exclusis venientibus ab intestato, & fisco, *Bart. in L. hæreditas, Cod. de iis, quib. ut in dign. n.* 2. & ibi *Alex. Angel. in L. Papinianus* 8. §. *quoniam*, *n.* 2. *ff. de inofficios. testam. Menoch. cons.* 1137. *n.* 50. *Honded. cons.* 89. *n.* 4. *vol.* 1. cum multis *Belon de jur. acrescend. cap.* 7. *q.* 26. *n.* 5. *Larrea decis.* 96. *n.* 12. ubi limitat quando adest substitutus in loco spurii, *Mantens. in L.* 1. *glos.* 5. *n.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.*

9 Si vero venientes ab intestato, vel cohæredes illam partem relictam à patre non retraxerint intra duos menses, fiscus tunc locum habet, *L.* 1. *cod. de natural. lib. in fin. Bald. in L. certum*, *n.* 17. *cod. unde legit. Menoch. cons.* 60. *n.* 41. *Corneus cons.* 236. *n.* 7. *lib.* 2. *Simon de Præt. de ult. vol. lib.* 3. *Duennas reg.* 366. *ampliat.* 3. *Covas* 2 *p. desponsalib. cap* 8 §. 5. *n.* 3. *Alfar. de officio fiscal. glos.* 34. *n.* 166. Sed contraria opinio mihi æquior videtur, quod venientes ab intestato perpetuo admittendi sunt, sicut cum, *Corneo*, *cons.* 236. *n.* 6. & 8. *lib.* 2. *docæt Barb. in L.* 7. *n.* 76. *ff. de vulg. & pupil.*

10 Sed prima opinio limitatur in hærede ignorante, cui non currit illud tempus duorum mentium, *Tiraquel. de retract. lign.* §. 35. *glos.* 4. *num.* 22.

11 Etiam non habet locum fiscus quando hæres fuit gravatus palam quod restituat hæreditatem filio spurio; & si hoc non fecit, neque ideo hæreditatem ammittit, neque fisco aplicatur, Mantens. *in L.* 6. *glos.* 5. *num.* 4. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Ve-

12 Verum fiſcus habet locum in bonis relictis ſpurio á patre, quando clam ſpurio relinquit, vel hæredem gravavit clam, ut filio ſpurio reſtituat, & hæres gravatus de hoc fidem tacitam accommodet, *L. cum qui ff. de his, quib. ut indign. Ordin. noſtra Reg. lib. 2. tit. 26. §. 23. Brunnem. ad text. in L. in fraudem jur.* 10. *num.* 2. *ff. de jure fiſc. Bolog. conſ.* 24. *clarus in §. teſtamentum, quæſt.* 31. *¥. ſed quid, Balth. Thom. tract. 2. cap.* 23. *num.* 689. *Larrea deciſ.* 95. *num.* 9. *Pereg. de jur. fiſc. tit.* 19. *num.* 1. *&* 2. *Molin de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 167. *concl.* 4. *leo deciſ.* 69. *num.* 19. quia tunc datur perſona capax, quæ commiſit in dignitatem, à qua fiſcus poteſt
13 jam auferre, *Pinel. Select. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 10.

Sed quæres; ſi ille hæres gravatus clam de reſtituenda hæreditate, tacite filio ſpurio fidem accommodaverit; an teneatur ad id in foro fori? *Sanch lib.* 4. *conſ. cap.* 3. *dub.* 24. *num.* 3. aſſerit quod ille hæres gravatus ſpurio illam hæreditatem tenetur reſtituere ex vi pacti, ſeu promiſſionis, quam teſtatori promiſit, alias teſtator
14 eum non inſtituiſſet, ut refert *Ledeſm. ab eod. Sanch citato.*

Ali infra citandi dicunt, quod hæres gravatus non tenetur ſpurio reſtituere, nec eam retinere, ſed fiſco erit reſtituenda, cum nec unus, nec alter titulum juſtum habeant, ut eam poſſint retinere, quia hæredi gravato voluntas teſtatoris obſtat, ſpurio in capacitas, *Alban. lib.* 1. *conſ.* 42. *in fin. Mantica de conjectur. lib.* 10. *tit.* 40. *num.* 15. *Molin. de juſt. & j. tract.* 2. *diſp.* 169. *n.* 10. *Gomes Arias in L.* 7. *Tauri, num.* 77. *Gomes in L.* 9. *Tauri, num.* 28. *Menchac. illuſtrium lib.* 3. *cap.* 102. *num.* 23. *Dias in prax. cap.* 64. *num.* 4. *Bar-* 15 *gal. de dolo lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 22.

Alii etiam dicunt, quod ille hæres gravatus illam hæreditatem retinere poteſt, quia licet fiat indignus hæreditatis ob fidem tacite accommodatam, attamen iſta pæna non obligat, niſi poſt ſententiam reſtitutionis latam, & applicationem ad fiſcum, *gloſ. in cap. fraternitatis* 12. *quæſt.* 2. & *in cap.* 1. *de conſuetud. D. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 3. *cov. lib.* 4. 2. *part. cap.* 6. §. 8. *Leſſius de juſt. & j. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. *num.* 59. & *cap.* 19. *dub.* 6. *num.* 60. *Diana part.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 121. *Mantienſ. in lib.* 6. *tit.* 8. *gloſ.* 8. *n.* 6. *Farinac. in fragment. criminalib.* 1. *part. lit. F. num.* 108. *Amaya in L.* 1. *cod. de lat. lib.* 10. *num.* 49. *Bargal. de dolo lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 22. *cum* 16 *ſeqq.*

Alii docent, quod hæres tacite fidem accommodans debet illam hæreditatem hæredibus ab inteſtato reſtituere, & non eam retinere, quia nullum jus habet ad hoc faciendum, cum ei obſtet teſtatoris voluntas, neque ſpurio reſtituere, cum ſit incapax; neque etiam fiſco, quia fiſcus nullum jus habet ad illam hæreditatem, niſi poſtea quam ſententia fuerit lata, *Sanch. conſil. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 21. *num.* 3. *Spin. de teſtament gloſ.* 27. *num.* 34. *Caſtri de leg. pænal lib* 2. *cap.* 10. Et ſit iſta ultima opinio mihi verior videtur ex ratione tradita; principaliter quando ſcilicet hæres inſtitutus fidem tacite accommodavit ad hæreditatem reſtituendam ſpurio, cum fiſcus excludatur, cum non dum ſententiam habeat. At ſi teſtator hæredi inſtituto rogaverit, nulla obgatione objecta, ſed pro

ſua

ſua liberalitate, ut hæreditatem filio ſuo ſpurio det, tunc poterit hæres inſtitutus hæreditatem retinere, & ſi voluerit, ſpurio reſtituere; cum jam nulla inveniatur prohibitio, quia jam ſpurius non capit à patre, ſed ab extraneo, *Villalob in ſum. 2. part. tract. 30. difficult. 30. num. 13. Gomes in L. 9 Taurí, num. 18.*

17 Sed quid, ſi hæres inſtitutus fidem tacite cum juramento accommodaverit de reſtituenda hæreditate ſpurio, & iterum juraverit nemini dicturum; an teneatur delatare judici ſibi interroganti? De qua quæſtione vide *Navar. in cap. inter verba 11. q. 3. part. ult. corolar. 65. Covas de Sponſal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 10. negat Molin. de juſt. & j. tract. 2. diſp. 169. concl. 5. verſ. ex quinta hac concluſione.*

18 Sed quæres, ſi hæres inſtitutus fidem tacite accommodavit, & nemini dicturum promiſit an teneatur reſpondere, & delatare judici interroganti de tacito fideicommiſſo? In hac quæſtione duæ ſunt opiniones, una affirmat, & pro fundamento adducit, quod modus probandi fideicommiſſum tacitum eſt partium confeſſio, *Tuſcus lit. F. concl 393. num. 18.* & ſic recte judex interrogat, & hæres veritatem dicere debet, alias damnum ſequeretur fiſco, quam opinionem ſequitur *Bart. in L fin ff de his, quib ut indig. num 10. Navar. in cap. inter verba 11 quæſt 3. part. 3. corol. 65. Gomes in L. 9. Tauri, num. 24.*

19 Alia opinio affirmat, quod hæres inſtitutus non tenetur reſpondere, neque delatare, quando ſemiplene de tacito fideicommiſſo non conſtat, aut infamia non præceſſerit, quia hæc bona tacite relicta fiſco aplicantur per modum pænæ, & non per modum ſucceſſionis, in qua non adſtringitur reus reſpondere, niſi quando ſemiplene conſtet; deinde etiam ante condemnationem nullum jus fiſcis læditur, *Gregor. in L. 4 tit. 29. part. 7. verbo jurar. Villalob. in ſum. 2. part. tract. 16. difficult. 1. num. 2. Dias in prax. cap. 128. Molin. de juſt. & j. tract. 2. diſp. 169. concl. 5. verſ.* ex quinta hac concluſione; & ſic intelliges primam opinionem, quando ſemiplene conſtat.

Et ampliatur hæc noſtra prima opinio, quod procedat etiam in caſu, quo monitoriales leguntur, quia neque ex earum vi tenetur hæres delatare circa fideicommiſſum tacite relictum ſpurio, quando ſemiplene non conſtat, *Covas de Sponſal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 14. Molin. de juſt. & j. tract. 2. diſp. 169. & concl. 5.* ampliatur etiam cum juramento. 20

Ex quibus reſolvendum, quod hæres gravatus de reſtituendo ſpurio tacite, non tenetur fiſco delatare, nec tradere, antequam condenatio reſtitutionis fiat, *Mātienſ. in L. 6. gloſ. 8. num. 8. tit. 8. lib. 5. recopilat. Alfa de offitio fiſcal. gloſ. 34. num. 168.* 21

Sed etiam quæres, quomodo tacite fideicommiſſum relictum probetur? Primo probatur, quando inſtrumentum privatum invenitur, in quo hæres promittebat reſtituere hæreditatem ſpurio, *L. 3. verſ. & ſi forte, ff. de jur. fiſc. L. in tacitis ff. de leg. 1.* 22

Secundo probatur per teſtes, quando deponunt de pacto, & promiſſione inter teſtatorem, & hæredem facta de reſtituenda hæreditate ſpurio poſt ejus mortem, *L. in fraudem 19. ff. de his; quib-* 23

ut

ut indig. quánvis teſtes ſint ſingulares *Bargal. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13 *n.* 45.

24 Tertio probatur, quando teſtamentum, ſeu inſtrumentum factum fuit coram notario amico teſtatoris, & teſtibus domeſticis, *Caſtilho lib.* 6. *controv. cap.* 41. *n.* 256.

25 Quarto probatur per confeſſionem hæredis, vel ſpurii, de quibus omnibus probationibus agit *Farinac. in fragment. crimin. lit F. à n.* 84. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit. ult. rub. de relict. palam à n.* 4. *Gracia de tacit. fideicom. à n.* 8. *Gom. in L.* 9. *Tauri, n.* 24.

26 Controvertunt hic Doctores; an fideicommiſſum tacite relictum ſpurio, poſſit probari conjecturis, & præſumptionibus? Prima opinio aſſerit, quod ſufficit probare præſumptionibus, & conjecturis, & iſtam rationem aſſignant; quia fideicommiſſum tacite relictum eſt delictum occultum dolum continens, quod præſumptionibus, & conjecturis probatur, *L. dolus* 6. *cod. de dolo*, & ibi *Bart. Bald. & Salicet Veſenb. Men. de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 5 *n.* 42. & 44. probat etiam *text. in L. non omnes* 5. §. *à barbaris, ff. de re militar* quam opinionem docet *Garcia de tacit. fideicom. n.* 42. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 9. *Mantica de conject. ultimar. volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *n.* 9. *Clar.* §. *tetamentum, q.* 31. *n.* 5. *Cyriac. controv.* 114. *n.* 76. *Staban. centur.* 2. *reſolut.* 156. *n.* 84. *Portug. de donat. reg tom.* 2. *cap.* 36 *n.* 6. & 7. *Bargal. de dolo lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 27. *Phæb. p.* 1 *deciſ.* 40.

27 Secunda opinio aſſerit, quod fideicommiſſum tacite relictum ſpurio tantummodo probatur manifeſtiſſimis probationibus, ſcilicet pre claros teſtes deponentes; per partium confeſſionem per inſtrumentum; chirographum, aut pactum, ſicut docet *text in L. non inteligitur*, §. *tacita* ibi: *Aliis manifeſtiſſimis probationibus, ff. de jur. fiſc.* per quæ verba intelligitur, quod fideicommiſſum tacitum per præſumptiones, & conjecturas probari non poteſt, quando tales non ſunt manifeſtæ, & claræ, *Pereg de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 19. *Phæb. deciſ.* 40. *Garcia de tacito fideicom. in n.* 25.

28 Sed quidquid dicant DD. iſtam ſecundam opinionem tenentes; prima mihi benignior videtur, *cum text. in L non intelligitur* 3. §. *tacita, ff. de jure fiſci*, nihil faciat, vel probet contra illam; quia vel intelligenda, *cum Mantica de conjectur. lib.* 10 *tit* 4. *n.* 9. dicendo quod illa verba illius *text* ibi: *Aliis manifeſtiſſimis probationibus*, non probant iſtam ſecundam opinionem, quia illud verbum *manifeſtiſſimis* non invenitur, neque legitur in aliquibus codicibus, ſed tantummodo ſimplicer legitur, *alliis probationibus*, & ſic recepta iſta reſolutione Mantic; abſque dubio recipienda eſt noſtra opinio; verum etiam in caſu, quolit. *text. in d. L.* 3. ſuſtentetur, etiam prima opinio ſequenda, & admittenda, quia quanvis *text. in d. L.* 3. §. tacita dicat, quod tacitum fideicommiſſum debet probari ex probationibus manifeſtiſſimis; non tamen per eas excluduntur probationes, quæ fieri poſſunt per conjecturas, & veriſimiles præſumptiones; cum in illis caſibus ubi adeſt obſcuritas, & in actibus difficilis probationis, conjecturæ veriſimiles admittãtur, & præſumptiones ex exterioribus actibus provenientes, *ut eſt text. in L.*

dolum, cod. de dolo, Bart. Bal. Salicet. cynus Abb. Paul de Castr. ibidem, *Mascard de probat. vol.* 1. *concl* 609. *n.* 21. *Menoch. de præsumption lib* 5 *præs.* 3. *n* 42. 44. *& lib.* 1 *q.* 58 *à num.* 1. *Farinac. quæst. criminal.* 89. *n.* 16. & non solum legis, sed etiam hominis *Menoch lib.* 1. *q.* 58. *Farin. quæst. criminal.* 89. *n.* 20. *Brunnem. ad text. in L. dolum* 6. *Cod. de dolo n.* 2. & sic respondit etiam, *cum Salic. in dicta L* 3. *§. taecita Gomes in L.* 9. *Tauri, n* 25.

29 Et sic conjecturæ, & præsumptiones, per quas fideicommissum tacitum probari potest, sequentes sunt: prima quando hæres illico post mortem testatoris omnia hæreditatis bona filio spurio testatoris tradidit, quia ex celeritate actus præsumitur fraus, *Bald. in L. eam quam, cod. de fideicom. Gomes in L. Tauri, num.* 25.

30 Secunda præsumptio est quando testator in testamento hæredi rogat his verbis rogo, ut facias de mea hæreditate quod tutius, & hæres spurio eam restituit, *glos. cum L. cum tacitum* 3. *ff. de probationib.*

31. Tertia præsumptio est; quando testator cum hærede instituto secrete alloquitur, & post testatoris mortem hæres institutus spurio hæreditatem illico restituit, *ex L. Lucius Titius* 113. *§. in testamento. ff. de legat.* 1.

32 Quarta præsumptio est, quando testator instituit hæredem capacem, & spurius testatoris filius in possessione hæreditatis invenitur, *L. sicut* 8. *§. supervacaneum, ff. quib. mod. pign. vel hypothec solvitur.*

33 Quinta præsumptio est qnando hæres institutus à patre spurii, ipsimet spurio hæreditatem vilissimo pretio vendidit, & ratio, quam assignant DD. hæc est, quia nemo præsumitur rem suam jactare, vel donare, *ut est text. in L. cum in debito* 25. *ff. de probat. L. fin. cod. de novat. L. Campanus, ff. de oper. libertor. sess. decis.* 182. *n.* 6. *Flamin. de resign. lib.* 8. *q.* 1. *n.* 5. *Mascard de probat. concl* 555. *n.* 1. cum donare sit perdere, *L. filius familias, ff. de donat. Surd. de aliment. tit.* 6. *q.* 1. *n.* 14.

Et istas præsumptiones docet 34
Gom. in L. 9. *Tauri, n.* 25. *Mantic. de conject. lib* 10. *tit* 4. *n.* 9.

Ex quibus oritur quæstio, an 35
quando fideicommissum tacitum relictum probatur per conjecturas, præsumptiones, & inditia; possit hæreditas hæredi accomodanti tacitam fidem auferri, & fisco applicari? In qua quæstione respondendum est negative ex rationibus, de quibus, *Mostaso de cauf. piis, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *n.* 48.

Quæres etiam, an hæres, qui 36
fidem tacite accommodavit, teneatur restituere hæreditatem fisco cum omnibus fructibus? Ad quod respondendum, quod ille hæres tenetur hærediſatem cum fructibus fisco restituere, cum judicetur malæ fidei possessor, *L. cum, qui tacitum* 18. *in princ. ff. de his, quib. ut indig.* ibi: *Cum qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit, & eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi, quod bonæ fidei possessor fuisse non videtur: L. cum quidam* 17. *§. Divus Pius, ff. de usur.* ibi *in facito fideicommisso omne emolumentum hæredi auferendum, & fisco præstandum Divus Pius rescripsit* ergo, & usurarum emolumentum

aufertur hæredi, & ibi nota *Bart. Nævis.* ibid. *num.* 1. *Gom. in L.* 9. *Tauri*, *n.* 26. *Colleg. Argent. ad tit. de bis, quib. ut indign. num.* 5. *Delugo de juſt. diſp.* 24. *ſect.* 6. *n.* 95. *Bargal. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 34. & *n.* 42.

37 Et fiſcus non capit illam hæreditatem ſpurio relictam per tacitum fideicommiſſum; niſi probet; quod hæres tacite rogatus fuit reſtituere, & quod hæres tacitam fidem accommodaſſet, *Portug. de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 36. *n.* 6. *Phæb. deciſ.* 40. *n.* 2. *Amaya in L.* 1. *cod. delatorib. n.* 36.

38 Et illa tacita fides accommodata debet eſſe obligatoria, & non ſimplex pollicitatio, *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 14. *Phæb. deciſ.* 4. *n.* 8. *Portug. Sup. n.* 15. *Bargal. de dolo lib.* 3. *cap.* 13. neque neceſſe eſt, quod reſtitutio interveniat, ſed ſufficit quod fides obligatoria adſit, ut fiſco locus ſit, *Amaya ſup. n.* 39.

39 Quæres eſtiam, an fiſcus poſſit capere hæreditatem ſpurio reſtituendam ab hærede tacitam fidem accommodante, quando ille ſpurius obiit ante teſtatorem? Negative reſpondit *Fuſar. de ſubſtit. q.* 574. *n.* 9. *Portug. de donat. tom.* 2. *cap.* 36. *n.* 17.

40 Sed adverte, quod fiſcus non aufert ab hærede, niſi tantummodo illud, quod ſpurio relictum eſt, & cætera bona apud hæredem manent, cum injuſtum eſſet, quod maior fuiſſet pæna, quam delictum, *Thom. Vaz alleg.* 33. *n.* 9. *Portug. de donat. tom.* 2. *cap.* 36. *n.* 16. *Barg. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 33. *Paleot. de noth. cap.* 43. *n.* 45.

41 Quæres etiam, an quando teſtator fecit primum teſtamentum, quo tacitum fideicommiſſum hæredi reliquerat, & poſtea novum teſtamentum condit; an fideicommiſſum tacitum revoc tum cum primo teſtamento cenſeatur, ad hoc ut hæres accuſatus de interpoſita fide liberetur? In quo dubio dicendum eſt, quod quanvis ſecundum teſtamentum teſtator condat, nec ideo fideicommiſſum tacite relictum revocatum cenſetur, *eſt text. in L. Statius Florus* 48. *ff. de jur. fiſc. concordat. L.* 7. *ff. de probat.* Sed hoc intelligendum eſt ſic, faciendo diferentiam, quando teſtator inſtituit in ſecundo teſtamento illum hæredem qui in primo teſtatamento inſtitutus erat, quia tunc illum fideicommiſſum tacitum revocatum non ceſetur, ſed in illo ſecundo teſtamento repetitum judicatur, dum hæres contrarium non probet cum illi incumbat onus probandi quando agitur de mutatione voluntatis, *L. cum tacitum* 3. *ff. de probat.* & ibi: *DD. Colleg. Argent. ad tit. ff. de probat*, *n.* 6. quam reſolutionem docet, *Bart.* & *Bald. ad tex. in d. L.* 3. *ff. de probat cephal. conſ.* 330. *p.* 3. *Hottoman. l.* 1. *obſervat. cap.* 27. *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *conject.* 1. *Brunem. ad text. in d. L* 3. *ff. de probat. n* 4. vel quando teſtator inſtituit aliùm hæredem incecundo teſtamento, quia tunc cenſetur mutatum, & revocatum tacitum fideicommiſſum, & ratio hujus eſt, quia perſonæ mutatio arguit mutationem voluntatis, & ſic intelligit *Bargal. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 47.

42 Sic etiam intelligitur mutatio voluntatis, quando teſtator inſtituit hæredem in maiori, vel minori ſumma, *Brunnem. ad text. in L. cum tacitum* 3. *ff. de probat. n.* 4. *Bargal. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 47. *Anton. Fab. de conject.*

lib. 17. *cap.* 3. *pag.* 601. *col.* 1.

43 Quæres etiam an ſpurius, cui relictum erat tacitum fideicommiſſum, præmium conſequi debeat, quando hæres accommodaverat tacitam fidem de reſtituendo ſpurio, & poſtea alio delicto ab eo patrato ejus bona fuerunt publicata quia ille ſpurius detulit fiſco? Affirmat *text. in L. Arianus* 42. *ff. de jur. fiſc. docet Barg. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 49. *Nævi. in d. L. Arianus* 42.

44 Quæres etiam, an hæres, qui detacito fideicommiſſo fiſco denuntiavit, poſt illam denuntiationem poſſit pænitere docendo de errore? Ad quod reſpondeo, quod ille hæres admittendus eſt ad docendum de errore, quando erravit propter ruſticitatem, vel propter ſexum fæmineum, *L. ex quibuſdam*, §. *fin. in fin. ff. de jur. fiſc. Bargal. de dolo, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. cum ſit regula, quod deferens jus ſuum cum errore, ſibi non nocet, *L. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir. & uxor, Caſtrenſ.* ibidem.

45 Quæres etiam, an hæres, qui tacitam fidem accommodavit, poſſit accuſari fiſco ante apertas tabulas teſtamenti? Reſpondeo, quod antequam teſtamentum aperiatur, hæres fiſco accuſari non poteſt, *L. Edicto* §. *cum ante, ff. de jur. fiſc. Barg. de dolo, lib.* 13. *cap.* 2. *num.* 43.

45 Quæres etiam, an fiſcus excludat ſubſtitutum? Ad quod dico, quod ſubſtitutus manet excluſus, cum fiſcus non auferat, niſi poſt aditam hæreditatem, & certe ſubſtitutio expiret, cum hæreditas jam ſit adita, *ex L. ſi quis filius* 7. *de acquirend. hæred. Alfar. de offic. fiſcal. gloſ.* 34. *num.* 170.

Sed quid, ſi hæres, qui fidem 47
tacitam accommodavit, repudiaverit, & noluerit adire, an fiſcus poſſit eum obligare, ut adeat ut ab eo poſſit auferre hæreditatem, tanquam ab indigno? Ad quod reſpondeo, quod fiſcus poteſt cogere hæredem, ut adeat hæreditatem, ad hoc, ut ab eo auferat, *Corneus conſ.* 222. *num.* 4. *vol.* 4. & ſi noluerit, poteſt procurator fiſcalis adire, *Paul. de Caſtr. quem refert, Alfar. de offic. fiſcal. gloſ.* 34. *ſpecial.* 3. *num.* 192.

CAPUT XXIV.

Utrum pater poſſit donationem facere ſpurio.

SUMMARIUM.

1 *Donatio a patre facta ſpurio non valet.*
2 *Donctio facta ſpurio non accreſcit alteri donatario capaci conjunctim donatis.*
3 *Nec legitimato competit querella inoficioſæ dotis.*
4 *Donatio in locum alimentorum facta ſpurio valet.*

DOnatio facta filio ſpurio à 1
patre non valet, cum ſit in fraudem legis, quæ prohibet quod ſpurius aliqua via ſubintret in bonis patris, & ideo ab ejus hæredibus, & aſcendentibus revocari poteſt illa donatio, *Mantienſ. in L.* 6. *gloſ.* 6. *num.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.*

Neque donatum ſpurio acreſ- 2
cit alteri donatario capaci, quando pater duobus conjunctim donavit,

navit, ſcilicet ſpurio, & capaci, *Gom. in L. 9 Tauri, n. 34. Mantienſ. ſupr. gloſ. 6. num. 2.*

3 Neque etiam quando eſt legitimatus illi competit querella in officioſæ dotis, *Bald. in L. 1. ℣. item quero, ced. de jure fiſci, Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 26. num. 21.*

4 Verum quando illa donatio fuit facta in locum alimentorum, valet, & poſt ſpurii mortem ejus proprietas ad patrem, vel ad ejus hæredes tranſit, ut ſupra diximus *in cap. 3. num. 5. cum multis Hermoſ. in L. 1. tit. 4. gloſ. 6. part. 5. num. 3. & num. 37.*

CAPUT XXV.

Utrum avus poſſit inſtituere nepotem ſpurium, & an poſſit in maioratu avi, vel aſcendentium ſuccedere.

SUMMARIUM.

1 *Avus poteſt inſtituere nepotem ſpurium.*
2 *Nepos legitimus capere poſt licet pater ſit ſpurius.*
3 *Etiam ſi ſit ſpurius nepos, & ejus pater ab avo inſtitui poteſt.*
4 *Licet nepos ſit filius Sacerdotis.*
5 *Vel Monialis.*
6 *Quod procedit multo fortius quando nepos eſt naturalis.*
7 *Avus poteſt inſtituere ventum filiæ ſpuriæ, vel uxorem filii ſpurii, & num. 8.*
9 *Legatum poteſt relinquere Avus nepoti ſpurio.*
10 *Limitatur quando nepos eſt natus ex filio inceſtuoſo, & nefario.*
11 *Vel quando naſcitur ex coitu inceſtuoſo, & nefario.*
12 *Spurius ſolum capit ex teſtamento avi, non vero ab inteſtato.*
13 *Quamvis ſit natus ex legitimo matrimonio.*
14 *Nepos ſpurius non poteſt ab avo inſtitui quando habet filios, vel nepotes legitimos.*
15 *Limita in tertia juxta ord. lib. 4. tit. 82 § 4.*
16 *Avus non poteſt inſtituere nepotem ſpurium contemplatione patris.*
17 *Quando non preſumatur relictum contemplationis patris?*
18 *Donare nepoti ſpurio non poteſt avus, quando nepos eſt inceſtuoſus.*
19 *Avus tenetur ſpurio nepoti alimenta præſtare.*
20 *Quod etiam procedit in proavo.*
21 *Tenetur etiam neptem ſpuriam dotare.*
22 *Etiam ſi vult eſſe monialis.*
23 *Obligatio alimentandi filios, filias ve tranſit ad hæredes avi*
24 *Nepos legitimus ex filio illegitimo mortuo jam patre non ſuccedit in maioratu avi. Contrarium. num. 38.*
Appellatione parentum comprehenditur avus.
25 *Una perſona excluſa, excluduntur ejus deſcendentes.*
26 *Extrema vitioſa non conjunguntur.*
27 *Succeſſio non fit per ſaltus.*
28 *Vigo quæ a radice deducitur, & quodlibet ramum derivatur.*
29 *Nepotes ſpurii non ſunt de domo, & familia.*
30 *Dicuntur perſonæ turpes, & odioſæ.*
31 *Non admituntur etiamſi lex, vel ſtatutum eos admitat.*

32 Nec

32 *Nec ad jus retractus ad quod consanguines vocantur.*
33 *Vocantur viles de genere, & ignobiles.*
34 *Per jus Divinum a successione removentur.*
35 *Non veniunt appellatione filiorum.*
36 *Non spurius admiti ad dignitatem.*
37 *DD. hanc opinionem tenentes ultra relatos.*
38 *Sicut spurius non est incapax succedendi avo, ita nec in ejus maioratu, & num.* 39.
40 *Videtur admitendos nepotes spurios expræsumpta voluntate avi vel ascendentium & & num.* 41. 42. 43. & 44.
45 *Lex solum prohibet spuriis successionem patris, non vero avi.*
46 *Quod procedit potius in avo materno.*
47 *Multo fortius quando maioratus fuit ab spurio institutus.*
48 *Sic etiam quando institutus vocavit filios ejus, qui solum spurios habere poterat.*
49 *Quando omnes de familia deficiunt nepos spurius admititur, quanvis institutor illum non vocet, neque de illo mentio fiat.*
50 *Non admititur spurius quando adest naturalis in æquali gradu.*
51 *Nisi institutor eum expresse vocet.*

1 APud omnes fere D. D. in confesso est, quod avus potest instituere nepotem spurium, & iste ex illius testamento capere potest, quia incapacitas spurii provenit á patris delicto, in cujus crimine nepos non fuit pars, *Sanch. lib.* 4. *opuscul. cap.* 3. *dub.* 45. *num.* 3. *Soares in L.* 9. *tit.* 11. *lib.* 1. *for. num.* 5. *Surd. de alimentis, tit.* 10. *quæst.* 12. *num.* 10. & *cons.* 84. *num.* 14. *Pinel. in L.* 2. *cod. de bon. matern. num.* 22. *Cev. com. contr. com. quæst.* 796. *num.* 9. *Pinheir. de testam. disp.* 5. *num.* 51. *Bossius de aliment cap.* 7. *num.* 285. *Jas. cons.* 26. *num.* 12. *vol.* 2.

Et sic potest avus instituere 2
nepotem legitimum ex filio spurio natum, & is nepos legitimus ex testamento avi capere potest, quod illo relictum fuerit, *Bald. in* L. *Gallus* 29. §. *quid si is, num.* 1. *ff. de lib. & posthum*; & *ibi Alexand. num.* 8 & *Imol. num.* 43. *Bald. cons.* 146. *num.* 7. *lib.* 1. *Ripa in L.* 1. *num.* 20. *ff. solut. matrim. Afflict. decis.* 18. *num.* 35. & 36. *Simon. de Præt. de ultim. volunt. n.* 10. *lib.* 3. *pag.* 11. *Durant. tit.* 1. *caut.* 14. *num.* 12. *Mars. singul.* 143. *Boer. decis.* 127. *num.* 1. *Robert. lib.* 2. *rer. judic. cap.* 9. *Azeved in* L. 6. *tit.* 8. *lib.* 6. *recopilat, Roxas in epitom. succession. cap.* 20. *num.* 21. *Bart. in* L. *Gallus*, §. *quid si is, ff. de liber. & posthum, Corneus cons.* 25. *n.* 10. *lib* 1. *Castrens. cons.* 467. *num.* 8. *lib.* 2. & *cons.* 306 *Padil. in L. cum acutissimi, num.* 13. *cod. de fideicomiss. crav. cons.* 184. *num* 1. *Socinus cons.* 124. *lib*, 3. *Signorol. de homodeis cons* 225. *Ant. de Butr. cons* 29. *num.* 30. *Julius clar. in* §. *testamentum, quæst.* 32. *Pereg. cons.* 25. *lib.* 4. *Pinel. in L.* 3. *cod. de bon. matern. n.* 20. *Gomes num.* 7. 8. & 17. *Gonsal. adreg.* 8. *Chanc glos.* 5. *num.* 109. *Argel. de acquirend. possession. quæst.* 3. *art.* 11. *num.* 29. & 38. *Molin. de just. & j. tract.* 2. *disp.* 167. *Pichard. in* §. 7. *num.* 27. & 28 *inst. de hæredit. quæ ab intest. de ferunt. Castil. tom.* 5. *controv cap.* 53. *num* 2. *Lata de vit. homin. cap.* 5. *Mantiens. in* L. 6.

glos.

gloſ. 8. *tit.* 8. *n.* 1. *lib.* 5. *recopil.* *Moſtaſo de cauſ. piis tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *n.* 62. *Valdaur. obſerv.* 18. *n.* 5. *Menoch de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 96. *n.* 21. & *conſ.* 511. *n.* 2. *Betrand conſ.* 96 *lib.* 3. *Alexand. Raudenſ. tract. de Anol cap* 37. *n.* 116 *Portius concloſ. utriuſq. jur. lib.* 1. *concl.* 26. *joan. Pap. lib.* 11. *tit.* 1. *areſt. fin. Tepat. variar. tit.* 439. *cap.* 7. *Placa in epitom. delector. cap.* 41 *n.* 2. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 10. *n.* 1. *Solorſan. de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 19. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 71. *Gabriel. lib.* 4. *tit. de hæred. inſtituend. concl.* 3. *Ricius p.* 5. *collect.* 1939. *Geurb. de ſucceſſion. feud.* §. 2. *gloſ.* 11. *n.* 45. *Soares in L.* 1. *lib.* 3 *tit. n.* 18. *Torre de maiorat. p.* 1. *cap.* 38. *n* 104. *Aquila ad Roxas de in compat. maiorat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 141. *Villalob. lit. F. n* 25. *Gama deciſ.* 102. & *deciſ.* 136. *num.* 4. *Cabed. de ciſ.* 135. *p.* 1. & *deciſ.* 100. *Petr. Barb. in L.* 1. *p.* 4. *n.* 76 *ff. ſolut. matrim. altere Barb. ad noſtrum text. n.* 12. *Cald. de nominat. q.* 19. *n.* 38. & 49. & *forenſ. q.* 39. *n.* 16. *Ægid. de privileg. honeſt. art.* 13. *n.* 24.

3 Sic etiam poterit inſtituere avus nepotem ſive legitimum, ſive ſpurium ex filio ſpurio genitum, & iſte poteſt ſuccedere ex teſtamento avi, & inter vivos capere, *Caſtrenſ. in L.* 1. & *in L.* 29. §. *quid ſi is, ff. de poſthum.* & ibi, *Alexand. Gallus ber.* & *Imola n.* 43. *Federic. de Sen* n. 8. & *conſ.* 5 7 *n.* 2. *Pinel. in L.* 3. *n.* 22. *cod. de bon. matern. cravet. conſ.* 184. G raſ. *in* §. *inſtitutio, q.* 8. *n.* 4. A lenoch. *conſ.* 231. *n.* 86. *Vigel. co nſ.* 66. *n.* 164. *Mantienſ. in L.* 6. *tit.* 8. *gloſ.* 8. *num.* 21. *lib.* 5. *ordinc im. Boſſius de aliment. cap.* 7. *n.* 287. *Clarus in* §. *teſtamentum q.* 32. *n.* 1. *Solorſ de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 25. *Torre de maiorat. p.* 1. *cap.* 28 *n.* 105. *Demarinis reſol.* 89. *n.* 7. & 8 *lib.* 1. *Capicius latr. deciſ.* 14. *n.* 29. *Pinel. in L.* 3. *num.* 21. & 22. *cod. de bon. matern. Gama deciſ.* 11. *n.* 6. *Cald. forenſ. conſ.* 39. *n.* 16. *Barb. ad noſtrum. text. n.* 12 *Ægid. de privil. honeſt. art.* 13. *n* 24 *Eminentiſ. Cardinal. de luca de teſtament. diſcurſ.* 52. *n.* 5.

Quamvis talis nepos ſit filius Sacerdotis, *Ceval. com. contr. com. q.* 800. *Covas de Sponſ.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 14. *Soar. opin. lit. S. num.* 35. *Mantienſ. in L.* 6. *gloſ* 8. *n.* 24. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil.* 4

Vel ſit filius monialis *Paleot. de noth. cap.* 53. *Decian. conſ* 9. *n.* 39. *lib.* 4. *Graſ.* §. *inſtitutio, q.* 8. *n.* 6. *Cevall. com. contr. com. q.* 800. 5

Et abſque dubio quando ille nepos eſt naturalis, *Vicent. de Franch. deciſ.* 27. *Tepat. variar. tit.* 439. *cap.* 7. 6

Sic etiam poteſt avus inſtituere *ventrem* filiæ ſpuriæ, vel uxorem filii ſpurii, *Aymon. conſ.* 200. *n.* 4. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 45. 7

Et ſic poterit inſtituere nepotem naſciturum ex filia ſpuria, *Luta de vita hominis, cap.* 5. *num.* 22. contrarium docet, *Surd. conſ.* 177. *lib.* 2. *n.* 19. & *n.* 43. *Menoch. conſ.* 511. *n.* 12. *Leon. deciſ.* 69. *n.* 8. *lib.* 1. cum judicertur talis inſtitutio contemplatione matris facta, quæ non valet, ut conſtat ex infra dicendis, *ex n.* 16. 8

Et ſpurios avus legatum relinquere poteſt, quanvis ille nepos ſit filius clerici, *Bald. in* L. *ſiquis inceſt. n.* 2. *cod. de inceſtis nupt. Cov. deſponſal.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 9

14. *Roland. à Valle conſ.* 12. *n.* 42. *lib.* 4. *Lopes de contract. cap.* 46. *lib.* 2. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 47. *Dueñas reg.* 366. *limit.* 2. *corſ. verb. fornicatio*

10 Quæ omnia intelligenda ſunt, quando ille nepos non eſt natus ex filio inceſtuoſo, & nefario, quia ſi fuerit ita natus, inſtitui nequit ab avo, *Bald. in* L. *ſi quis inceſti n.* 2. *cod. de inceſt. nupt. Bald. in cap. in præſentia, col.* 8. *d. probat. corſet in ſingul. in verb. hæres, Hipp. ſingul.* 143. *Philip. Portius, concl. utriuſq. jur. lib.* 1. *concl.* 26. *Cotta in verb nepos, Graſus in §. inſtitutio, q.* 8. *n.* 5. *Gabriel de aliment. n.* 10. *Per. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 54. *Mant. in* L. 6 *gloſ.* 8. *num.* 23. *tit.* 8. *lib* 3. *Fachin. lib.* 5. *contr. cap.* 98. *Paul. Caſtr. conſ.* 467. *n.* 8. *Corneus conſ* 25. *l.* 1. *Marſ. ſingul.* 143. *Covas de ſponſ. p.* 2. *cap.* 8. §. 5. *n.* 13. *Menoch. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 96. *n.* 27. *Aquila ad Roxas p.* 1. *cap.* 6. *n.* 138.

11 Vel quando ipſe nepos eſt natus ex coitu nefario, & inceſtuoſo, *Fachin. lib.* 5. *controv. cap.* 98. *Villalob. lit. N. n.* 8. *Graſ. in §. inſtitutio, q.* 17. *Dueñas reg.* 366. *limit.* 2.

12 Sic etiam intelligenda ſunt, quando avus fecit teſtamentum, non vero quando decedit ab inteſtato, quia tunc ſpurius ab inteſtato ſuccedere nequit, *Cravet. conſ.* 184. *n.* 2. *Gail. obſerv.* 115. *n.* 1. *lib.* 2. *Sard. de natural. liber. tit. de ſucceſſion. ſpur. p.* 3. *Paleot. de noth. cap.* 53. *n.* 10. *Dec. conſ.* 85. *n. fin. Ægid. de privil. honeſt. art.* 13. *n.* 23. *Bermond. de public. concub. verb. qui etiam filios, n.* 65. *Gama deciſ.* 11. *n.* 5.

13 Quanvis ille nepos ſpurius ſit natus ex legitimo matrimonio, cum originem ſuam ex radice infecta ducat, avo ſuccedere nequit ab inteſtato, *Gail obſerv.* 115. *lib.* 2. *Decius conſ.* 75. *& conſ.* 462. *& conſ.* 471. *cravet. conſ.* 148. *Tepat. var. tit.* 439. *cap* 8.

Neque etiam avus ſpurium in- 14
ſtituere poteſt, quando filios legitimos habet, vel ſobolis legitima extat, *gloſ. in* L. *fin cod. de natural. liber in gloſ fin. Bart. conſ.* 118. *vol.* 1. *Jacob de Bel. in diſputatione, quam poſuit in* L. 1. *cod de natural. liber. Imola & Paul. de Caſt. in* L. *gallus, in §. quid ſi is, ff. de liber. & poſthum. Paul de Caſtr. conſ. pen. vol.* 2. *Alexand. conſ.* 74. *vol.* 3. *& conſ.* 158. *vol.* 7. *Decius conſ.* 462. *Amon. conſ.* 200. *corſet. in ſingular. lit. H. verb. hæres* 4. *Cravet. conſ.* 184. *Tepat tit.* 439. *cap.* 8. *Menoch. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 96. *n.* 26.

Verum Stante ſobole legitima 15
ſpurium nepotem inſtituere poteſt in ſua tertia, vel ei eam legare, in forma *Ord. lib.* 4. *tit.* 82. §. 4. *ex his, quæ Surd, conſ.* 177. *n.* 26. *cravet. conſ.* 326. *n.* 1. *Gozad. conſ.* 21. *n.* 22. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 5. *n.* 158. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 44. *Franc. Marc. deciſ.* 312. *p.* 1. *Gail, obſervat.* 115. *n.* 5.

Sed avus non poteſt inſtitue- 16
re nepotem contemplatione patris, ut ei aliquid acquiratur, quia ſi inſtitutus fuerit comodo, talis inſtitutio non valet, *Philip. Port. concl. utriuſq. jur. concl.* 26. *lib.* 1. *Alba conſ.* 42. *Clarus in §. teſtamentum, q.* 32. *Men. de præſ. præſ.* 96. *n.* 19. *lib.* 4. *Bovas de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. *n.* 13. *Mantienſ. in L.* 6. *tit.* 8. *gloſ.* 8. *n.* 22. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 5. *n.* 158. *Menoch. conſ.* 51. *n.* 9. *lib.* 6. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 48. *Leon. deciſ.* 69. *num.* 6. *lib.* 1. *Trentacinq.*

cinq. lib. 1. *var. reſol.* 2. *de noth.& ſpuriis num.* 21.

17 Et ſic præſumitur non inſtituiſſe nepotem contemplatione patris, quando avus prohibet in teſtamento, ne filius ſpurius habeat relicti uſum fructum, vel aliquid ei acquiratur, vel quando ejus pater jam erat mortuus: & quandò dubitatur pro nepote eſt judicandum, *Menoch. de præſumpt. præſ.* 96. *à num.* 22. *Philip. Portius, concl. utriuſq. jur. concl.* 26.

18 Et quando nepos eſt inceſtuoſus, avus ei donare non poteſt, nec talis donatio valet, *Caſtil. in L.* 9. *Tauri, verb. teſtamento, Mantienſ. in L.* 6 *gloſ.* 8. *num.* 23. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil. Paleot. de not. cap.* 53. *num.* 9. *Placa de delict. cap.* 14. *num.* 20. *Gail. lib.* 2. *obſervat.* 11. *Cov.* 2. *part. Sponſ cap.* 8. §. 5. *num.* 15.

19 Et non ſolum poteſt cum nepotem inſtituere, ſed eum tenetur alimentare in ſubſidium, quia eadem militat æquitatis ratio, quæ militat in patre, probatur *ex cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adulter. in fin. Nicol. de Ubald. de ſucceſſ. ab inteſt. in part.* 1. *num.* 47. *Didac. in epitom.* 2. *part. cap.* 8. §. 6. *num.* 16. *Socin. conſ.* 161. *n.* 9. *Molin. de juſt. & j. tom.* 2. *diſp.* 168. *Cordob. de Lata in L. ſi quis à liberis*; §. *idem reſcripſit, num.* 42. *de liber. agnoſc Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 10. *Gam. deciſ.* 11. *num.* 7. *Lucid. de illegit. cleric. cap.* 17. *num.* 9.

20 Quod etiam procedit in proavo, qui tenetur alimenta ſpurio pro nepotialiis de ficientibus, præſtare, *Socin. conſ.* 161. *num.* 1. *lib.* 2. quanvis talis nepos, pronepos ve ſit natus ex filio, vel nepote ſpurio, *Barb. in L.* 1. 4. *part. num.* 71. *ff. ſolut. matr. Aug. Barb. in collect. ad cap. cum haberet, de eo, qui duxit, Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 1. & 2. *Rol. à Valle, conſ.* 54. *num.* 62. *Gama deciſ.* 11. *num.* 7. *Cordob. à Lata in L. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſit, num.* 39. *de liber. agnoſcend. Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 64. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 17. *num.* 10.

21 Et non ſolum tenetur avus paternus alimenta nepoti præſtare, ſed etiam neptem ſpuriam dotare in ſubſidium, quia qui tenetur alimentare, tenetur etiam dotare, *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 2. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 17. *Boſſius de aliment cap.* 7. *num.* 288. & *in tract. de dote cap.* 5. *num.* 9. *Ripa in L.* 1. *num.* 74. & 81. *ff. ſolut. matrim. Coſta de remed. ſubſid. remed.* 64. *num.* 1. & *remed.* 65. *num.* 3. *Menoch. conſ* 331. *num.* 18. *Mareſcot. variar. lib.* 2. *cap.* 83. *num* 39. *Seraphin. in deciſ. rotæ* 58. *num* 6.

22 Etiam in caſu, quo talis vult eſſe monialis, *Bald. in L. fin. cod. de dot. promiſſ. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 79. *de conſtitution. Sanch. de matrim. lib.* 4. *diſp.* 26 *num.* 7. *Merlin. in deciſ. rotta* 671. *num* 11. *part.* 2.

23 Quæ obligatio alimentandi filios, filias ve etiam ad avi paterni hæredes tranſit, quia hæc obligatio cum bonis tranſmittitur, *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 118. *Lup. de illegit. com.* 1. §. 2. *num.* 29. *Lucidor. de illegit. cleric. cap.* 20. *Boſſius de dote, cap.* 6. *num.* 20.

24 Sed tota quæſtio inter D. D. eſt an nepos legitimatus ex filio illegitimo ſuccedat, mortuo jam patre, in maioratu avi? Partem

negativam defendunt plurimi, his rationibus, quia ſicut filii ſpurii ſunt incapaces ſuccedendi patri, ut ſupra probavimus, & firmat text. noſter, ita etiam ſunt incapaces avo ſuccedendi, ejus filii, primo quia appellatione parentum comprehenditur avus. *L. ex quinque, §. parentem, ff. de in jus vocand. L. appellatione* 51. *ff. de verb. ſignif. L.* 1. *L.* 3 *& L.* 4. *§.* 2. *L. fin. § parentes, ff. de gradib. affinent. Parlador. lib.* 3. *different.* 91. *num.* 40. *Arnold. Corv. ad text in dicta L. appellatione* 51. *ff. de verb. ſignif.*

25 Secundo, quia excluſa una perſona, vel ſuccedere prohibita, etiam excluduntur omnes deſcendentes illius, unde excluſo patre ſpurio, etiam filius excludi debet, *L. ſi viva matre, cod. de bon. matern. L. illam, cod. de collationib. ubi Bald. Dec. conſ.* 85. *num.* 9. *Pariſ. conſ.* 29. *num.* 47. *cravet. conſ.* 183. *num.* 2. *Mieres de maiorat. part.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 82. *Caſtil. lib.* 5. *controv. cap.* 103. *num.* 14. ubi congerit multa ad probandum, quod nepos legitimus ex patre ſpurio non poteſt ſuccedere in maioratu, in quo non admittitur pater ſpurius propter vitium ſpurietatis, & ratio eſt, quia filius non debet eſſe melioris conditionis, quam ejus pater, *Cephal. conſ.* 46. *num.* 7 *lib.* 1. *Mieres. ſup. num.* 83. cum relatis per eum.

26 Rurſus quia cum extremum, à quo quis deſcendit, ſit inhabile, impedit conjunctionem alterius extremi, ſcilicet filii, qui ſuccedere intendit; extrema enim vitioſa non conjunguntur, *L. bonorum, ff. rem ratam haberi*: unde cum pater ſit ſpurius, & hac ratione in capax ad ſuccedendum filius ex eo deſcendens rejicitur á ſucceſſione avi *Mieres de maioratu ſup num.* 9. quia deſtructo medio, propter quod pervenitur ad extremum, vel finem, finis, vel diſpoſitio in extremo tollitur, *ex Imola in L. qui habebat, ff. de vulgar. qui allegat. Bald. & Roland. & Burſat. conſ.* 97 *num.* 8. *lib.* 1.

Ulterius, quia ſucceſſio non 27
fit per ſaltus, & ideo nullus admittitur ad ſuccedendum, niſi præcedens gradus ſit ſucceſſibilis, ita tradit *Boetius, conſ.* 138. *num.* 8. *lib* 2. deſtructo enim ordine, deſtruitur ordinabile, *L tria præaia, ff. de ſervit. ruſtit.* & quia tranſmiſſio fieri non poteſt, cum perſona media, per quam fieri debet, eſt inhabilis ad tranſmiſſionem, *ut ex Paul. de Caſtr. Cravet, & aliis refert Caſtil. ſup. cap.* 103. *num.* 15.

Tertio probatur principaliter 28
hæc ſententia ex his, quæ tradit *Mieres. de maior.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 84. quia forma, & origo, quæ à radice deducitur, in quod libet derivatur, *L. in ratione* 1. *§.* ſi à filio ibi: *formam, & originem, ff. ad leg. Falcid.* L. *quidquid in princ. ae donat.* L. *tutor. ff. de fideijuſſorib.* & corruptum in radice, corruptum eſt in conſequentia *Bald. in L. qui rem, cod. locato.* & quia excluſa radice, excluditur quidquid ab ea provenit, ſecundum eundem *Bald. in L. maximum vitium, cod. de lib. præter. Menoch. conſ.* 172. *lib.* 2. *num.* 3. & 4. *Pereg. de fideicom. art.* 27. *num.* 6. & omne quod deducitur per medium ſapit naturam medii, ſi illud medium, ſit naturale, & non ſimpliciter inſtrumentale, quia per medium ſpecificatur, & naturatur, notat idem *Bald. conſ.* 389.

389. *in princ. lib.* 2. [& ideo principium, & origo vitioſa derivatur in deſcendentes ab ſpurio in quocunque gradu exiſtentes, & proponit exemplum dictus *Mieref. ſup. num.* 88. veluti ſi quis ſeminet ſemen malum, quia omne illud, quod ex ſemine naſcitur malum eſt, & eodem vitio infectum, unde idem *Caſt. dict. lib. controv. cap.* 67. *num.* 31. & in confirmatione iſtius doctrinæ refert *Bald. in L. fin. cod. de verb. ſignif. num.* 4. qui aſſerit, quod filii baſtardi non ſunt de domo, nec continentur appellatione domus; qui tamen ſunt filii primitivi, id eſt primus amor, & quod ſic multo minus continentur nepotes eorum, etiam ſi ſint legitimi, quia nulla conſequentia poteſt eſſe legitima ex illegitimo naſcendi principio, & radice corrupta, & quod ſicut primus amor eſt contra bonos mores, ſecundus derivatus ad nepotes ſine peccato originali eſſe non poteſt, & qui primitiva inficit, derivata vituperat, & *Bald. ſequitur Dec. conſ.* 335. *num.* 1. *Mier. ſup. quæſt.* 2. *num.* 121.

29 Ulterius adducitur pro fundamento hujus opinionis, quod nepotes ſpurii non poſſunt in maioratu ſuccedere, quia hi non dicuntur de domo, & de familia neque jus civile eos cognoſcit, neque nomine conſanguineorum nominantur, *Bart. in L. tutelas, ff. de capit. diminut. Nogueir. alleg.* 9. *num.* 21.

30 Ideo dicuntur perſonæ turpes & odioſæ, quare ad ſucceſſionem feudi, & ad honores, & dignitates non admittuntur, *Caſt. lib.* 2. *controv. cap.* 19. *num.* 50. *Solorſan. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2.

Etiam quanvis ſtatutum, vel 31
aliqua lex determinaſſet, quod tales ad ſucceſſionem admitterentur, non valeret, *Paleſt. de nothis, cap.* 54. *D. Solorſan. ſup. cap.* 17. *num.* 2.

Etiam cum hi ſint extranei fa- 32
miliæ, neque ad jus retractus admittuntur, ad quod conſanguinei admittuntur, *Tiraquel. de retract. §.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 6. *Spin. de teſtamentis, gloſ.* 16. *num.* 30. & 31. *Gutier. lib.* 2. *prat. quæſt.* 151. & *lib.* 5. *quæſt.* 81.

Etiam quia hi vocantur viles, 33
degeneres, & ignobiles, & non vocantur filii, *cap. pen.* 56. *diſtinct. concordat lex Caſtellæ in L.* 2. *tit.* 6, *part.* 7. *auth. ex complexu, cod. de inceſt. nupt. auth. quib. mod. natural. efficiunt. leg.*

Etiam quia à ſucceſſione re- 34
moventur, & non admittuntur per jus Divinum *Geneſ. cap.* 21. *ibi* non hæres filius ancilla cum filio liberæ *Caſt. contr. lib.* 5. *cap.* 82. *num.* 40.

Fundantur etiam D. D. iſtam 35
opinionem tenentes primo, cum hi non veniant appellatione filiorum, ideo ad maioratus ſucceſſionem non admittuntur, quia non videntur eſſe de genere, ſeu agnatione, aut familia inſtituentis, *Greg. Lopes in L.* 1. *tit.* 15. *p.* 4. *verb. ſpurios, Molin. de prim. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. & *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. *Solorſ. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. & 7. ubi ait quod in illis maioratus fundari non poteſt.

Secundo, cum ſucceſſio ma- 36
ioratus habeat annexam dignitatem, ad quam ſpurius admitti non poteſt, æquum non eſt eos admittendos, *Molin. lib.* 3. *cap.* 3. *num. fin. Guſman. de veritat. jur. verit.* 5. *num.* 42. *Larrea deciſ.*

32. *n.* 3. cum neque arma ſuorum portare poſſint, neque ejus nomina, *Mieres de maiorat. q.* 2 *p.* 2. *n.* 24. & 94. *Garc. de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 15. *n.* 36. *Caſtil. lib.* 5. *controv. cap.* 67. *n.* 31.

37 Cum his, & aliis fundamentis defendit hanc opinionem *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 41 *Ciriac. controv.* 206 *n.* 78 *Carenare. ſol.* 212. *n.* 6. *Barr. de ſucceſſ. lib.* 17 *tit.* 17. *n.* 14. *Fuſar. de ſubſtitut. q* 314. *n.* 4. *Aldobrand. conſ.* 3. *Garc. de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 15. *n.* 40. *Roxas de incomp. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 110. *Palaez* 2. *p. q.* 2. *n.* 31. *Maced. deciſ.* 106.

38 Contrariam opinionem defendunt alii DD. ſequentibus rationibus, quia nepos, quanvis ſit ſpurius, non eſt incapax ſuccedendi avo, & aſcendentibus, cum hi eos inſtituere poſſint, & illa incapacitas tantumodo habet reſpectum ad hæreditatem paternam, & non aſcendentium, ut probat, *text. in auth. quib. mod. natural. effic. §. filium, verſ. ſi vero, L. fin. cod. de natural. liber.* ubi *Gothofred. liter. D Mart. de Succeſſ. legal. p.* 1 *q.* 20. *art.* 7. *n.* 1. & *p.* 3. *q.* 7. *art.* 1. *n.* 7. *Covas de ſponſal p.* 2. *cap* 8. §. 5. *n. fin. Pichard. ad inſt. de Succeſſion. ab inteſt.* §. 7. *n.* 27. *Carvalh. in cap. Raidaldus, p.* 1. *num.* 512. & 513. *Portugal de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 88. *Caſtil. tom.* 5. *controv. cap.* 103. *n.* 2. & tantummodo illa prohibitio locum haberet, quando facta fuiſſet contemplatione filii, *Valdaur. obſervat.* 18. *à n.* 5. *Solorſan. de jur. Ind. tom.* 2. *cap.* 17. *n.* 26.

39 Et cum non inveniatur repugantia in jure, ut nepos poſſit ſuccedere in bonis avi ratione ſpuritatis; quia ratio, in qua ſe fundat, *Molin.* ſupra citatus, & alii DD. ad reſolvendum, quod ſpurius non eſt capax ſuccedendi in Maioratu fundato à patre, eſt propter incapacitatem, quam habet ad ſuccedendum in bonis patris, ut declarat idem, *Molin. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 27. & *n.* 33. & ibi *Add.* ſed quando fundatio maioratus eſt facta ad avo, vel alio aſcendente, ceſſat illa incapacitas ſpurii, ut ſic reſolvit, *Caſtil. lib.* 5. *controv. cap.* 82. *n. fin.*

40 Etiam admittendus eſt talis nepos ad ſucceſſionem maioratus ex præſumpta avi, vel aſcendentium voluntate, juxta, *text. in L. tale pactum, §. fin. juncta gloſ. ad fin. ff. de pact. Caſtil. lib.* 4. *controv. cap.* 12. *per tot.* quia quanvis in inſtitutione defficiat vocatio expreſſa, ſupleri debet, ſicut intelligitur propter perpetuitatem, juxta tradita per *Caſtil. tom.* 6. *cap.* 143. *n.* 16. quia ſi avus conſideraſſet, quod omnes deſcentes legitimi deficerent, & quod bona ſua vinculata manerent vacantia, ut corona de iis diſponere, poſſet vel quod illa bona ad extraneos tranſirent, præſiſtente nepote, quanvis ſpurio, dubium non eſt, quod cum vocaſſet expreſſe, *argument. text. in L. Herenius* 122 *ff. de verb. ſignif.* ibi *poteſt enim fieri, ut ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde plenius omnibus liberis proſpexiſſe voluerit, quod magis rationabile eſſe videtur, Larrea deciſ.* 32. *n.* 56. & quanvis ille nepos ſit illegitimus, neque ideo deſinet eſſe de ſanguine, & degenere familiæ ut fundat Joannes, *Gutier. lib.* 2. *prat. q.* 155. *n.* 2.

41 Et credibile non eſt, quod fundator, ſive avus, ſi conſultus fuiſſet, voluiſſet, quod illa bona

bona ad alios tranſirent, relicta ſua deſcendentia, *Larrea deciſ.* 33. *n.* 50. maxime quando natura non cognovit illam ſubtilem differentiam legitimorum, & illegitimorum, ut inquit *Nattaconſ.* 231. *n.* 4. *Theſaur. quæſt. forenſ. q.* 22. *n.* 10. quia amor naturalis eſt ipſius-met gradus, tam reſpectu legitimorum, quam illegitimorum, ut docet *Bald. in cap. quæ in eccleſiam, n.* 43. *de conſtitut. Paleot. de noth. cap.* 34. *n.* 1. *Tiraquel. in L. ſi unquam, cod. de revocand. donat. verb. donatione largitus, n.* 288. *Larrea deciſ.* 32. *n.* 7. *Riciul de jur. perſon. lib.* 5. *cap.* 30. *n.* 3. *teſtis eſt Imperator Juſtinianus in auth. quib. mod natur. effic. legit.* §. ſi quis ſane ibi: *Neque enim à principio quando ſola natura ſanciebat homines, antequam ſcriptæ pervenirent leges, fuit differentia naturalis, atque legitimi, L. hos accuſare,* §. *item nec lex, ff. de accuſationib. Camil. Borrel. de præſtand. reg. Cathol. cap.* 65. *n.* 28. *Robles de repræſent. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 3. *connan. lib.* 2. *coment cap.* 16. *n.* 3. per illa verba ibi: *Lex naturæ nullis ſe anguſtiis includi paſſa eſt, eodemque jure filios omnes, quomodo cunque nati eſſent, habuit: tam pater eſt ejus inſtitutor, qui ex concubina, meritrice ancilla conſobrina, quam qui juſta ex uxore liberos ſuſcepit.*

42 Et non ſolum illa affectio eſt æqualis erga filios legitimos, & illegitimos, ſed multoties ſuperat apud filios illegitimos, ut cum multis probat, *Farinac. de teſtib. q.* 54. *n.* 159. & ſublimatur hæc veritas, *ex illo ſacræ pag. Geneſ. cap.* 21. quando ſara uxor Patriarchæ Abraham dicit ipſi Abraham, quod expelliſſet de domo ſua Iſmaelem filium ſuum, & ancillæ, cum eſſet adulterinus, per illa verba: *Ejice ancillam hanc, & filium ejus, non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſac*, ait ibi ſacer textus, quod illud durum fuit illi: *Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo*, intantum, quod neceſſe fuit revelatio Divina ad hoc obediendum, ut conſtat ex ipſo-met *text.* ibi: *Cui dixit Deus: non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi ſara, audi vocem ejus*, & ſic ait *Abuleſ. in dict. cap.* 21. *verſ. dure accepit* ibi: *Quia Iſmael filius erat Abrahæ, & naturali pietate inclinabatur ad eum, nec volebat expellere, niſi mandatum Dei interveniſſet, Carn. Cayet in dicto cap.* 21. *verſ* 11. ibi, iniquum, atque crudele videbatur ejicere filium proprium, ac primogenitum, nulla exigente culpa filii.

Et non ſolum præſumitur iſta 43
pietas, & affectio in parentibus erga filios, ſed etiam in avo erga nepotes, L. *liberum*, §. *ultimo, ff. de verb ſignifi.* ibi: *Neque enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quam filios appellare, Caſanat. conſ.* 67. *n.* 30. *Surd conſ.* 325. *n.* 14. *vol.* 3. *Robles de præſent. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 11. & 12. *Lar. deciſ.* 33. *à n.* 102. cum ſeqq.

Et cum ſint capaces nepotes 44
ſpurii ſuccedendi ſuo avo, & aliis aſcendentibs, qui eos inſtituere poſſunt, & vocare ad ſucceſſionem maioratus, *ut per* L. *fin. cod. de naturalib. lib. liber. docet Caſtil. tom.* 5. *cap.* 103. *n.* 2. *Azeved. in L.* 11. *tit* 6 *lib.* 5. *recopil. n* 47. quia incapacitas filiorum non extenditur ad nepotes, *Palma Senior conſ.* 24. *n.* 8. *Cephal. conſ.* 188. *n.* 18. *vol.* 3. *clar. in* §. *emphiteuſis, q.* 30. *ſpad. conſ.* 302. *n.* 6. *lib.* 3.

Guſ-

Guſman. de verit. jur. verit. 5. *n.* 72. *Munſ. conſult.* 297. & noſtro regno docet, *Cald. conl.* 9. *n.* 80. *Mart. de ſucceſſion. legal p.* 2. *q.* 4. *art.* 5. *n.* 22. *Solorſan. de jur. Ind. lib.* 2. *cap* 17. *n.* 26. *Eminent. card. de Luca de teſtament. diſcurſ.* 52. *n.* 3.

45 Quæ opinio mihi totaliter non diſplicet, cum lex noſtra, & jus commune, ad quod ſerefert, tantummodo prohibitionem ſuccedendi ponat filiis, non vero nepotibus, & cum de his mentionem non facit, nos eam extendere non debemus ad nepotes, cum pænalis ſit, ut docet *Bart. in L. Gail lib.* 2. *obſervat.* 115. *n.* 5. *Urceol. conſul. forenſ.* 57. *n.* 23. & *quare vide ſup.*

46 Et multo melius procedit noſtra opinio, ſi ille avus fuerit maternus, quia ei ſpurius ſuccedere poteſt per illa verba noſtri *text.* ibi: *E aſſim poderaõ ſucceder quaiſquer outros parentes por parte de ſua mãy conjuntos*, cum illigimitatis macula non attendatur, quando agitur de ſucceſſione conjunctorum ex linea, vel latere materno, *Luca de linea legal art.* 2. *n.* 28.

47 Sic etiam quando maioratus fundatus fuit ab ſpurio, *Caſtil. controv. cap.* 82. *n.* 35. *Roxas de incompatibil. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 123.

48 Sic etiam admittitur nepos, quando inſtitutor maioratus, vocavit filios ejus, qui niſi ſpurios habere non poterat, *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 13. *Roxas de incompatib. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 122.

49 Vel quando omnes de familia defficiunt, in quo caſu nepos ſpurius admittitur in ſubſidium, quanvis de eo in inſtitutione mentio non fiat, neque vocatus fuit, ne locus ſit fiſco, *Mieris de maior. p.* 2. *q.* 2. *à n.* 134. *Menaprat. lib.* 1. *q.* 16. §. 2. *n.* 8. *verſ. ſeptima concluſio, cum aliis Macedo deciſ.* 106. *n.* 11. & ejus adminiſtratio ad coronam tranſeat, ut diſponit, *Ord. lib.* 26. §. 17. *Thom. Vaz alleg.* 37. *n.* 1. *Barb. vol.* 30. *n.* 47. *Cabed. deciſ.* 51. & 52. *p.* 2. *Portug. de donat. tom.* 2. *cap.* 19. *n.* 58.

50 Verum non admittendus eſt ſpurius ad ſucceſſionem maioraius, quando adeſt naturalis in æquali linea cum ſpurio, quia naturalis eſt admittendus excluſo ſpurio, cum incapacitas naturalis non ſit tam odioſa, quam ſpurii, *Roxas de incompat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 128.

51 Sed tota iſta machina diſſolvitur ſi inſtitutor illos expreſſe vocet, *Valenſ. conſ.* 97. *n.* 65. & *conſ* 185. *n.* 43. *Franc. Ramos de L. Macano in addit. ad Molin. lib.* 1. *cap.* 4. *ad n.* 45.

CAPUT XXVI.

Utrum filius ſpurius gaudeat nobilitate patris, & ad honores, & dignitates admitti poſit, & an ſit de agnatione, & de familia patris.

SUMMARIUM.

1 *Spurius non ſuccedit in nobilitate patris vulgo foro de fidalgo.*

Cum tales in jure vocentur viles, degeneres, & ignobiles ibidem.

2 *Quia*

2 *Quia non ſunt de agnatione patris.*
3 *Nec de parentela patris.*
4 *Nec de ſanguine ex parte patris.*
5 *Nec veniunt appellatione conjunctorum.*
6 *Ideo nomen inſignia, & arma familiæ geſtare non poſſunt.*
7 *Nec ad magiſtratus admittendi ſunt.*
8 *Nec liberantur à ſolutione collectarum quas ſolvunt mechanici.*
9 *Verum hæc reſolutio inteligenda non eſt quando tales ſpurii non ſunt filii magnati.*
Vel quando conſuetudo aliter obſervatur, ſicut in noſtro regno utitur, & fere in omni Europa, ibidem.
10 *Et cum hæc conſuetudo generaliter obſervetur apud omnes fernationes inconcuſſa, pro illa judicandum eſt.*
11 *Conſuetudo circa nobilitatem enixe debet obſervari.*
12 *ſicut filiis naturalibus* ex Ord. lib. 5. tit. 92. §. 4. & 5. *permiſſum eſt portare arma, & inſignia familiæ, ita etiam ſpuriis.*
Luſitano idiomate baſtardi ſunt indiſtincte filii extra matrimonium, hac de cauſa Ord. *ſupra per verbum* baſtardos *intelligitur de ſpuriis, illegitimi naturales ſæterique*, ibidem.
Verba inteligi debent ſecundum communem uſum loquendi, & conſuetudinem regionis, ibid.
17 *Si ſpurius fuerit legitimatus per ſubſequens matrimonium vel per reſcriptum principis admitti poteſt ad omnes dignitates.*
18 *Nobilitatem matris, ſpurius habere non poteſt, cum per illud delictum ejus mater, nobilitatem perdat.*

CUm in *cap. ſup.* proxime tractemus de ſucceſſione maioratus, in quo honor, & dignitas conſiſtit, ut ego ipſe retero multoties *in com. ad Ord.* circa filios ſpurios; nunc inquirendum eſt, an hi nobilitate parentum gaudeant; in quo puncto dicendum eſt, quod ſpurius non ſuccedit in nobilitate patris, vulgo, *em fidalguia de Solar, ou foro de fidalgo*, ut concludit *Carvalh. in cap. Raynaldus de teſtament. part.* 1. *num.* 248. *cum ſeq. Garcia de nobilitate, gloſ.* 1. §. 1. *num.* 61. *ſcobar de puritat. ſang. part.* 1. *quæſt.* 4. §. 6. *num.* 5. cum tales in jure vocentur viles, degeneres, & ignobiles, *cap. ſi gens Anglorum, diſtinct.* 5. *text. in cap. conjunctiones* 35. *quæſt.* 2. *cap. cum multæ* 15. *quæſt.* 8. quia neque adulterinæ plantæ radices altas, neque ſtabilem ſedem prodeunt, ſicut docet *Illuſtriſ. à Cunh. ad text. in cap. ſi gens Anglorum* 10. *diſtinct.* 56. *num.* 4. *Paleot. de noth. cap.* 55. *num.* 1. 1

Cum non ſint de agnatione patris nec de domo, *Bald. in cap. per tuas, verſ. quæro de maior. & obedient. Alexand. in L. ex facto, ff. ad Trebel. Hipolit. ſingul.* 273. *Cotta in memoralib. verb. Baſtardi, Menoch. conſ.* 117. *num.* 51. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 47. *Bart. in L. pronuntiatio, §. familiæ, num.* 2. *ff. de verb. ſignificat*; *Felin. in cap. præſentia de probationib. num.* 23. *Caſaneus in Catalog. glor. mund.* 1. *part. conſid.* 24. & 75. & 11. *part. conſid.* 15. *Rochus de jur. patronat. verb. competens, quæſt.* 2. *num.* 10. *Caſtil. in* 2

L. 27. Tauri num. 24. Gom. in L. 7. Tauri, num. 4. Menoch. de præsumpt. præs. 8. num. 5. lib. 4 Azeved. conf. 24. num. 14 cervantes in 10. *Tauri, num* 34. *Tusc. prat lit. S. concl.* 414. *Mantic. de conjectur. lib.* 8 *tit.* 12. *à num* 20. *Pereg. de fideicom. art.* 22. *num.* 82. *Mieres. de maioratu, part.* 2. *quæst.* 2. *n.* 24. & 98. *Castil. controv. lib.* 5 *controv.* 67. *num.* 31.

3 Nec de parentela patris, Butrius in *cap. per venerabilem, qui filii sint legit. Casaneus in Catalog. glor. mund. consid.* 15. *Rochus de jur. patronat. verb. competens, quæst.* 2. *num.* 10.

4 Nec de sanguine ex parte patris, *L. si spurius, ff. und cognat. Tiraq. de nobil. cap.* 15. *num.* 10.

5 Nec veniunt appellatione conjunctorum, *Casaneus in Catalog. glor. mund consid.* 11. *Garcia de benef. part.* 7. *cas.* 15. *num.* 36. 37. & 38.

6 Ideo nomen, infignia, & arma familiæ gestare non possunt, *Mieres. de maiorat. part.* 2. *quæst.* 2. *ex num.* 24. & 98. & *num.* 111. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 47. *Menoch. cons.* 117. *num* 57. *Baldassar. de Angel. ad Gizarel. dec.* 10. *num* 9.

7 Neque ad magistratus admittendi sunt, *Mastril. de Magistr. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 37. *Francesc. de eccles. cathedral cap.* 28. *num.* 81. cum non sint capaces bonorum, & dignitatum, *Veral. part.* 1. *decis* 8. *num.* 1.

8 Nec liberantur à solutione collectarum, quas solvunt mechanici, *Balmaced. de collect. quæst.* 39. *num.* 2.

9 Verum hæc resolutio intelligenda non est, quando tales spurii non sunt filii magnati, vel quando consuetudo aliter observatur, sicut in nostro regno utitur, & fere in omni Europa (quidquid asserat. *Carvalh in c. Raynaldus, part.* 1. *num.* 251. *de testament. & Reynos. observ.* 53. *n.* 25.) cum pro hac resolutione sit opinio *Bart. in L. ult cod. de verb. signif. & in tract. de insign. & arm. num.* 11. *Benus de Castil. de nobilit. part* 4 *num.* 4. *circa fin. Ricc. collect.* 1062. *Benedict. in cap. Raynuntius in verb. declara, num.* 31. *de testament Tiraquel de nobilit. cap.* 15. *num* 25. *Ant. sola in decret. Subad. decret. de insign & arm. gl. unic. num.* 5. *Gutier. prat. lib.* 2. *quæst.* 55. *num.* 2. *Raudens. in tract. de analog lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 81. *Petr. Heig. part.* 1. *quæst* 21. *num.* 14. *Petr. de Grev. ad pandect. exerc.* 27. *thes.* 26. *Harton. Pistor. part.* 1 *quæst.* 30. *num.* 37. *Thoming. decis.* 48 *num* 26 *Gutier in §. sui inst. de hæred qualit. & differ. num.* 10 *Parlador. rer. quotidian. difierent.* 145. *num.* 6. *Quid Pap. decis.* 580. *Boer. decis.* 127. *in fin. Rayneir. in tract. de nobil. in* 2. *quæst.* 5. *Nevis. cons.* 8. *num.* 19. *Balmaced. de collect. quæst.* 39. *n.* 5. *Philip. Pasch. de virib. potest. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 26. *Mantens. in L.* 7. *tit.* 11 *lib.* 5. *recopil. glos.* 2. *num.* 5 *Roxas in epitom. succession. cap* 15. *num.* 22. *Azeved. cons.* 24. *num.* 27. & 29. *San. Felic. dec.* 56. *num.* 17. *Bars de filiis non legit. nat. in princ. num.* 8. *Socin. cons.* 1. *lib.* 3. *Corneus cons.* 169. *lib.* 3. *Paleot. de noth. cap.* 60. *num* 5. *Turturet. lib.* 1. *de nobil. gentil. cap.* 7. *Hopping. de insig. cap.* 7. §. 3. *num.* 142. *part.* 10. *Otalora de nobilitate,* 2. *part.* 3. *princip. cap.* 3. *num.* 3. *in fin. Portugal. de donat. reg. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 49 & *num.* 50. *Barb. lib.* 3. *vot.* 98. *num.* 52. & 53. *Valasc. de part. cap.* 13. *num.* 173.

Solor-

Solorſan. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 17 num. 10. & probat. noſtra Ord. lib. 4. tit. 92. §. 4. & 5. & in lege Caſtel. lib. 1. tit. 17. part. 7. & ibi. *Gregor. Lopes.*

10 Et cum hæc conſuetudo generaliter obſervatur apud omnes fere nationes inconcuſſa, pro illa judicandum, & conſulendum, *Bart. in L. ult. cod. de verb. ſignif. Grac. de nobilit. gloſ. 20. num 36. Larrea deciſ. 32. num. 43. Theod. Hopping. de inſign. part. 10. cap. 7. n. 3. num. 142. Gaſp. Ant. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 45. n. 1. eleganter docet Ant. de Villisboas, e Sampayo nobiliarchia Portug. c. 19. §. 176.* cujus verba ſunt ſequentia.

11 *A reſpeito dos eſpurios ha mais duvida, e tem todos commuamente, que naõ gozaõ da nobreza herdada; mas venerando ſempre as reſoluçoens de Varoens taõ doutos, que aſſim o dizem, parece que neſte Reyno ſe deve obſervar em ordem aos eſpurios (com mais, ou menos falta do naſcimento) as meſmas reſoluçoens de direito, que a reſpeito da nobreza ſe conſideraõ a favor dos filhos naturais. Seja a primeira rezaõ a do coſtume, que neſtas materias da nobreza pode tudo, como ſe vè em* Bart. in L. ult. cod. de verb. ſignif. Azeved. in L. 10. num. 51. tit. 8. lib. 5. recop. Grac. de nobilit. gloſ. 20. n. 36. *e quem tiver mediano conhecimento das familias, achará neſte Reyno muitas continuadas pela linha deſtes filhos com o luſtre, e eſplendor antigo, uſando da nobreza, armas, e apelidos de ſeus antepaſſados, e ſubindo a cargos nobres ſem obſtaculo algum de defeito; e ainda que eſteja em contraria opiniaõ de muitos authores, ceſſa eſta onde o coſtume eſtabeleceo outra couſa, e a obſervancia legislou por differente eſtilo; como em termos advertio* Barboſ. no repert. lit. S. verb. *ſpurius* pag. 360. col. 1. in princip. *e jà aſſim o entendeo*, Phæb. 1. part. deciſ. 55. in fin. *a reſpeito dos filhos dos prelados, fundado no coſtume, que abrogou a ley pela doutrina de* Bart. na L. 1. num. 52. cod. de dignitat. lib. 12.

19 Neque dicendum quod ejus ſoror non tenetur ſolvere alimenta, niſi intra vires tertiæ, in qua fuit hæres, & non ultra, cum ſit ſua legitima, in qua onus imponi non poteſt, *text. in L. quoniam in prioribus* ubi, *Barth. ſalicet. Paul. de Caſtr. Paſſon. & omnes, cod. de inofficioſ. teſtam.* Ad quod reſpondendum, & quod illa obligatio eſt realis, & preciſa, tam reſpectu hæredis extranei, quam ſui, *auth. licet, cod. de natural. liber.* ibi, ſive legitimi extant, & ſuccedunt, vel conjuge viva quilibet alii ſunt hæredes ubi, *Bald. Gregor. Lopes in L. 8. tit.* 18. *p* 6. ibi, *tranſit in ejus hæredes etiam extraneos*, unde ſuponit etiam in hæredibus ſuis, & hoc non dicitur, nec imponitur pro gravamine, ſed prodebito, & obligatione preciſá de bonis hæreditatis, *Anton. Gom. in L. 9. Tauri, n.* 14. *ad fin* & hoc debitum, obligatio naturalis à fortiori impleri debet, & ſolvendum ex cumulo hæreditatis, ſicut alia debita contracta in vitâ teſtatoris ad diminutionem legitimæ filiorum, quia omne æs alienum legitimam minuit, *L. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inofficioſ. teſtam.* ubi, *DD. angul. de las meyoras, L. 5. gloſ. 4. n. 2. verſ.* quæ concluſio, & regulare eſt, quod hæreditas, bona intelligantur de ducto ære alieno, *L. ſubſignatũ, §. bona, ff. de verb. ſignif. L. mulier. bona, ff. de jur. dotium.*

Et ſic parum facit dicere, quod 20
illa alimenta debent eſſe ſecundum tertiæ quantitatem, quia legem non habemus, quæ hoc diſponat, & etiam caſu, quo aſſignaretur; *ſicut in Regno Caſtellæ, per leg* 10. *Tauri*, nequaquam poterant filii naturales, & ſpurii alimentis competentibus privari, etiam in concurſo filiorum legitimorum; ut in terminis reſolvitur *in L. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.* 59. ibi, Si ſpurius alii debet, nec quinta pras ſubſtantiæ paternæ ſat eſt, ultra præſcriptum modum erogabitur, ne pereat, unde ex univerſis patris facultatibus alentur legitimus, & ſpurius: *Molin. de juſt. & j. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 168. *verſ. obſerva, Covas in* 4. *de ſponſal. 2. p. cap.* 8. §. 6. *n.* 12. ibi, lex decima, *Tauri, & L.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* permiſit patri titulo alimentorum quintam bonorum partem deſignare his filiis, quibus alimenta dare tenetur, quæ quidem pars ſi ſufficiens non ſit vitæ ſubſidio, neceſſario erit augenda: *Barb. L.* 1. 4 *p. ff. ſolut. matrim. n* 77. *verſ. ſed quid ſi patris* ibi, Sed quid ſi patris facultates adeo ſint tenues, ut quintum non ſufficiat ad congrua alimenta ſpurii? Et dicendum eſt alimenta congrua petere poſſe, quia prædicta *lex decima Tauri*, ideo ultra quintum prohibuit relinqui, quia credit à communi-

ter accidentibus illud sufficere ad congrua alimenta, si tamen constaret non suficere, non est veromile, quod lex voluisset privare spurios alimentis sibi debitis jure naturæ, cum neque ipsa lex, si velit, possit eos illis privare: *Optime Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 52 Peres in* L. 22 *tit. 3 lib. 1. Ordinament. col.* 165 *Greg. Lopes in* L. 8 *tit.* 13. *part. 6. glos.* 10. *Baec. de non meliorand. cap.* 8. *n.* 30. & 31. *Spin. Specul. testamet. glos. 5. n.* 122. *Ceval. com. contr. com. q.* 779. *n.* 61.

21 Cæterum quod Berta ejus filia non solum tenetur alere ejus fratrem, ut hæres universalis sui patris, sed etiam ut soror ex eodem patre ostenditur aperte, fratres enim, & sorores divites tenentur alere fratres, & sorores inopes cujuscunque generis sint, videlicet legitimos, naturales, & spurios, L. 1. §. *non nullos* ibi, aut sorori *ff. de tut. & rat. distrah.* L. *mutus* 73 §. *manente*, *ff. de jure dotium* ibi, egentem fratrem, sororem ve sustineat; L. *quavis* 20 *ff. solut. matrim.* ibi, aut fratribus: *glos. in* §. *idem rescripsit*, *d.* L. *si quis à liberis*, *ff. de liber. agnoscend. Bald. in* L. 1. §. *jus naturale*. *ff. de just & j. Alex. in* L. *à filio col.* 2. *ff. ad Trebel. Abbas cons.* 12. *col. pen. vol.* 1. *Alberic. in tract. de testib. in princ. post. n.* 13 *Lara in dict.* §. *idem rescripsit*, *n.* 86. *Roland. à Valle cons.* 54. *vol.* 2. *n* 48. *usque ad n.* 74 *Cæpol. in cautel.* 247. *Surd de aliment. tit.* 1. *q.* 25. *n.* 1 quæ jura, & DD. in fratre naturali, & legitimo nullam dubitationem habent, sed in fratre naturali tantum, qui est dictus Titius, aut ad minus præsumendus est usquequo contrarium pateat, ut per DD. in prima parte adductos etiam est sine dubio, neque controvertia, juxta DD. ubi proxime, & *Laram in dict.* §. *idem rescripsit*, *n.* 86. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 64. & in quantum ad spurios uterinos etiam DD. de plano confitentur, quod frater, aut soror dives tenetur alere fratrem, aut sororem inopem ex eadem matre natũ quanvis quoad fratres spurios ex patre tantum videatur resolvere contrarium: *Lara dict. n.* 89. *Molin. d. cap.* 15. *n.* 65. sed contraria opinio magis certa, & recepta est, ut resolvunt: *Socin. in* L. 1. *ff. solut. matrim. Lup. in cap. per vestras*, *in* 3. *notabil.* §. 24. *n.* 3. *Petrus Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 25. *n.* 32 & 33. ibi, *quod dictum est de fratre naturali intellige etiam de spurio*, nec ulla ratio differentiæ constitui potest in fratre spurio ex parte matris; quãdo ejus frater ex parte patris recognitus fuit ab ipso patre illos modos magis qualificatos, & efficaces, qui in jure inveniri possunt; & sic cum dictus frater sit tam filius, sicut est ejus soror, conjuntione sanguinis; & sic ratio charitatis, & sanguinis, ex qua hujusmodi obligatio alendi descendit, tantum urget in uno, quam in altero, & ubi eadem ratio militat, militare debet eadem juris dispositio, *L. illud. ff. ad leg. Aquil.* L. *actio*, *ff. de verb. obligat. cum similib.* immo quod frater ex parte patris est magis frater, quam frater ex parte matris, quia pater ingignendo est causa agens, mater vero patiens; causa vero agens est nobilior patiente, ut interminis docet, *Lara in dict.* § *idem rescripsit*, *n.* 85. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 60. & sic fratres ex parte patris

secun-

ſecundum jus commune ſemper habent jus favorabile, quod non accidit in fratribus ex parte matris, expreſſus *text in* L. *cum plures* 12. §. *cum tutor* ibi, ſed non dabit dotem ſorori pupilli alio patrenatæ, *ff. de adminiſt tut.* ubi *Bart. & com. cum gloſ. Acurt.* ibi.

PARS TERTIA.

22 COnſtituta ſic obligatione, quam Berta habet ſuum fratrem alimentandi, tamquam hæres ſui patris, & tanquam ſoror, nunc ſequitur tractare de quantitate alimentorum, & quæ quantitas ſit neceſſaria ſolvenda in ſingulis annis ſicut eſt *text. in* L. *jus alimentorum*, *ff.* ubi *pup. educ deb. d* L. *ſiquis aliberis* §. *ſiquis ex his*, & §. *alimenta*, *ff. de liber. agnoſc.* & L. *cum* §. *ſed*, & *perſonarum*, *ff. de tranſact. cum ſimilib.* & hæc alimenta ſolvenda ſunt ſecundum qualitatem perſonæ recipientis, & ſecundum quantitamem bonorum, & fructum ſolventis, habito etiam reſpectu ad obigationes, ut docet: *Gregor. Lop. in* L. 8. *tit.* 13. *part.* 6. & *in L.* 2. *tit.* 19. *part.* 4. & nobilitas dicti Titii reguları debet per qualitatem ejus patris, non obſtante quod dictus Titius ſit filius naturalis, & etiam in caſu, quo fuiſſet ſpurius per jura, & *DD. in part.* 1. *n.* 4. quia etiam ubi alimenta ex cauſa miſerationis debentur, ſecundum dignitatem perſonarum præſtanda ſunt, ut optime reſolvunt: *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 55. *verſ. ſed verius*, *Cervantes in L.* 10. *Tauri*, *n* 67. & 68. *Surd. de aliment. tit.* 8. *q.* 18. *n.* 9. & etiam attenta qualitate dicti Titii, dum ſit graduatus qui gradus qualitatem conſiderabilē præſta *Greg. in gloſ. in L.* 5. *tit* 15. *p.* 6. & alii ibidem ab eodem relati.

Et inſuper deveniendo ad ſin- 23
gulas, & fundamenta particulariora, reſpiciendus modus, cum quo ejus pater eum tractavit, & educavit, dum vivus erat, *L cum alimenta* 22. *in princ. ff de aliment. & cibar. legat.* ibi, quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare, *L. ſi cui, ann.* 14. *ff. ann. legat.* ibi, quod teſtator ſolitus fuerat, *L ſi ſervus plurium* 50. §. *fin. gloſ. verb. conſuetudo ff. de legat.* 1. *Bart, in d. L. ſi ſervus*, § *ſi numerus*, *n.* 2 *idem in tract. de aliment. n.* 22. *Lara in d.* L *ſiquis à liberis* § *ſed ſi filius n.* 44. *in fin.* & cum hodie dictus Titius in maiori ætate inveniatur, & habeat alias obligationes, & onera, ideo quantitas alimentorum acreſcere debet, ut eſt vulgaris; *text. in* L. *cum avus* 10. §. *alimentis*, *ff de aliment. & cibar. legat.* ibi, atque pro incrementis ætatis: L. *jus alimentorum* 3. §. *fin.* & ibi *gloſ. verb. augeri ff.* ubi *pupillus educari debet*, *DD. in* L. *cum dotem*, *ff. ſolut. matrim.* Lara *in d.* §. *ſed ſi filius*, *n.* 10. *in fin.* ibi, debent alimenta decerni pro incrementis ætatis, & progreſſu temporis augeantur alimenta, *Gracian diſcept. forenſ. cap.* 613 *n.* 18. ubi inquit: pluries alimenta augeri poſſe, etiam ſi ſententia fuiſſet lata, in qua taxarentur, & acceptata fuiſſet ab alimentando, quibus conducit ex preſſa *deciſ. Farinac. deciſ* 31. per totam *tom.* 1. *dicciſion. noviſſimarum.*

Atque his omnibus perpenſis; 24
& conſideratis, faciliter arbitrari poterit, quæ quantitas debeat neceſſario Domino Titio ad ſuam congruam ſuſtentationem in ſingulos annos miniſtrari; cum dictus

ctus *Cayus* ejus pater fuiſſet nobilis, vulgo *Fidalgo*, dictus Titius, tanquam filius ſuus, illi neceſſe eſt, ut locet domum principalem, in qua vivat, & ut habeat ad minus unam famulam, & unum famulum, qui ei ſerviant; id enim omne in obligatione alimentorum comprehenditur, ut docent jura, & *DD ſup. part.* 1. *n.* 3. & regulare eſt, ut in propriis terminis reſolvunt *Lara in d. L. ſiquis à liberis §. ſed ſi filius, num.* 49. *Palac. Valaſc. conſult* 128. *n.* 7. *Farinac. dict. deciſ.* 31. *n.* 44.

ALLEGAT. II.

In favorem ſororis ſpurii.

SUMMARIUM.

4 *Filius naturalis ſuam intentionem debet probare, quia non præſumitur de jure.*

5 *Filius ſpurius eſt ille qui naſcitur ex parentibus qui inter ſe matrimonium contrahere non poſſunt.*

6 *De jure communi ſpuriis alimenta denegabuntur.*

7 *Eorum patres neque per contractum lucrativum, neque per ultimam voluntatem eis donare poterant.*

8 *Neque ſtatuo officio poteſt, quod donatio filio ſpurio facta valeat.*

9 *De jure canonico àlimentari debent, quia jus naturale nullam differentiam facit inter legitimos, & illegitimos.*

10 *Æquitas iſta non ſervatur in foro ſeculari.*

11 *Contraria opinio quod ſervanda eſt in utroque foro.*

12 *Et patres obligari poſſunt.*

13 *De taxatione eorum alimentorum, & dequantitate DD. qui tractant.*

14 *Fructus, & reditus tertiæ obligari non poſſunt.*

15 *Actori in cumbit onus probandi.*

17 *Frater dives tenetur alimentare fratri pauperi.*

18 *Fratres legitimi tenentur alimentare fratres ſpurios.*

19 *Contraria opinio recepta eſt. Text. in cap. cum haberet ſolum in patre militat* ibidem. *Frater tenetur doctare ſpuriam, ſicut etiam alere,* ibidem.

20 *Qui eſt ſpurius ex patris parte, ei non debentur alimenta.*

24 *Alimenta non debentur perſonæ qui ſe poteſt alimentare vel ex officio, vel ex quo vivere poſſit.*

25 *Frater poteſt inſtituere ſobrinum ſpurium.*

26 *Anpatruus alimenta, & dotem præſtare teneatur filiæ ſpuriæ ſui fratris.*

27 *Frater ſpurius non ſuccedit fratri adoptivo ſicut, è contra.*

Ad excluſionem actionis in prima allegatione facta in favorem ſpurii contra ejus ſororem, in qua alimenta petuntur devenio, & licet videam duo fundamenta, fundamentica ſcilicet quod illa ſoror, tanquam hæres patris, vel tanquam ſoror, tenetur fratri ſpurio alimenta præſtare non obſtantibus iiſdem fundamentis contrarium puto judicandum, cum ejus ſoror, neque ut ſoror, ullam obligationem alimentandi fratrem ſpu- 1

ſpurium habeat, quando eius frater habeat artem, de qua vivat.

ARTICULUS I.

In quo oſtenditur, quod ejus ſoror non tenetur alimentare ſpurium, tanquam hæres patris ſui.

1 ISte primus articullus intendit oſtendere, quod Berta Titii tui patris filia tenetur eum alimentare tanquam hæres univerſalis, quod probat dictus Titius ex ſequentibus.

2 Primum fundamentum ſuæ intentionis eſt, quod bona relicta ab ejus patre fuerunt magnæ conſiderationis, & valoris: unde infertur, quod ejus bona ſunt ſufficientia ad eum alimentandum, ſecundum ſuam qualitatem.

3 Conveniunt omnes, quod dictus Titius eſt filius dicti Cayi habitus in quadam muliere, conſtante matrimonio, & ſic manet dictus Titius ſpurius adulterinus ex parte patris: deinde ejus pater declarat, quod dictus Titius eſt ſuus filius cum iſta qualitate in ſuo teſtamento, & comprobatur ex evidentia facti, quia Domina Berta eſt filia legitima ex legitimo matrimonio nata, & dictus Titius eſt filius adulterinus, ut ex proceſſu apparet.

4 Deinde ſi dictus Titius ſe fundat, quod eſt filius naturalis, iſtam intentionem tenetur probare cum illa qualitate; quia non præſumitur de jure, *Mantienſ. in* L. 9 *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilationis*, *gloſ.* 2. *num.* 6.

5 Utrum dictus Titius neque intentat, neque pertendit pro titulo filii ſpurii, ſicut eſt, ſpurii enim ſunt illi filii qui naſcuntur ex his parentibus; inter quos matrimonium contrahi non poteſt; *cap. tanta juncta gloſ. qui filii ſint legitimi cap ad abolendam de filiis præſbiterorum Covas de Sponſ.* 2. *part. cap.* 8. §. 5. *n.* 1.

De jure communi his ſpuriis 6
alimenta denegabantur, §. *fin in auth quib. mod. natur. effic ſui cap. per venerabilem in fin qui filii ſint legitimi L. humanitatis*, & *auth. licet, cod. de natural. liber auth. ex complexu, cod. de inceſtis nuptiis Paleot intract de noth. & ſpuriis, cap.* 46. *n.* 1. *Menoch de ſucceſ. creat. lib.* 2. §. 2. *n* 313 *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 10. *Gom. in* L 9. *Tauri n.* 37. *in princ.*

Et eorum patres neque per 7
contractum lucrativum inter vivos, neque per ultimam voluntatem eis donare poterant. neque relinquere vel legare L. 1. *cod de natural. liber. & præter antiqos* ibi *hoc notarunt Cyn. Bart. Bald. Salicet & Fulgoſ. in L. qui teſtamentum, ff. de probat. Bart. Balt. Angel. Immol. Alex. & Jaſ in* L *ſi is qui ex bonis, ff. de vulgari Alex. conſ.* 54. *n.* 1. *vol.* 7. *Decius conſ.* 310. *num.* 2. *Ruin. conſ.* 69 *n.* 10. *lib.* 3. *Pereg. de jure fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 4. *Covas de Sponſal.* 2. *part. cap.* 8. §. 5. *n.* 3. & 5. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 2. *Greg. Lopes in L.* 10 *tit.* 13. *part.* 6. *in gloſ.* 3. & 4. *Placa de delict. cap.* 41. *n.* 11.

Neque ſtatuto effici poteſt; 8
quod donatio filio ſpurio facta valeat: ut multis comprobat *Covas ſup. n.* 6. *Plac. ſup. n.* 12. *Mantienſ. in L.* 6. *tit.* 8. *lib* 2. *recopil. gloſ.* 8. *n.* 1. & 2. *Surd. ſup n.* 3.

At jus canonicum reſpiciens; 9
quod jus naturale non conſtituit differentiam inter filios legitimos, & illegitimos; & quod de jure

natu-

naturali eis debeantur alimenta; æquitate motum disposuit; quod eis alimenta præstentur, & sic donationes, & legata relicta in quantitate necessaria ad eorum alimenta valent, *cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam pol. per adult. ubi glos. in fin. & omnes canonistæ, Abbas cons.* 50 *& cons.* 115. *l.* 1. *Ruin cons.* 124. *n.* 8. *vol.* 1. *Socin. cons.* 330. *n.* 3. *vol* 2. *Beroius cons.* 165 *n* 23. *vol* 3. *Cov. de Spons.* 2. *p. cap.* 8 § 6. *n.* 1. cum seq. *Ant Gom. in L* 10. *Tauri, n.* 37. & 38. *Benintendis decis.* 62. *n.* 1. *Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib.* 8 *tit.* 5. *n.* 12 *Simon de Petr. de interpret. ult volunt. lib* 3. *inspect.* 1. *dub.* 3. *solut.* 2. *n.* 7. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 10. *n.* 5. *cum aliis, & n.* 28. *Mastril. dec. Siciliæ* 114. *n.* 8. & 9.

10 Et quod ista æquitas non servetur in foro sæculari, docet *Menchac. de succession. creat. lib.* 2. § 20. *n.* 313. *Roland. à Valle cons.* 74. *n.* 29. *vol.* 1. *Cephal. cons.* 48. *n.* 10. & *cons.* 226. *n.* 29. *Ascan. Clemens de patr. potest cap.* 5. *n.* 37.

11 Verum contraria opinio quod servanda sit in utroque foro tam sæculari, quam ecclesiastico tenet *Mastril. & alii quam plurimi, quos citat. Mastril. dict. dec* 114,

12 Et quod patres obligari possint ad hoc, docet *Speculator. in tit. qui filii sint legit.* § 1. *vers. sed pone quidem, n.* 12, *Alberic. in L.* 1. § *jus naturale, col. ult. vers. quæro & ibi Bald. vers. quæro quid si filius, ff. de just. & j. Gom. in* L. 9 *Tauri, n.* 41.

13 De taxatione eorum alimentorum, & de quantitate, quæ præstenda sit spuriis *tract. Ant. Gom. in* L. 9. *Tauri n.* 40. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 1. *n.* 5. *Matienc. in L.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat. glos.* 1. *n.* 11. *Cancer. variar. part.* 3. *cap.* 21. *de transmis. num.* 208. *quem refert.*, & *sequitur Fontanel. de pact. nupt.* 2. *p. claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 2. *num.* 123. & 124. *Ceval. com contr. com. quæst.* 779. *à n.* 1. *tom* 3 *Petrus Barb. in* L. 1. 4. *p. n.* 66. 67. & 68. *ff. solut. matrim.*

Quibus suppositis, cum dictus Titius asserat, quod ejus soror tenetur eum alimentare, tanquam hæres, & soror tantummodo non fuit hæres, nisi tertia, ultra cujus fructus, & reditus obligari non poterat ex his quæ *Roxas in epitom. succession. cap* 2. *n.* 17. *Tel Fernand. in* L. 10. *Tauri, n.* 2. *Barathon. in addit. ad Palac. Rub. in re etit cap. per vestras, notab.* 3. § 24. *lit. A.* 14

Quo supposito ad obtinendum contradictam sororem, illi competit probare, quod ejus soror ejus tertiæ fuit hæres; nam actori incumbit probatio ejus, quod ad fundandam suam actionem allegat, *ex reg generali, de qua in glos. L si vero, §. qui pro reiqualitate, ff. qui satisdar. cogantur,* quam communiter receptam esse testatur, *Covas rub. eam late examinans, lib.* 2. *var. cap.* 6. *n.* 2. *Matienc. in L.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat. glos.* 3. *n.* 9. 15

Et cum in testamento inveniatur tota hæreditas consumpta in variis legatis, clare patet, quod ejus soror non fuit hæres tertiæ, sed tantummodo succesit sua legima; & cum tantummodo succesisset in sua legitima, non tenetur, ut hæres, ei alimenta præstare. 16

AR-

ARTICUL. II.

In quo oſtenditur, quod ejus ſoror, neque ut ſoror ei alimenta præſtare tenetur.

17 FUndat Titius ſuam intentionem in ſua allegetione, dicendo, quod ejus ſoror, ut ſoror, tenetur eum alimentare, cum ſit valde dives, cum ſit regula, quod frater dives tenetur alimenta præſtare fratri pauperi *ex text. in* L. *mutus* 76. *ff. de jur. dotium* ibi, aut egentem virum fratem, ſororem vé ſuſtineat: *L. cum plures* 13. §. *fin. ff. de adminiſtrat. tutor.* ibi, ſed non dabit dotem ſorori pupilli alio patre natæ, etiam ſi aliter ea nubere non poſſit: *Si enim ab eodem patre nata eſſet, dotare eam teneretur, ex gloſ. verbo alio patre, & de dote ad alimenta valet argumentum, gloſ. in L. ob æs, cod. de præd. minor. fin. decret. Everard. in loco à dote ad alimenta* 71. *L. tutor* 14. §. *fin.* ibi: Aliud eſt, ſi matri forte, aut ſorori pupilli tutor ea, quæ ad victum neceſſaria ſunt, præſtiterit, cum ſemetipſa ſuſtinere non poſſit: *ff. de adminiſt. tut. Molin. de primog. lib.* 2. *cap* 15. *n.* 58. & *de hac quæſtione videndi ſunt Boer. deciſ.* 229. *n.* 7. *Guid. Pap. deciſ.* 439. *n. fin. Theſaur. deciſ* 152. *n.* 2. *Franch. deciſ.* 178. *n.* 1. & 2. *Grac. de expenſ. cap.* 3. *n.* 34. *Lara in L. ſi quis à liberis* §. *idem reſcrip. ſit, n.* 83. *ff. de liber. agnoſcend. Gutier. in tract. de tutel.* 2. *p. cap.* 3. *n.* 19. cum aliis, ubi late materiam proſequuntur, & alios laudant, in cujus examine non me detineo cum neceſſe, ſit ad noſtram quæſtionem tranſire, utrum frater legitimus ſpuris alimenta debeat præſtare.

Et quod fratribus ſpuriis pau- 18
peribus fratres legitimi teantur alimenta præſtare, docet *Barthol ſocin. in L.* 2. *ff. ſolut. matrim.* quem refert, & cogitandam relinquit quæſtionem; *Palac. Rub. in repetit. cap. per veſtras* 3. *notabil.* §. 27. *n.* 3. ubi *inquit*, amplia his iſta, ut frater teneatur dotare ſororem etiam ſpuriam, ſicut tenetur eam alere, *ut per Barthol. ſocin. in L.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Sed cave, quia illa lex non videtur imponere neceſſitatem fratri ad dotandam ſororem, ſed pro juſta cauſa reputat, quod ſi tutor velit dotare ſororem, tanquam res ſit licita, honeſta, & pia, quod poſſit res minoris ad hoc alienare, & ad hoc forte lex: *Regni* 4. *part. tit.* 1. *L.* 8. & *L.* 9. quæ loquuntur de perſonis, quæ tenentur ad dotandum, de fratre nihil dixerunt, & quod iſte talis ad hoc cogatur, *Cordub. de Lara in d.* §. *idem reſcripſit, n.* 89. *cujus hæc ſunt verba*, hæc ſententia obtinebit in perſona fratris ſpuri eadem matre procreati: *Marian. Socin. ſen. in L.* 1. *ff. ſolut. matrim. ſequitur Joan. Lup. in cap. per veſtras de donat. inter vir. & uxor. not.* 3. §. *fin. n.* 3. *nec memini alibi legiſſe, Surd. in tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 25. *n.* 33. ibi, quod dictum eſt de fratre naturali, intelligi etiam in ſpurio, *ſecund ſocin. in* L. 1. *ff. ſolut. matrim. quem allegat ad hoc* Lupus *d. cap. per veſtras in* 3. *notab.* §. 24. *n.* 3. *ſequitur Cordob. in d.* §. *idem reſcripſit. n.* 89. quod credo, verum licet non inveniam *Socin.* hoc dicentem, rationes tamen allegatæ per *Cordub.* concludunt: hæc ſunt fundamenta, in quibus fundat

dat Titius ſuam intentionem.

19 Verum contraria opinio, nempe quod frater dives nullam obligationem habeat alimentandi fratrem ſpurium pauperem recepta eſt à *Molin. de primog. lib. 2. cap. 25. n. 66.* ubi *inquit*, ſororem autem ſpuriam, ſeu etiam fratrem ſpurium maioratus poſſeſſor alere non tenetur: æquitas nanque *text. in cap. cum habere*, ſolum in patre, de quo textus ille loquitur, verſatur, ideo que ad fratrem extendenda non erit, in quo longe minor ratio, quam in patre militat, ſed jura civilia preciſe in hoc caſu ſervanda erunt, quod in fortioribus terminis verum eſſe cenſuit *per text.* ibi, *juncto text. in cap. cum haberet*, *Greg. Lopes in* L. 5. *tit.* 19. *part.* 4. *in gloſ. verb. que ſuben*; *Gutier. de tutellis* 2. *p. cap.* 3. *n* 4?. ubi *ait*, quinimo frater tenetur etiam dotare ſororem ſpuriam, ſicut tenetur eam alere, ut cum, *Socin. in* L. 1. *ff. ſolut matrim. tenet Palac. Rub.* ubi *ſup. ſequitur corduba de* Lara *& probat Petrus Surdus*, ſed hoc verum non credimus, *& ibi*, & præterea nulli jure cautum reperitur, quod frater dives teneatur alere fratrem ſpurium inopem, vel ſororem ſpuriam alere, vel dotare.

20 At in noſtro caſu non obſtant Autores contrariam opinionem tenentes quia, *Barth. Socin.* non habet illam opinionem, ſicut affirmat, *Petrus Surd.* dicendo, quod non potuit invenire illum locum, in quo: *Palac. Rub.* eum citat, & ipſe-met: *Palac. Rub.* non auſus fuit eam quæſtionem decidere; *Cordob. de Lara*, loquitur in ſpurio uterino, *& Petrus Surd.* eum ſequitur.

21 Et in noſtro caſu, qui eſt in ſpurio ex parte patris, quod ei non debeantur alimenta docet: *Cordob. de Lara ſup. n.* 91. ibi, hæc de fratibus ſpuriis eadem matre procreatis ſcripta ſunt, ſed ſi eodem patre progeniti ſint, frater ſpurium fratem alere non tenetur, quia æquitas cap. cum haberet locum tantum habet in perſonis parentum, ut docte conſideravit: *Dominus* Ludovic. *Molin.* & ſumma eruditione: *Petrus Barb. in* 4 *p* L. 1. *ff. ſolut matrim. n.* 127. ubi *ſic ſcriptum relinquit*, prout, & vidimus, quod frater tanquam hæres patris tenetur alere fratres ſpurios, *& infra* ibi, & tamen tanquam frater hos alere minime tenetur, quia id cautum non reperitur, ut tradit, *Molin.* ubi *ſup.* quod ſane verum intelligat in fratre ex parte patris, nam prout inter iſtos ceſſat conſideratio conſanguinitatis, *L. hac parte, ff. unde cognat.* pariter ceſſabit onus alendi.

22 Ex quibus omnibus Titii pertentio manet excluſa, & ejus ſoror ab obligatione eum alimentãdi libera, cum dictus Titius ſit frater ſpurius ex parte patris.

ARTICUL. III.

In quo oſtunditur, quod ſoror alimenta non tenetur præſtare, cum frater habeat unde ſe alere poſſit.

23 QUando hæc omnia fundamẽta ſupra in primo, & ſecundo articulo ceſſaſſent, & ejus ſoror obligaretur præſtare alimenta fratri ſpurio, intelligendum erat in ſubſidium, ſicut docent omnes DD. qui de hac quæſtione tractant, & cum de natura actionis ſubſidiariæ ſit, non competit uſque-

uſquequo excuſio aliorum jurium ſit exhauſta ; & cum Titius non dum exhauriſſet omnia jura ſibi competentia , ideo hac actione uti non poteſt , *Acoſta de remed. ſubſidiar.* per tot. *tract.*

24 Deinde alimenta non debentur filio , neque perſonæ , qui ſe poteſt alimentare , vel ex ſuis bonis , vel offitio, ex quo vivere poſſit , *text. in cap. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius ff. de liber. agnoſc.* , & ibi *gloſ. Bart. Alberic.* , *& alii* , *Petr. Barb. in L. maritum* 13. *n.* 10. *ff. ſolut. matrim. Surd. de aliment. tit. q.* 78. *n.* 31. *& tit.* 7. *q.* 6. *Hector Felician. de ſocietat. cap* 31. *n.* 81. *Gutier. de juram confirmat.* 2. *p. cap.* 16. *n.* 15. *&* 16 *&* 3. *p. cap.* 15. *n.* 5. *Vincent. Carroc. de remed. contr. ſentent. except.* 25. *n.* 93. *Fontal. de pact. nuptial.* 2. *p. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *p.* 11. *n.* 43. & dictus Titius habet offitium , & artem , qua vivere poteſt , cum inveniatur graduatus in utroque jure , ex quo vivere poteſt, utendo offitio advocatiæ in curia , vel hic , & quod advocatis graduatis non debeantur alimenta , docet in terminis , *Reminald. conſ.* 188. *ex n.* 22. *lib.* 2. ex eo , quod qui habet juriſprudentiam , habet artem , ex qua vivat , quia juriſconſultus non poteſt pauperem ſedicere , & allegare , ex quo ſola ſcientia legalis , quam profitetur , *Theſaurus* appelletur in proemio Digeſtorum verbo *Theſaurus* , & per eam homines ditiſſimi fiunt , *ut ibidem* , ditiſſimi efficiantur , & leges non permittunt quem in paupertate vivere , nec in anxietate mori, *ex text. in §. fin. in auth. de hæredib. & falcidia.*

25 Et revertendo ad noſtrum *text.* dico , quod frater poteſt inſtitue-re ſobrinum ſpurium , ſicut dico in commentar. *ad Ord. lib.* 11. *tit.* 50. *cap.* 7. *n.* 237. *pag.* 266.

Et tandem quæres an patruus 26
alimenta , & dotem præſtare filiæ ſpuriæ ſui fratris teneatur? Ad quod reſpondit: *Merlin. in deciſ. rottæ* 671. *n.* 43. quod ſi patruus eſt dives , & non habet prolem legitimam , tenetur.

Sic etiam frater ſpurius non 27
ſuccedit fratri adoptivo , & è contra , cum ibi , intereos non detur jus ſanguinis , non vero quando ſuccedit ex teſtamento , cum nulla prohibitio inveniatur , quod non ſuccedant ex teſtamento , *Theſaur. forenſ. q.* 22. *numer.* 7.

Ad Verba.

GLOS. VI.

E aſſim ponderaõ ſucceder a quaiſquer outros parentes , e devidos por parte de ſua mãy conjuntos , aſſim que os irmãos , e outros devidos ulteriores poſſaõ entre ſi ſucceder abinteſtado , ainda que deſcendaõ de damnado , e illicito coito por linha de mãy conjuntos.

SUMMARIUM.

1 *Omnes deſcendentes , & aſcendentes per lineam maternam ab inteſtato ſpuriis ſuccedere poſſunt , & illis ſpurii ratione correlationis.*

Inter fratres , ceterenos quan-

vis sint spuri ex damnato, & punibili coitu datur jus sanginis ibidem.

2 *Avus maternus tenetur in subsidium alimentare nepotes spurios.*

Etiam hoc procidit in omnibus ascendentibus per lineam maternam. ibidem.

3 *Spurius non succedit agnatis ex parte patris*

4 *Neque materteræ succedit, & è contra.*

1 EX quibus verbis deducitur, quod omnes ascendentes, & descendentes per lineam maternam ab intestato spurii succedere possunt, & spurii illis ratione correlationis. *Gomes in* L. 9. *Tauri, n.* 7. *Sanches consil. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 42. *Molin. de just. & j. disp.* 167. *concl.* 10. & 11. *Mena ad Gamam, decis* 23. *Ceval. com. contr. com.* 796. *Portug. de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 18. *Aquila ad Roxas p.* 2. *cap.* 6. *n.* 135. & sic avus, pro avus, pro avia illi spurio, & ille illis mutuó succedunt, quia inter fratres uterinos, quanvis sint spurii, ex damnato, & punibili coitu nati, datur jus sanguinis, *ex* L. *si spurius* 4. *ff. und. cognat. docet Carvalh. in cap. Raynald. p.* 2. *n.* 516. *de testament. Cabed. p.* 1. *decis.* 135. *n.* 2. *Ribeyro. Netto comment. jur. civil. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 20.

2 Et sic avus maternus tenetur in subsidium alimentare nepotes spurios natos ex coitu punibili, & damnabili ex ratione, *cap cum haberet, de eo. qui dux. in matr. Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 16. *n.* 11. *Bossius de aliment cap.* 7. *n.* 340 ubi dicit, quod procedit in omnibus ascendentibus per lineam maternam.

Quæ verba tantummodo intelligenda quoad successionem ex parte matris, non ex parte patris, quia spurius non succedit agnatis ex parte patris; *Corneus cons.* 234. *lib.* 4. *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 26. neque illi agnati succedunt spuriis, probatur; *ex text. in L. commun cod. de natural. liber.* §. *filium, auth. quib. mod. natur. effic. sui. Pereg. sup. lib.* 3. *tit.* 18 *n.* 26. *Molin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 5. *n* 55. 3

Sic etiam neque materteræ succedit, & é contra *Ruin. cons.* 14. *n.* 15. *lib.* 3. 4

Ad Verba.

GLOS. VII.

E quanto à succesaõ daquelle, que posto que seja de illicito coito, naõ he porem damnado, nem punivel, como dito he, guardarse-hà o que por nossas Ordenaçoens, e direito commum he determinado.

SUMMARIUM.

1 *Tempore Romanorum quomodo designabantur spurii.*

2 *Mæretrix est illa quæ multorum libidini patet.*

3 *Filii spurii matri non illustri, & ascendentibus per lineam maternam succedunt.*

Etiam cum liberis legitimis ibidem.

4 *Ampliatur quamvis ejus mater mæretrix sit nupta.*

5 Quan-

5 *quanvis ejus pater ſit conjugatus.*

6 *Et quoad ejus matrem pro legitimis habentur cum concurrant cum legitimis ad ejus ſucceſſionem.*

7 *Et non ſolum admaternam hæreditatem admittuntur, ſed etiam ad hæreditatem fratris legitimi.*

8 *Et intantum quod filios mater exhæredavit contra ejus teſtamentum competit, querela in officioſi teſtamenti.*

9 *Parentes matris excludunt etiam quoad legitimam*

10 *Et his poteſt pater legatum relinquere.*

1 LOquitur verſiculus iſte tantummodo de filiis ſpuriis ſimpliciter, non vero damnatis ex punibili coitu, qui ſunt filii meretricium, & non habent patrem certum, & hi tempore *Romanorum*, ſcribebantur duabus litteris, ſcilicet *S. P.* ad ſignificandum quod tales ſine patre erant, ſicut ſcribit *Plutarch. in problemat. cap.* 103. ſpurius primum nomen eſt apud *Romanos*, ut ſextus, Decimus, & *Cayus*; prima autem nomina non tota ſcribuntur, ſed aut una litera, ut T. Titium, aut duabus, ut *Cn.* Cneum, aut tribus, ut *Ser.* Servium: ſic ſpurius *S. P.* ſcribebatur; eos autem, qui ſine patre erant, qui *ænceTupEs* Græcé dicuntur, *S.* & *P.* deſignabant, quaſi ſine patre dicerentur.

2 Sed quæres qualis ſit mulier mæretrix, ut illius filius dicatur ſimpliciter ſpurius? Ad quod reſpondeo, quod mæretrix eſt illa, quæ multorum libidini patet, quarum publice venalis turpitudo eſt, ſive ſit in lupanario, ſive non, & caſus, in quibus dicatur publica, bene explicat, *text. in L. palam* 43. *ff. de rit. nupt.* cujus verba ſunt ſequentia: *Palam quæſtum facere dicemus, non tantum eam, quæ in lupanario ſe proſtituit, verum etiam, ſi qua, ut adſolet in taberna cauponia, vel qua alia pudori ſuo non parcit: palam autem ſic accipimus, paſſim, hoc eſt, ſine delectu, non ſi qua adulteris, vel ſtupratoribus ſe committit, ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet: item quòd cum uno, & altero ſe pecunia accepta, comiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere, octavenus tamen rectiſſime ait, etiam eam, quæ ſine quæſtu palam ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari, non ſolum autem ea, quæ facit, verum ea quoque: quæ fecit, & ſi facere deſiit, lege notatur: neque enim aboletur turpitudo, quæ poſtea intermiſſa eſt: non eſt ignoſcendum ei, quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit: Concordat de jur Canonic text. in cap. vidua* 34. *diſt.* ibi mæretrix, quæ multorum libididi patet, & ibi *gloſ.* & *text. in cap. mæretrices, cauſa* 32. *q.* 4 *gloſ. in dict. cap. vidua docet per hy berbolem, quod illa dicitur mæretrix, quæ pluſquam* 20. & tria millia hominum admiſit, qua relate videndi ſunt *Alexand. conſ.* 99. *n.* 10. *lib.* 6. *Abbas conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 81. *n.* 3. *Abulenſ. in Matheum cap.* 6. *q.* 37. §. *pro quo ſciendum: Menoch. de arbitr. caſu* 211. *n.* 7. & *caſ.* 328. *n.* 4. & *caſ.* 535. *n.* 2. *Azeved. lib.* 8. *nov. recopil tit.* 13 *lib.* 2. *n.* 314. *Boſſius criminal tit. de plurib. violent. n.* 67 *Picard in* §. *juris præcepta, n.* 22. *inſt. de juſt.* & *j. Illuſtriſ. à Cunha ad text. in cap. vidua* 34. *diſt. Bald. Peruſin. de ſtatut. verb. fraus, n.* 37 *Gu-*

bertus de matrim. cap. de his, qui contrahere possunt n. 134. *Bermond. de public. concubin. verb.* Concubinam demittat *n.* 1. *cum seqq. socin. cons.* 54. *col.* 3. *lib.* 3. *Lup. in rub. de donat. inter vir. & uxor. vers. videamus nunc, Nevisian in Silva nuptial. lib.* 1. *n.* 145 *Lambertin. de jur. patronat. art.* 20. *q.* 4. *Plac. in epitom. delictor lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 7. *Alcat. in vicent. de Franch. decis.* 68. *Cabal. resolut. crimin. cas.* 123. *n.* 7. & 8. *Farinac. de delict. Carn. q.* 136. *cap.* 3. *n.* 75. *Pereg. cons.* 87. *à. n.* 15. *tom.* 1. *Romonius cons* 23. *n.* 24. *Mascard. de probat. concl.* 167 *à n.* 5 *tom.* 2. *Gracian. discept forens. cap.* 135. *n.* 5. *Pac. Jordan. lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 60. *Barb. de appellat. verb. Sign appellation.* 150. *n.* 1. *Decian. tract. crimin. vol* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 10. *Gizarel. & Add. decis.* 52. & 54. *Riccius collect.* 163 & 3053. *Sanfelic. decis.* 341. *Marc. Anton. Fabel. sum. divers. tract. lit. M. §. Meretrix, Natta cons.* 205. *n.* 2. *in fin. Roland. cons.* 74. *n.* 18. *lib.* 1. *carpz. in pract. criminal. p.* 2. *q.* 70. *n.* 4 *Pancirol. lib.* 1. *rerum memorabil. tit. de habit. Imper. cland. ad Bertaz. cons.* 134. *lit. C. vers meretrix dicitur, Petr. Greg. in syntagm. jur. lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 2. & 3. *Vivius com. concl.* 257. *in princ. lib.* 1. *Cephal. cons.* 140. *n. fin. lib.* 1. *Fabio Turret. cons.* 15. *n.* 49. *Rebuf. provis. in præfat. n.* 133. *Domicel. repertor. super coment. Thom. Mier. verbo* meretrix, *Zachias de Salario q.* 63. *Manfrel. ad latr. observat.* 163. *n.* 40. *cum seqq. lib.* 2. *Paschal. de virib. patr. potest. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 27. *Francisc. Ramos del Manzano ad L. L. jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 18. *Gonçales Tel. les ad text. in cap. si autem clerici, de cohabit. clericor. n.* 6. *Math. de re crimin. controv.* 59. *per tot. Romagueir. ad statut civitat. Eugub. lib.* 4. *rub* 5. *n.* 3. *Abras in cap. cum Deorum, de vita, & honest. clericor. Rutrigar. in L. neque natales, cod. de probat scalona de testament. lib.* 1. *cap. fin. à n.* 12. *cum seqq. Brunem. ad tex. in L. palam. ff. de ritu nuptiar. n.* 1. *Canc. decis.* 124. *Costa de remed. subsidiar. remed.* 69. *n.* 9. *Altimar de nullit. q.* 9. *n.* 75. *Gulinus de procuratorib. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 53. *Calder. criminal. decis.* 57. *n.* 37. & nota, quod hi in republica admittuntur ad maiora mala evitanda, *ut ego ipse in com. ad lib.* 1. *tit.* 22. §. 4 *cap. um.* & colligitur ex lege Sebastiana lata anno 1570.

Illi vero filii spurii matri non illustri, & ascendentibus per lineam maternam succedunt, etiam cum liberis legitime natis, quia quanvis hic coitus sit damnatus, attamen non est punibilis aliqua lege civili, vel nostra, *ut patet ex L. siea cod. de adulteriis, L. vulgo* 23. *ff. de stat. homin. L. spurius* 4. *L. Modestinus* 9. *ff. unde cognat. L.* 1. §. *sed & vulgo, ff. ad senat consult. Tert. L. si qua illustris, cod ad Orphic. Bart. in L. fin. n.* 4. *ff. de his quib. ut indign. Vesenbes. ad §. novissime inot. ad senat. consult. Orphic. Covas de sponsal p.* 2. *cap.* 8 §. 5. *n.* 3. *Julius Pacius in epitom. juris, disput.* 11. *thes.* 7. *Borcholt. in tract. de gradib. tit. de spuriis, Schineidevin. cap. de succession. spurior. n.* 2. & 4. *Portug. de donat. reg. tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 75. *Pinheir. de testament. disp.* 5. *n.* 40. *Harpret. & vin. ad d. §. novissime, Brunem. ad text. in L. sive ingenua* 2. *ff. ad senat. consult. Tert. Nevius ad text. in L.* 1. §. *sed, & vulgo, ff. ad senat. consul. Tert. n.* 3. *Paleot. de noth.* 3

cap.

cap. 40. *Hartman. Piſtor. in miſcel. quæſt. p.* 1. *q.* 42. *Pereg. de jure fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 23. *Robles de repræſent. lib.* 2 *cap.* 13. *n.* 11. *Barra contr.* 42. *n.* 13. & 14. *Gail. obſervat.* 88. *num.* 20. *lib.* 2. *Tepat. var. tit.* 439 *cap.* 4. *Netto coment. jur. civil lib* 2. *tit.* 4. *n.* 16. *Cardoſ. in prax verb. filius, n.* 34. & iſte talis reputatur tanquam naturalis, *Caſtro de bem morrer, p.* 1. *cap.* 2. §. 10. *n.* 6.

4 Ampliatur quanvis ejus mater meretrix ſit nupta; cum iſto caſu non incurratur pæna adulterii, de quo vide *Cradoſ. in prax. verb. Adulterium n.* 3.

Quanvis ejus pater ſit conju-
5 gatus, *Roland. à Valle, conſ.* 74. *n.* 24. *vol.* 1. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 1. *n* 3. *Barb. in remiſſion. ad Ord. lib.* 5. *tit* 25. *n.* 7.

Et quoad ejus matrem pro
6 legitimis habentur, cum concurrant cum legitimis ad ejus ſucceſſionem, *L. ſi qua illuſtris, in fin. cod. ad ſenat. conſult. Orphic.* & ibi *Næv. Cægnol. tom.* 2. *repet. n.* 36. *Paleot. de noth. cap.* 13. *n.* 3. *Gail. obſerv.* 88. *n.* 2. *lib.* 2. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 4.

Et non ſolum ad maternam
7 hæreditatem admittuntur, ſed etiam ad hæreditatem fratris legitimi, *Gomes in. L.* 9. *Tauri n.* 49. *Theſaur. lib.* 1. *quæſt. forenſ. cap.* 22. *n.* 12.

Et in tantum, quod ſi eorum 8
mater eos injuſte exhæredaverit, contra ejus teſtamentum querelam inofficioſi teſtamenti competit, *L. ſi ſuſpecta* 29. §. 1. *ff. d. inofficioſ. teſtament.* & ibi *Bald.* & *Næv. n.* 3 *Chiflet. de part. legit. cap.* 9 *Faber in jur. prudent Papin p.* 1 *tit.* 8 *princ.* 2 *Vaſques lib.* 3 *lib. controv. cap.* 106. *n* 24 *Duaren ad tit. ff. de inofficioſ. teſtam. cap.* 6. *Paleot. de noth. cap.* 38. *n.* 6. *Net. to coment. jur. civil lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 17. *Franc. Marq. q.* 12. *n.* 4. *p.* 1. *Cujac. ad novel.* 18. *Pereg. de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 24. *Grac. diſcept. cap.* 35. *n.* 11. *Burat. deciſ.* 520. *n.* 78. *Torre pact. futur. ſucceſſionis, deciſ.* 23. *n.* 25. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 8.

Et parentes matris excludunt, 9
etiam quoad legitimam, *Vicenc. de Franch. dec.* 47. *Tepat. var. tit.* 439. *cap.* 8. *Fragoſ. de regimin. reip. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 145. *verſ. quinimo.*

Et his poteſt ejus pater lega- 10
tum relinquere, etiam filiis legitimis ſtantibus; *Put. deciſ.* 188. *lib.* 3. *March. de com. p.* 1. *cap.* 18. *n.* 36.

TRA-

TRACTATUS
DE
NOTHIS
SPURIISQUE FILIIS ILLUSTR.
& Reverendiſſ.
# GABRIELIS PALÆOTI,
S. Rom. Eccleſ. Cardinalis.

CAPUT I.

An initio omnes ex quocunque concubitu ſuſcepti filii, legitimi haberentur.

SUMMARIUM.

1 *Anteleges ſcriptas, an aliquid illegitimè factum dici poſſet, & n. 9.*
2 *Quid Cicero de primæva hominum conditione ſenſerit.*
3 *Quis primus leges ſcriptas populis ediderit, & quo tempore.*
4 *In ſacris literis illegitimè natos ſæpé nominari.*
5 *Duplex jus naturale, præter vulgarem Doctorum differentiam.*
6 *Quomodo id quod de jure naturali eſt, cenſeatur prohibitum, aut permiſſum.*
7 *Jus naturale in homine, quomodo accipiatur.*
8 *Cur promiſcuus concubitus fuerit prohibitus.*
9 *Jure naturali delicta etiam damnari.*
10 *Lex quid ſit, & quando inuenta.*

CUM de filiis illegitimis ſimus tractaturi, ut omnia rectè, atque ordine tradantur, neceſſarium duxi de eorum origine nonnulla in primis recenſere. Cùm enim materia perquam obſcura ſit, va-

variisque sparsim implicita quæstionibus, nos, quibus hæc omnia, quoad ejus fieri poterit, dilucidé explicare, atque in unum colligere, propositum est, nihil aptiús facere posse arbitrati sumus, quàm ab ipsius rei veluti ex cunabulis exordiri, ut ita ad reliqua, quæ consequentur, facilior hinc aditus patefiat. Dicemus igitur primó, essent ne initio æquali omnes jure homines, & quonam primùm tempore hoc illegitimorum nomen cœptum sit usurpari. Qua quidem de re, inter gravissimos Juris interpretes, magnam olim fuisse controversiam legimus, Ricardumque; Malumb. acris ingenii virum, in quadam disputatione, ut refert, *Bartulus* L. 5. *de concub.* respondisse, Jure naturali primævo, quemcunque concubitum passim licitum fuisset omnesque ex quovis coitu susceptos liberos, legitimos extitisse, seruatumque; id eousque fuisse semper, quoad latæ sunt scriptæ ab hominibus leges: illis enim, cùm deinde certi hominum matrimoniis fines essent constituti, ita post factum, ut qui eos limites essent egressi, primi illegitimos viderint filios, cùm antea hoc ipsum nomen esset ignotum. Quæ opinio placuit sanè multis, *Albe.* L. 1. *§. jus naturale, de just. & jure Bal. nov tract. doc.* 3. *par. nu.* 7. tum quod expressé Justiniani verbis videretur approbata, *Auth quib. mod. nat. sui, §. natura*, tum etiam, quòd cùm hæc maris, & fœminæ coniunctio, de jure naturali sit, *Just. de jur. nat. in princ.* non potuit tunc id illegitimè factum censeri, quòd legis ipsius naturalis authoritate niteretur. *Arg. L. Gracchus. C. de adulter.* Etenim si nondum scriptæ ullæ erant leges, quæ quid sequendum fugiendumve esset, docerent, quo pacto injustos posses tunc ullos filios dicere, quos lex adhuc non improbabat, quin tuebatur potiùs, cùm naturale jus, quod inter homnes tunc vigebat tantúm, unumquemque ad quemuis ferè concubitum tacitum quodam impelleret instinctu? *Gloss. L. 1. §. jusnat. de just. & jur.* Sed tamen aliter sensit *Jo. Andr. in Reg. sine culpa, in Mercuria*, aliter, *Bartolus in* L. 3. *de concub.* & quidam alij, *Rosel trac. legit. cap.* 2. *n.* 11. quorum diversæ quidem de spuriorum initiis sententiæ literis mandatæ extant, nihil tamen eorum quisquam hactenus attulisse visius est, quod has Ricardi rationes omnino confutaret. Ego igitur antequam de eorum primordiis quid sentiendum sit, exponam, in præsenti docendum constituit id, quod à Bartolo, & cæteris omissum est, nullo pacto, quo de prisca hominum conditione Malumb. tradidit, defendi posse. Sic enim dico, tantum abesse, ut ante leges scriptas, legitimi omnes filij haberentur, quod ipse putavit, ut dixerint alii, usque ad id tempus, neminem veré legitimum extitisse. Inquit enim; *Cicero in proœm. Rhet.* Fuit quoddam tempus, quo magis homines passim bestiarum modo vagabantur, & sibi victu ferino vitam prorogabant, nec ratione animi quicquam, sed viribus corporis administrabant, nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo nuptias viderat legitimas, incertos quisque inspexerat liberos. Quæ quidem Ciceronis verba nunc ita referre placuit potiùs, ut ostenderem Malumbri sententiam authoris

thoris locupletiſſimi teſtimonio convinci, quám ut ego his quoque fidem omnino adhibendam eſſe cenſeam. Nunc igitur evidentiſſima, ni fallor, ratione probabo, nullo pacto ante leges ſcriptas juſtos omnes filios, ac æquali jure habitos fuiſſe. Si enim accuraté primos legum ſcriptarum authores perquiramus, omiſſis hiſquæ de Cerere, Cecrope, Amphione, vetuſtas eſt fabulata, ſcimus id conſenſu eruditorum omnium receptum, *ut Euſeb. Joſeph. in lib. Antiquit.* & multi teſtantur, primum Moyſen, longo ante alios annorum interuallo, ex ſcripto leges populis promulgaſſe, ſacroſanctas eas ſcilicet leges, quas ipſe ex ſummi, & præpotentis Dei ore divinitùs fertur accepiſſe, idque poſt annos à Mundi initio bis mille quadringentos, quinquaginta quatuor. *In Chronic. Joan. Carion.* Quòd ſi non ea, quæ in veteri ſacra pagina, ante id Moyſis tempus, tradita extant, legamus, animadvertamus multis ſanè in locis, & illegitimorum mentionem factam, *Gen cap.* 21. 25. & concubinatum. *Gen.* 22. *in fi.* & 36. fornicationem, *Gen.* 38 34. 4
in fin. meretrices. *Gen.* 34. 39. raptum, ſtuprumque, unde tales prodeunt liberi, cognitum fuiſſe ſatis quanuis leges adhuc nullæ in ſcriptis extarent, graviterque eos correptos qui alienæ uxoris concubitum appetiſſent, *Gen.* 30. 26. adeò ut hæc differentia inter legitimos, & illegitimos, multò ante ea tempora fuiſſe, manifeſté contra Malumbri ſententiam appareat. Accedit quod, & Homerus antiquiſſimus Poêta, de filiis Nothis in carminibus ſuis quandoque mentionem facit, cujus tamen temporibus lex ſcripta nondum cognita fuiſſe fertur, cùm Plutarchus teſtis ſit, *In prælud. Hom.* hoc verbum *νόμος*, qua lex ſcripta ſignificatur apud eum nuſpiam reperiri: Ac ſi dicas, cùm Jure naturali omnia regerentur, quì potuit tunc aliquid illicitum videri, præſertim verò in filiorum procreatione, quæ cæteris animantibus communis erat? Reſpondeo duplicem eſſe animorum vim 5
& naturæ, alteram in appetitu poſitam, quæ nobis cum brutis fuit communis, alteram in ratione, ſenſibus dominantem, cujus homo ipſe particeps tantùm fuit, quod proprié etiam naturale jus dicitur *Archi. c. jus autem. 1. Diſt.* 6
Quod fit, ut ſi procreandi voluptatem, & cupiditatem ipſam ſpectes, jam quæque conjunctio videatur permiſſa, quòd eadem, & cæteris inſit animantibus; ſin rationem, quæ appettitum in officio debuit continere, & ſoli fuit homini tributa, tunc delectum aliquem in hiſce congreſſibus habendum omninó cenſeas, ut, & Baldus ſubtiliter ſcriptum reliquit *Bal. L. 1 §. jus naturale. Caſt. L. ex hoc jure, nu. 7. in fin. de juſt. & jur.* Homo ſiquidem, non animal tantùm eſt, ſed animal rationis 7
compos proptereaque cûm de Jure naturali loqueris, prout in hominem cadit, id longé aliter ac in cæteris brutis eſt accipiendum, is enim ſi ratione non utatur, quanvis, & ad id naturæ inſtinctu impellatur, nimium utique à vera hominis natura eo ipſo deflectit, ſeque non virum præbet. *Angel. d. §. jus natura. & Zaſ. ibi.* Si igitur naturali jure eo tempore homines utebantur, ut Juſtin. & ipſe quoque Ricardus fatetur, quis dicat deinde adeò laxos, & vagos fuiſſe paſſim concubitus, cùm

id à naturali fatis homnium ab-
8 horreat ratione ? Natura enim certos filiis parentes adeiie debere ſuadet, certumque contrahi matrimonium, ut liberi à genitoribus ſuis ali, boniſque moribus poſſint inſtitui. Fac nanque incerta eſſe connubia, partuſque vulgo conceptos, quemnam vitæ tuæ tunc authorem agnoſces, à quo educeris, cujus actiones, exemplaque imiteris ? Jus igitur naturale, ratioque ipſa ſatis hoc dictat, certos unicuique debere eſſe parentes, ut egregiè non ſolùm interpretes noſtri, *Joan. And. Reg. ſine culpa* ſed, & Philoſophi naturæ ipſius arcanorum conſulti tradidere. *Ariſt. Poli. 2. c. 2. & ethic lib.* 8. Rurſus, ſi id obiicias, non potuiſſe illegitimum id dici, quod adhuc legibus non erat pro-
9 hibitum, reſpondeam eo pacto nec homicidium, nec furtum, nec quoduis delictum ante leges ſcriptas potuiſſe vetitum dici, quæ tamen certum eſt, ſolo jure naturali turpia fuiſſe judicata, quod idem, & in adulterio traditum eſt : *L. Probum. dever. ſig.* Una enim naturalis ratio, ſatis eſt ad res probandas, vel condemnandas. Ipſaque lex nihil aliud eſt,
10 niſi recta, & á numine Deorum tracta ratio, infinitis illa quidem anté ſeculis nata, quám, & ſcripta, & civitates ſunt conſtitutæ, ut ait *Cicero, lib.* 1. *de legib.* Unde nec hodie ad legis ſubſtantiam ſcriptura neceſſaria exiſtimatur. *Dec. Rub. de conſtit.* Ex his ſtatuo, ſicuti ante leges ſcriptas, omnia feré delicta, ſic, & adulteria, inceſtus, & conſequenter illegitimos filios potuiſſe reperiri *d. L. probrum. L. fi. de rit. nup. L. fi. de cond. ſine cauſa. c. etſi. §. quædam. de jurejuran.* Hæc tamen res ut ſe habeat, nunc dilucidiùs exponemus.

CAPUT. II.

De prima illegitimorum origine.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium à Deo inſtitutum, & qua lege.*
2 *An olim plures uxores eodem tempore licuerit habere. numer. 6.*
3 *Bartoli error de primi parentis peccato.*
4 *Leges noſtræ, à ſacra hiſtoria in multis diſſentiunt.*
5 *De aureo illo ſeculo, & jure naturali primævo Doctorum.*
6 *Quælibet conjunctio, præter unius uxoris, & viri conjugium, ſemper fuit prohibita.*
7 *Opinio Juriſcon. de Mundi origine.*
8 *Nunquam promiſcuos concubitus fuiſſe permiſſos.*
9 *Differentia inter ſacras leges, & civiles ; de Spuriorum origine.*

ALia fuit Jo. Andreæ ſententia, qui nullum unquam tempus extitiſſe inquit, quo non dignoti juſti filii ab injuſtis fuerint. *Jo. And. reg. ſine culpa. in Merc.* Cùm enim ſummus rerum opifex Deus huic quicquid id eſt, quod Mundum appellamus, cæteriſque rebus ſummam impoſuiſſet manum, dicitur poſtremó hominem ipſum finxiſſe, cujus cauſa cæte-

cætera erant comparata, eiqùe vix in lucem edito, in primis certas matrimonii leges præfiniisse, ut scilicet hæreret vir uxori suæ, essentque duo incarne una.
1 *Gen. c.* 2. Quibus verbis inde alios concubitus excluſos fuisse ait, *cap. gaudemus dedivort.* atque ita factum, ut quocunque tempore multum inter legitimam adulterinamque sobolem interfuerit. Sed neque hæ Jo. Andreæ sententia vera prorsus videtur, cùm ei repugnent Justiniani verba affirmantis non in uno loco, naturam initio omnes æquè liberos, æquè, & legitimos produxisse, nullamque inter eos olim cognitam differentia. *d. §. natura authen. quib. mod. nat. sui & §. liceat authentic. quib. mod. leg.* Tum etiam, quia,
2 & in sacris literes illos sanctissimos viros pluribus jungi mulieribus consuevisse ad sobolem suscipiendam legimus, *cap.* 1. 32. *q.* 4. *& Gen. c.* 29. 30. 35. quos concontra divinam institutionem id feciſſe, non est verosimile. Tertia igitur Bartoli extat opinio, *in L.* 3. *de concub.* qui inquit, initio quidem certos hominum conjunctionib. fines à Deo positos, eoque tempore verum id fuisse, quod Jo. And. ait, Sed post primi parentis lapsum, humanamque naturam corruptam, omnia dein immutata, nullamque amplius usque ad leges scriptas, inter filios differentiam fuisse. Quam sententiam ego valdé absurdam puto, quasi veró post hominem
3 creatum, usque dum peccarit, longa fuerit intercapedo, & non eodem ferè momento hæc omnia sint confecta, ut sacri interpretes tradidère. Quasi etiam ante leges scriptas, post vetitum pomum deguſtatum, non plurima adulterii, & fornicationis exempla prodita reperiantur, ut aliàs suprà ostendi. *Genes. c.* 34. 38. 39. *& cap. quomodo.* 31. q. 1. Quærendum est igitur inter has tam varias Doctorum opiniones aliquid, quod omnem extricet nodum, remque hactenus perquàm obscuram valeat illustrare. Cujus rei gratia, ut quæstione pugnantia apparent, quæ sanè infinita sunt, conciliemus, necessarium existimo talem adhibere distinctionem, Nempe ut aliter secundum sacras literas, aliter secundum Jurisc. & Imp. nostros hanc controversiam decidendam dicamus. Mirum enim videri non debet, plera-
4 que in legibus nostris contineri, præsertim de rerum origine, quæ à divinis traditionibus nonnihil abhorreant. *cap. fin. §. his ita* 6. *dist.* Nam omnia quæ de jure naturali à Jurisconsultis nostris traduntur, vix ulla in re cum sacris literis possunt convenire. Credimus nos olim incertis sedibus homines vagatos, nullis legibus usos, omniaque omnibus fuisse communia. *Soz. rubr. de verb. obl. Cast. L. ex hoc jure, de just. & jur.* Hæc res secundum sacrosancta dogmata, à veritate longè aliena deprehenditur. *Cardi. c. dilectissimi.* 12. *q.* 1. *Gemin. c. jus nat. L. dist.* Dicimus nos juregentium posteriore servos, nullius actionis, justæve obligationis participes, sed veluti pro mortuis habitos fuisse, *Bartol. L. si id quod de condi. ind. & L. ex hoc jur. de just. & jur.* hoc apud sacræ legis historiam, longé aliter se habere certum est, quandoquidem, e bona propria sibi ipsis acquisiviſſe, sibi possedisse, *Reg.* 2. *c.* 9. 16. *Gen.* 47. dominis suis quandoque ab intestato successisse, *Gen. c.* 15. & sofrè in

judicio contra eos experiri potuisse, comperimus. *Job. cap.* 31. *Alciat. L paterfam. de verb. signif.* Sic quoque initio humani generis omnia omnibus ex voto successisse, ver æternum inter mortales viguisse, nullus armorum usus fuisse creditur, docet tamen sacrosancta Biblia, duras admodum leges homini ipsi, cùm primùm ferè in lucem editus est, à Deo constitutas, *Gen cap. 2. in fin.* ut scilicet suis sibi laboribus victum quæreret, nunc æstu, nunc frigore laboraret, hæcque perpetuó in commoda vitam illius
5 comitarentur. Unde in universum, quod de prisca illa temporis felicitate, aureoque seculo ab authoribus narratur, id si cum sacris conferas, inane prorsus, ridiculumque esse animadvertas, nec uspiam hæc Juris naturalis, aut gentium tempora, unà cum Juris civilis origine *Juxta §. singulorum. in fi inst. de rer. divis.* in iisdem sacris literis aptè probari. Quocirca, & in præsenti quæstione cúm quærimus, an initio inter legitimos, & illegitimos ulla esset differentia, crediderim ego ex sacris literis respondendum, veram esse Jo. Andreæ sententiam, cúm matrimonium à summo Deo principio fuerit constitutum, *cap.* 1. *de voto. in* 6. inde, & illegitimos à justis filiis fuisse sem-
6 per seclusos. Manifestum enim est, prohibuisse illum, ne quisquam cum pluribus, quàm cum cum una haberet uxore commercium, *cap. gaudem de divor. cap. quomodo.* 3. *q.* 1. sempreque post illud tempus in stuprum, & adulterium graviter fuisse ab eo animadversum, quod quanam alia ratione potuit institui, nisi liberorum causa? Ut intelligeremus non ex quovis congressu filios esse suscipiendos. Accedit etiam quód, & eo tempore nonnullos quidem filios ad successionem vocatos, alios verò omninò excluso legimus, *Gen. c.* 21. 25. quòd scilicet non omnes ex justis nuptiis essent procreati. Etsi fortasse contra hæc sanctorum virorum exempla reperiantur, quibus cum pluribus mulieribus fuit negotium, id ex gravi aliqua, & necessaria sané causa his permissum, divino ita suadente afflatu, credendum est, *cap. gaudem. de divort. cap. recurrat. cap. objicìuutur.* 32. *q.* 5 ex qua non ideo in cæteris idem servatum, quis rectè possit argumentari. *Arg. cap. quæ propter de regul. juris.* Jam verò si rem crassiori Minerva velimus dijudicare, secundum scilicet Jurisconsultorum nostrorum tempora, qui nondum arcana sacrosanctæ legis nostræ hauserant mysteria, quos deinde, & recentiores Imper. in his ubi nullum veræ fidei nostræ versaretur periculum, facilé secuti sunt, existimo sanè tunc veriorem esse contrariam opinionem, initio multis temporum spaciis, illegitimos filios nec cognitos fuisse, nominatos. Crediderunt siquidem prisci illi homi- 7
nes, cùm totum hoc quod hodie cernimus, à Deo fabricatum est, simul, & illi salutaria ferè omnia, & felicia ab eo tributa, nec inter homines quicquam nisi rectum, honestum, & penè divinum fuisse compertum, idque aliquot annis se ita semper habuisse, paulatim verò cœpisse hominem naturam ad turpes cogitationes labi; & à nativa illa animi bonitate, ac simplicitate pauló declinare. Ita deinde leges fuisse repertas, quæ excrescentem hominum malitiam cohi-

cohiberent, libidine temperarent ut Gregor. Pont. teſtatur *in proœm. Greg. Rex pacificus.* Verum igitur eſt ecundum hanc opinionem, quod Juſtin. ait *d §. natura* naturam initio omnes æqué liberos æqué, & legitimos produxiſſe, nec ante leges ſcriptas ſpurium
8 quempiam fuiſſe repertum, ſed non illa ratione, ut Accurſius, Bar. & Malum. putarunt: quod eodem tempore promiſcui eſſent concubitus, permiſſumque cum quauis muliere congredi, ſed quod tunc homines rationem tantum ſequentes naturalem, ſinguli ſui contenti nuptiis vivebant. Unde, & Sallvſt. Etiam vita hominum ſine cupiditate agitabatur ſua cuique ſatis placebant. Et in Lycurgo de Lacedæmonis Plutarchus ait, hos olim tum natura, tum moribus tantùm abfuiſſe ab ea quæ poſtea ſecuta eſt, mulierum facilitate, ut omninó incredibile eſſet, aliquem adulterio fuiſſe obnoxium, celebraturque illud Geradæ vetuſtiſſimi dictum, qui rogatus ab hoſpite; quid apud eos adulteri paterentur, Reſpondit, nemo apud nos fuit adulter. Hinc etiam carmen illud: *Viderunt primos argentea ſecula mœchos.* Sed quid in re clara pluribus opus eſt rationibus, cum hoc exprimat Juſtin. Donec (inquit) *d. §. natura* ſola natura *Quaſi, nullis adhuc vitiis inquinata*, hominibus ſanciebat, legitimos omnes æquè producebat. Cùm primùm verò ad libidinem divertere aliumque curſum tenere cœpit, tunc naturales, & illegitimos immiſcuit tunc, & leges ſcriptæ ſunt, quæ his rebus modum conſtituerent. Apparet ergo initio legitimum quemque fuiſſe, quod nemo ratione tunc abutebatur, ſelixque verè erat ætas illa. Ut primúm dein labefactari cœpit, delicta varia, luxus, & alia ſunt introducta, illegitimorumque, & nomem cœpit emergere Unde conſtat ex Juriſc. & Imperat. opinione, principio quidem legitimos omnes extitiſſe, illegitimosque primum cum legibus ſcriptis 9
prodiiſſe. Ex ſacris verò literis, ſemper ferè hanc cognitam differentiam, & nondum jure ſcripto multis ante ſeculis, & reipſa, & nomine, nonnullos injuſtos liberos conſpectos fuiſſe.

CAPUT III.

Illegitimi qui propriè olim dicerentur.

SUMMARIUM.

1 *Varii diverſarum gentium mores in contrahendis nuptiis.*
2 *Matrimonium aliquod verum, ſed non ratum.*
3 *Legitimi filii ſecundum patriæ conſuetudinem vocantur.*
4 *Juſtum matrimonium apud Romanos quale eſſet.*
5 *Cum exteris non erat jus connubij.*
6 *Roma quomodo hodie communis patria dicatur.*

CUm primum igitur lex certa hominum conjunctionibus eſt conſtituta, ſive ea à ſummo Deo, ſive à mortalibus fuerit accepta, tunc ſtatim illegitimi ij omnes appellari cœpti ſunt, qui contra tale legis præſcriptum in lucem eſſent ſuſcepti, ut nomen ipſum ſatis demonſtrat. Cujuſmodi

modi tamen eſſet hæc lex ipſa, non puto commodè literis mandari poſſe, cùm ex variis diverſarum gentium, & nationum moribus, iidem non apud omnes æquè legitimi aut illegitimi ſemper habiti fuerint. Legimus Scythas, Agathyrſos, Maſſagetas, &
1 plurimos qui ad Meridiem ſpectant, communes uxores habuiſſe, legitimumque apud eos matrimonium illud exiſtimatum: Alios, ut Garamantas, eos tantùm juſtos filios cenſuiſſe, qui formæ ſimilitudine parentem referent, ut ait Mela. Quoſdam, uti Arabes, unam omnibus conſanguineis uxorem eſſe voluiſſe, cæteros qui non eodem ex genere eſſent nati adulterinos creditos fuiſſe, Perſas verò, Medos, Parthos, id maximé ſolenne, & juſtum connubium habuiſſe, quod cum ſanguine conjunctis, ſororibus, matribus, & aliis conſanguineis eſſet contractum. Unde illud.

..Gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & natogenitrix, & nata parenti.
Jungitur, ut pietas geminato creſcat amore.

Rurſus alias mulieres apud Indos, eos ritè ſibi copulaſſe, quoſcunque: prior juſſiſſet maritus, cum cæteris nefarium extitiſſe concubitum Scribit quoque Plutarchus in Solone, caviſſe eum ut uxor ex mariti neceſſariis deligeret, cum quo rem haberet, atque id quod naſceretur, non alienum eſſet. Aliter tamen Lacedæmones obſervaſſe, idem in Lycurgo author eſt. Ut ex his colligamus certam non poſſe tradi in hac re regulam, cùm eadem vivendi ratio non ubique probetur, & quod ſanctum ac juſtum apud Italos cenſetur, id ut impium maximé vel Germani, vel Æthiopes, vel Britanni deteſtentur. Nam nec Cimoni turpe fuit Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio. Quippe cùm cives ejus eodem uterentur inſtituto, ut Probus refert *in proœm. & in Cimo.* Potuitque illud verum eſſe apud eos conjugium,
2 licet rarum non ſit *c. quanto de divort.* Nec enim eadem omnibus ſunt honeſta, & turpia, ſed id quiſque rectum putat tantúm, quod patriæ moribus convenit. Tales igitur, legitimi apud exteros populos habiti fuere, qui ſci-
3 licet ſecundum mores, rituſque ab iis approbatos geniti eſſent, illegitimi, quorum natales à patriæ inſtitutis abhorrerent. Eſſet verò longum nimis, ſi ſingularum civitatum, ut modó dicebamus, in hac re mores eſſent recenſendi, quin ſupervacaneum potiùs: cum de filiis tantúm Jure Roman. illegitimis nobis ſit tractandum. Propter-
4 eà Barbarorum tunc ritib omiſſis apud Romanos conſtat, eos ſolùm veros filios appellatos, qui ex matrimonio concepti eſſent, *inſt. de pat. pot.* Juſtum autem matrimonium inter cives tantum Romanos erat, *inſt. de nup. in princ.* legitimæque illæ demum nuptiæ habebantur, cum Romanus Romanam utriuſque accedente conſenſu duxiſſet uxorem, ut Caius in Inſtitutionibus ſcriptum
5 reliquid, *tit de matri.* Quod ſi imparem quis ſibi adjunxiſſet, velúti ſi Romanus cum peregrina, aut Latini nominis, aut externa alia muliere coiiſſet, nullum jus nuptiarum inter eos erat, natique liberi, ut minus juſti, *L. dimus de capt. & poſtl.* ſub patris jure & familia non cenſebantur, ſed matrem

trem sequebantur. Cic. in Topic. Si mulier, inquit, cum fuisset nupta cum eo, cum quo connubium non esset, nuncium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. *Tit. Liv. lib.* 43. Alia, inquit, novi generis hominum ex Hispania legatio venit ex militibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes supra 4. millia hominum, orabant, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatus decrevit latinam eam Coloniam esse, Libertinorumque appellari. Quin capitale hoc olim apud eos fuisse Theodosii testatur constitutio, *lib.* 1. *de nup. gentil. in cap. Theod.* Hinc legimus sæpè jus civitatis Romanæ aliquibus populis fuisse concessum, ut cum illis rata essent, & legitima connubii vincula. Campanis enim olim pro magno munere datum scimus, ut Romanas ducere liceret uxores, natique liberi justi hæredes forent, ut apud Livium extat. Idem & Novocomensibus à Cæsare Transpadanis à Pomp. Strabone, aliisque paulatim populis procedente tempore à principibus permissum, Plutarchus, Tacitus, Suetonivs referunt. Ast cum deinde cæteri populo Romano subjecti, idem jus civitatis quotidiè summis studiis efflagitarent, ut omnium votis gratificeretur Antoninus, constituit tandem, ut quicunque in orbe Romano esset, civis haberetur *lib. in orbe. de stat. hom. Auth. ut libe de cæt. §. si Alciat. lib. Disp.* 2, *cap.* 21. quo factum est, ut connubii jus, quod angustissimis principio finibus concludebatur, cœperit omnibus fere nationibus esse commune, cùm eorum omnium qui Pop. Romano parerent, Roma communis patria sit effecta. *Lib. Roma ad Municip.* Dicti sunt igitur legitimi, qui ex matrimonio inter cives Romanos inito susciperentur: Unde, & quinam illegitimi dicerentur, facilé unicuique constare potest *Arg. lib.* 1. *de his qui sui sunt.*

CAPUT IV.

Matrimonium quomodo olim contraheretur, ut ex eo legitimi existerent filii.

SUMMARIUM.

1 *Uxores olim apud Rom. triplicis generis.*
2 *Quæ materfam diceretur, & de matrimonio per coemptionem.*
3 *Varii ritus inducenda uxore.*
4 *Auspices in nuptiis, & Dii nuptiales, n.* 5.
5 *An si quid ex veteri ritu omissum esset, justum id matrimonium haberetur, plura in utranque partem afferuntur.*

NOn satis tamen olim erat ad verum matrimonii fœdus, Romanum civem, Romanam sibi fœminam adjunxisse Sed adhibendi quidam erant ritus, solennesque ceremoniæ, quibus omissis, veluti neglecta religione conjugium non censebatur, nec ex civium Rom. instituto celebratum. *Alex. Dies Gen. lib.* 2. *cap.* 5. Varia autem hæc olim erant tam quæ in sponsalibus, quàm quæ in nuptiis peragendis, jungendaque viro uxore, solebant 1

obser-

obſervari. Nam, & tribus modis uxor olim habebatur, ut tradit Boetius, *in Topis Cic.* farre, uſu coemptione. Confarreatio ſolis Pontificibus conveniebat, cûm in ea far adhiberetur, quod ſacrificiis aptiſſimum eſſe exiſtimabatur, unde, & hæc matrimonia ſacra nuncupabant, authore Alicarn. *lib.* 2. *Antiquit.* Quæ autem farre vel uſu mulier marito copulata eſſet, ea uxor tantum dicebatur. Aſt quæ per coemptionem in manum viri conveniſſet, hæc præter uxoris nomen, mater quoquē familiàs vocabatur. Coemp-
2 tio veró certo more peragebatur, nam ſeſe coemendo invicem interrogabant, vir ita, an ſibi mulier, materfamilias eſſe vellet, illa reſpondebat velle: Mulier, an ſibi paterfam. vir eſſe vellet, ille velle reſpondebat. Itaque mulier in manum viri conveniebat, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem: ad quod alluſit Virgilius eo carmina:

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undís.

Forteque hæc olim juſta uxor dicta eſt. *L. Si uxor de adult. ubi Budæ.* Cujus ritus meminit, & Cic. pluribus in locis. *Pro L. Flac pro Muren. in Top.* Multa autem præter hæc ſolemnia in omnibus nup-
3 tiis ſervari mos erat, quæ ego in præſenti referenda non duxi, tum quód eadem deinde antiquata fuere: tunc quod ab hiſtoricis, & his qui variarum rerum cōmentarios ſcripſerunt, hæc copioſiſſimè tradita extant, *Plut. Rodigin. Budæ Tiraq. de leg. connub* nimiumque; trita jam, & vulgata eſſe cœperunt. Quemadmodum ut dum ſponſalia inirentur, proprium ſponſi aut ſponſæ nomen ne exprimeretur: ſed vir Caius, virgo Caia diceretur: mulier dum mariti domum intraret, ne pavimentum pedibus attingeret, colum cum fuſo ſecum ferret, Talaſii nomen invocaretur, nuces ſpargerentur, & ſimilia, inter quæ præcipuum id fuiſſe legimus, quod memorat Scævo. *L. pen. §. fin. de donat. inter vir. & uxorem.* ut aqua, & ignis in nuptiis ſanciendis intereſſet. Adeoque ſuperſtitioſa olim erant hæc omnia, ut malé is audiret, qui talia matrimonii auſpicia non rité ſervaſſet. Nam nec menſe Maio rectè nuptias confici potuiſſe, nec diebus feſtis id virginibus licuiſſe, Plutarchus in Problem. author eſt, neſcioque an ſi quid horum omiſſum eſſet, filii tunc temporis juſti haberentur, quaſi ex in auſpicato matrimonio editi, ſi quidem ſcimus tunc auſpices adſcitos, qui pro nuptiis auſpicium caperent, iiſque celebrandis præeſſent, ut Valla ſcribit, *lib.* 6. Unde Cicero, *lib.* 1. *de Divinat.* Nihil ferè quodam maioris rei, niſi auſpicato, ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant, & Valerius Maximus, *lib.* 2. *cap.* 1. Apud antiquos non ſolùm publicé, ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto, quo 2
ex more nuptiis etiam num Auſpices interponuntur, & Plautus:

Argentum ſi quis dederit, ut ego ſuſpicor,
Ultrò ibit nuptum, non manebit auſpices.

Hinc etiam nuptiales quinque Dii dicti, quos in connubiis ex ritu invocabant, ut Plutarchus refert, & Gyraldus latiûs in divinis ſuis de Diis gentium commentariis. *lib.* 3. *cap. ult.* Ex quibus quidam, in ſuſpicionem aliquam ducor,

ducor, cùm videam veteres illos adeo religionis, & ceremoniarum fuiſſe cultores, ut ſi hæc nuptiarum ſolenia ſervata non eſſent, ea non uſquequaque juſta connubia crederentur, *facit dict. l. pen. §. fin. de dot. inter vir, & uxor.* Sic enim, & Catullus de his loquens, & Hymenæo ait:

Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens.
Stirpe dicier.

Et Claudius.

Hunc muſa genitum, legit Cytherea, ducemque
Præfecit thalamis, nullum junxiſſe cubile
Hoc ſine, nec primas fas eſt attollere tædas.

Et Ovidius:

Vota viri captant qui jam cæptanda putabant,
Quos faciet juſtos ignis, & unda viros.

Videmus quoque Græcos, eos qui ex occulto congreſſu oriuntur proprié illegitimos vocare, nempe, qualis Theſeus fuiſſe perhibetur. Quid verò aliud eſt furtiva conjunctio, niſi ubi partius ritus ſervatus non eſt *Bart. lib. 2. c. de his qui ex pub. rat. lib* 10. *& lib. fin. de ri nupt.* Id quoque non levi eſt argumento, quod hodie hæc omnis nuptiarum celebritas abrogata fuit, declaratumque legitimum id dici matrimonium, quamvis in eo aliquid ex iis deſit, *L. ſi donat. C. de nupt.* quaſi antea, ſi quid neglectum eſſet, nihil validum; aut rectè factum cenſeretur. Scio tamen hæc nimis ſcrupuloſa fortè videri poſſe, præſertim Juriſconſultis noſtris, qui nolunt actum ullum vitiari, ubi illi perficiendo, levis tantùm aliqua ſolennitas deſideretur, *L. 1. §. fin. de vent. inſpi. Bart. L. fin. §. 1. C. de jure de lib. Jaſ. l. 2. § prius de vulg. & pup.* quales hæ, quæ olim in nuptiis adhibebantur, facile videri poſſunt. Propterea, & ego ſubſiſto, extantque pro hac parte & veterum authoritates. Nam Lucanus de Martia, & Cæſare ita inquit *lib.* 2.

Fœdera ſola tamen, vanaque carentia pompa,
Jura placent, ſacriſque Deos admittere teſtes.

Et paulò poſt.

Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui,
Junguntur taciti, contentique auſpice Bruto.

Et Demea apud Terentium jubet *in Adelph.* jubet Æſchini filii nuptias abſque Hymenæo, facibus & ullo apparatu confici, quæ ſi neceſſaria fuiſſent, credendum non eſt patrem omittere voluiſſe, quamviſque id Athenis actum fingatur: idem tamen ritus videntur, qui & apud Romanos ſervabantur, cùm & omne jus tam ſcriptum, quam non ſcriptum à Græcis principio ſumptum fuerit §. *& non in eleganter inſt. de jur. nat. gent.* Inquit verò Æſchinus: *Actu 5. Sceva 7. in Adel.*

Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere, in apparando totum conſumunt diem DEM. Quid igitur Æſchine? ÆSCH. Hem pater mitu hic eras? DEM. Tuus hercle verò, & animo, & natura pater, qui te amat plus, quam hoſce oculos: ſed cur non domum uxorem accerſis? ÆSCH. Cupio, verùm hoc mihi mora eſt, tibicina, &

Hymeneum qui cantent? DEM. Eho vintu huic ſeni auſcultare? ÆSCH Quid? DEM. Miſſa hæc face, Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas, atque hanc in horto maceriem jube dirui quantum potes, huc transfer, unam fac domum, traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. AESCH. placet, &c.

CAPUT V.

Quenam hodie ad Verum Matrimonium, Jure civili, aut Pontif. requirantur.

SUMMARIUM.

1 *An jure civili, in matrimonio conſenſus verbis expreſſus requiratur, aut tacitus ſufficiat.*
2 *Jure Pontif. quæ ſolennia in nuptiis adhibeantur.*
3 *An omnia ſint omninò neceſſaria.*
4 *Differentia in dejudicando matrimonio inter jus civile, & Pontif.*
5 *Cur Jure Canon. expreſſa magis verba in nuptiis, quàm Jure civili requirantur.*
6 *Matrimonium clandeſtinum, veré quandoque eſt matrimonium.*
7 *Nati ex clandeſtinis nuptiis, an ſint legitimi.*
8 *Clandeſtinum matrimonium hodie quod dicatur.*

ABolita deinde ea omnia vetuſta ſolennia fuere, legibuſque novis introductum, ut matrimonium ſolo coeuntium conſenſu perficeretur, idque ſatis eſſet ad legitimam ſobolem comparandam *L. ſi donationum C. de nupt.* paucis exceptis caſibus, ubi inſtrumenta dotalia ſunt neceſſaria, *§. quia verò leg* 1. *Authen. ut lic. matr. & an. cum gloſſ.* quem tamen conſenſum, ut manifeſtus eſſe verbis exprimi lex juſſit. *Gloſſ. L. cum notiſſ.* 1. *ver. ſolam. C. de præſcript.* 30. *ann.* Aliter enim ad mulierem, ut uxorem, aliter ad concubinam accedendum eſt. Siquidem cum hac nobis omnis vitæ conſortium, omnia divina, humanaque jura communia ſunt futura, *lib.* 1. *de ritu nupt.* cum illa quidquid intercedit, plerunque voluptatis gratia potius fieri intelligitur. Non nego tamen, & abſque verbis matrimonium jure civili iniri poſſe, dummodò exteriore aliquo actu aut evidenti quopiam indicio, cæteris ſignificetur, cum ea nos uxorio animo verſari *L. in liberæ, cum gloſſ. de ritu nupt.* & ideó qui in rebus veneris cum muliere deprehenſus eſt, ita ſatis crimen excuſare poterit, ſi eam ſe veluti uxorem, non ut amicam cognoviſſe aſſerat, idque aliqua probabili nitatur conjectura, *Bald. e* 1. *§. injuria de pace jur. n.* 39. *& in L.* 1. *C. de confeſ. n.* 35. quæ quidem cúm ex perſonarum æqualitate, conditione, tum verò ex mutua illa conſuetudine, quæ inter eos intercedit, facile colligi poteſt, *L. donat, de donat. ubi Imol.* Sed hæc jure civili, Jus veró Pontificium aliud circa hæc ſtatui: exigit enim ſolemnia multa in contrahendis nuptiis, præter eorum conſenſum, qui jungi volunt, veluti ut à parentibus puellæ petantur, honeſtè dotentur, Paranymphi nuptiis adſint, in templo à ſacerdote luſtrentur, preces ſummo Deo nuncupentur, & hujuſmodi quædam, *cap.* 1. 30. *quæſt.* 5.

quæ

quæ de ſacræ veteris legis ritibus
3 ſumpta eſſe videntur, *Tob. cap. 7. 8. 10.* quarum tamen nonnulla facilè quidem omitti poſſunt, cum honeſtatis tantum cujuſdam cauſa requirantur, quale illud eſt, ut parentes filias ſuas viro deſpondeant iisque æquam dotem conſtituant, *cap. noſtrates in fin. cum gloſ. 30. q. 5.* alia verò ſi adhibita non ſint, non quidem matrimonium ipſum vitiant, ſed magni eos qui hæc ſolennia ſpreverint, criminis reos reddunt. *Hoſt. in ſum. de clandeſt. §. quam pœnam, & Abb. cap. 1. eod. tit.* Unde, & jus Pont. has deinde non nuptias, ſed clandeſtina vocat matrimonia, mulieremque ſic privatim ductam, non uxorem, ſed concubinam *cap. omnibus, §. 134. diſtin. & Card. in §. is*
4 *qui ead. diſt.* Hincque oritur quoque ſumma inter Jus civile, & Pont. differentia. Nam jure civ. qui cum ingenua, & ſibi æquali muliere conſuetudinem habuerit, is præſumetur matrimonii cauſa ita cum illa verſatus eſſe, ut modò diximus, *d. L. in liberæ, d. L. donat.* Aſt jus Pontif. niſi præſentibus teſtibus, aliiſque ritibus ſervatis, palàm de utriuſque conſenſu initio conſtiterit, eam conjunctionem ſecutam, adulterium potiús ſeu ſtruprum, quam matrimonium interpretatur. *Gloſſ. c. 1. 30. quæſt. 5. & in c. illud. ver. uxorem, de præſumpt.* Vult enim utriuſque coeuntis voluntatem omninò manifeſtam, verbiſque expreſſam eſſe *cap. tuæ, de ſponſalib.* Quod tamen non ideo factum eſt, quaſi conſenſus tacitus, ad verum matrimonium conficiendum, ſicuti & expreſſus idoneus non ſit, nam & ſolo conſenſu hoc jure conſtat matrimonium. *c. ſufficiat 27. q. 2. cùm locum de ſponſ.* Sed lex Pontif. quæ cujuſque ſalutem præ oculis ſemper habet, *cap. ſignificaſti 2. de homic.* ut periculis omnibus occurrat, in quæ naturæ noſtræ imbecillitas labi poſſet, illam partem quæ unicuique tutior eſſe poſſit, ſemper amplectitur. Pro- 5
ptereaque ubi verba non ſunt expreſſa, cùm dubia ea ſit conjunctio, alteriusque mutata voluntate, fraus facilè committi, & dirimi matrimonium poſſet, *cap. ſi quis ead. quæſt.* lex ad turpem omnem ſuſpicionem excludendam, tum etiam ne quis judici queat imponere, voluit conſenſum hunc palàm ſignificari. *Præpoſ. Rub. de cland. deſp.* Quæ res quoad matrimonii vim. Deique judicium, minús erat neceſſaria, cùm is ſatis intima cordis noſtri norit penetralia, intelligatque qua mente, & conſilio à nobis cuncta gerantur. *cap. tuæ cum gloſ. de ſponſ.* Propterea ſi quærat aliquis, an matrimonium ſic clàm contrac- 6
tum, bona tamen conjugii fide matrimonium verè ſit: Reſpondendum eſt; id procul dubio re ipſa matrimonium eſſe, ex quo matrimonii cauſa uterque conſenſit, *d. c. ſi quis Card. Cal. Præpoſ. Rubr. de cland. deſp. Dec. conſ. 231. num. 6.* eccleſia tamen id ita interim non probat, quod illi juſta ſolennia defuere. Intelligimus ergo, hæc non perficere matrimonium, ſed potius declarare. Quapropter ſi hi, qui ſic clám initio ut conjuges ſimul cojerunt, rem deinde aliis, ut ſeſe habeat, detexerint, ii póſt non ut fornicatores, ſed veri conjuges etiam anteacto tempore fuiſſe in foro Pontif. judicantur; *cap. 2. de cland. deſp.* cùm & antea vir ac mulier quoad affectum, rectè uxor, & maritus appellari poſſent, *cap. om-*

nibus. §. 1. 34. *dist.* quin, & aliis quandoque modis contingit, furtivum initio concubitum, pòst justum connubium censeri: *c. illud de præsump. c is qui fidem, de spons. Alex. consil* 151 *in* 5. quos suo loco commodius referemus. *c.* 10. Hinc ergo sequitur, ut nec filii nati ex hoc clandestino conjugio illegitimi habeantur, præterquam si intra gradus prohibitos fuerint concepti, *cap. fin. §. si quis verò erit.* legis enim illa præsumptio, ut ubi solennia omnia adhibita non sunt, fornicatio potius talis sit censenda; in ipsorum furtim coeuntium odium; tantùm recepta est; quæ non ideò legitimos filiorum natales ulla in parte lædit. *Abb c. lator. qui fil. sint leg. Dec. c. ecclesia de const. num.* 44. *Alciat. reg.* 2. *præsump.* 5. Sed tutius multò erit; morem ab ecclesia in nubendo constitutum observare, ut parentes quovis tempore, & suæ ipsorum famæ, & liberorum suorum cõsulant. Si tamen alia esset alicujus civitatis consuetudo, quæ aliquid ex his quæ ab ecclesia requiruntur: soleat omittere; non crederem eum nota dignum: qui patriæ institutum sequeretur; *Socin jur. consil.* 86. *col. pen. & fi. in* 2. cùm traditum sit ea tantum clandestina matrimonia dici, quæ præter morem; ritumque patrium contracta sunt. *Bart. lib.* 2. *C. de his qui ex pub. rat. lib.* 10. *Abb. cap. fin. de cland. despons. num.* 9. Id circoque nec hodie ampliùs publica illa in ecclesiis denunciatio propositis edictis videtur necessaria, *De qua in c. fin. de cland. despons* cùm satis sic convocatis amicis hæc solennia peragere; qui mos ubique ferè; sed maximè in Italia ad huc viget ut Doctores multi attestatur *Joan. Lup. in tract. de matri & leg. in* 2. *part. princip. Doct. & præp. cap fi ae clandest. desp.* Quoniam tamen in hac re, magni nominis Ruinum in responsis suis variasse legimus; *Ruin consi.* 14. *num* 10. *in* 3. *& idem contra in cons* 51. *num.* 15. *vol.* 5. de ea latius infrà agendum reservabimus *cap.* 9.

CAPUT VI.

De variis causis matrimonium impedientsbus.

SUMMARIUM.

1 *Non licet eodem tempore plures uxores habere, & quæ sit ratio.*
2 *Cur inter propinquos matrimonium prohibeatur.*
3 *Inter ascendentes, & descendentes non consistit matrimonium.*
4 *Inter transuersales quando permittatur.*
5 *Apud Hebræos cur fratris mortui uxorem ducere liceret.*
6 *Jure civili intra quem gradum nuptiæ probentur.*
7 *Quid jus Canonicum statuat, & cui magis standum sit.*
8 *De cognatione spirituali.*
9 *De cognatione legali, An ex his matrimonium impediatur.*

QUod modo diximus, ad legitimorum filiorum procreationem, satis esse, virum, & uxorem inter se matrimonij causa consentire, hoc tamen non usquequaque, sed moderatè sanè intelligendum est.

Sunt

Sunt enim certæ personæ exceptæ, cum quibus non nuptias contrahimus, & quasi limites quidam præfixi, quos in nubendo transilire omninò prohibemur. Nec enim quod antea de pluribus gẽtibus, & nationibus retulimus, apud quas sine delectu nunc filij matribus, nunc patres neptibus, ipsique inter se fratres, & sorores, atque uni plures quandoque miscebantur, hujusmodi monstra, & portenta potiùs, Romani in sanctissimas suas leges recepere: quin certis ordinibus distinctis, & gradibus quibusdam constitutis, hoc illis præ cæteris fuit antiquissimum, ne beluarum more temeré, & fortuitò ad tam verenda matrimonii sacra irrueremus, *cap. nuptiarum* 27. *q.* 5. Principio igitur illud satis constat, eum qui ritè uni mulieri junctus est, non posse eodem tempore, & justam cum alia fœmina habere consuetudinem, *L.* 2. *C. de incest nup. L. eum qui C. de adulter.* hujusmodi enim hominem ut fœdissimum; etiam Prætores indicto infamia notaverunt. *L.* 1. *in fin. L. quid ergo, de his qui not. infa.* Siquidem barbaborum potius mos ille est, ut inquit Cic in Ver. Solere ajunt barbaros reges, Persarum ac Syrorum plures uxores habere, & Tacit. Soli, inquit; Germani ex barbaris omnibus, singuli singulis junguntur uxoribus. Et licet apud Rom. olim Valentinianus Cæsar duarum simul uxorum conjugium permisisset, Julius etiam Cæsar liberorum quærendorum causa, ut quot quisque vellet uxores ducere; legem ferre constituisset. *Suet. in causa cap.* 52 quod, & Socratem, & Demetrium, & Euripidem, & alios factitasse ajunt, *Tyraq. de legibus Concub. pag.* 55. 59. fuerunnt tamen hæc posterioribus legibus meritò abrogata, *L. nemo.* 1. C. *de Judæ L. eum qui. Cod. de adult.* summaque in eos qui secus facerent, pœna constituta. *Alex. consil* 165. *in* 7. *Rom. consi* 31. Nam cum, & illi qui plurium fœminarum commercia appetunt, non leve incontinentiæ, & libidinis suæ præbeant documentum, cùm legamus antiquitus, quæ uno contentæ matrimonio fuerant, coronæ pudicitiæ ornatas, ob id scilicet quòd existimabant, eam quæ plures viros experiretur, ab intemperantia, & lascivia non abesse. Tum verò non dubium id est, eam ex nuptiis inter maritum, & conjugem necessitudinem conciliari debere, qua nulla arctior possit existere, quippe quæ non corpora tantùm, sed, & animi affectus gaudia, dolores, voluptates, perturbationesque communés reddat, mutuoque in omnibus, officio, & voluntate eos devinuiat. L. 1. *de rit. nupt.* L. *adversus C. de crimi. exp. hær.* Quòd si aliquis hæc ipsa non uni tantùm, sed pluribus mulieribus voluerit impartire, id profectó veræ, & integræ amicitiæ jus videtur pervertere, quæ cùm duorum vinculo p rfectè solidetur, non in plures distrahenda, sed duorum tantummodò animorum jugo vincienda, perpetuoque ita est retinenda, *Arist. ethico* 8. *cap.* 5. quam rem, & multis aliis rationibus, multi maximi, & clarissimi viri comprobavére. *Lact li.* 3. *cap.* 21. *Laert. in Zeno. Arist. polit.* 2. *c.* 1. 2. *Card. c. dilectissimis.* 12. *q.* 1. *nu.* 9. Quibus non obstant contraria exempla sanctorum viorum, Jacobi, Abrahami, Lamech, qui plures uxores leguntur habuisse, nam ut

In-

Innocentius Pont. ait, *cap. gaudem. de divor. ver. nec ulla.* cùm illis ita divino afflatu ſuadente licuerit, noſtrum non eſt rem tam arcanam, & ſacram communibus regulis aut exemplis conferre, *cap. duæ ſunt.* 19. *q.* 2. quod, & ſuprà
2 attigimus. Fuerunt præterea, & inter propinquos, qui maxima eſſent inter ſe ſanguinis conjunctione devincti, prohibita, an ob id fortaſſe, quód naturalis neſcio quid verecundiæ nobis innatum eſt, qua hujuſmodi ſanguinis commixtionem in conjunctis abhorremus? An quód nuptiis neceſſitudines augeri debent, & per eas plurimorum nobis ſocietatem, & coniunctionem adiungere, *c* 1. 35. *q.* 5 An quod mulieres propter imbecillitatem, multorum ope, & auxilio egentes, propinquis idcircò nubere noluerunt, ut ſi qua à ſuis viris injuria afficerentur, cognati opem ferrent, quod Plutarchus tardit? Illud quidem certum eſt, inter aſcendentes, & deſcendentes juſtum matrimonium tam civili quàm Pontificio jure non poſſe conſiſtere, *L. nuptiæ, cum gl. derit. nup.* quod cúm & olim apud veteres diu obſervatum fuiſſet, vir quidam deinde ſanè pauper, cæterùm bonus, & in primis populatibus acceptus, neptem, cui ampla dos fuerat relicta, primus in matrimonium duxit, qua de re à multis accuſatus, cúm, & idem multitudinis judicio abſolutus fuiſſet, plebiſcitum deinde factum eſt, ut in ducenda uxore, uſque ad neptes deſcendere liceret, ſuperior neceſſitudo prohiberetur. *Plutar. in Problem.* Hodie tamem uſque in infinitum hujuſmodi nuptiæ vetitæ ſunt *Hoſt. in ſum. de conſ. & affin. §. item quæritur.* quod, & in jis qui parentum filiorvmve loco habentur, qualis eſt noverca, & jure optimo procedit; *§. affinitatis. §. ſocrum. Inſt. de nupt.* tam etſi Antonium Caracallam legamus, Juliam novercam uxorem duxiſſe, cauſatus, Principi quodcunque liberet, impune licere. Inter eos verò qui ex tranſuerſo nobis junguntur latere, licet non in infinitum, ſunt tamen, & uſque ad certum gradum vetita connubia, quod quidem variè apud veteres obſervatum eſt, fratris enim filiam ducere legibus antea prohibebatur, ſed ubi Claudius Cæſar *Suet. in Claud. cap.* 26. rem deſuetam uſurpans, Agrippinam, quam maximè deperiebat, ſibi uxorem deſponſavit, idem paſſim cæteri deinde Principes licere voluerunt, quod tamen deinde à Nerva fuit ſeuera conſtitutione prohibitum, *Dion. in vita Neruæ*, hodieque ſervatur, *§ fratris in ſtit. de nupt.* Fratres etiam defuncti ſorori copulari antea licebat. *L.* 1. *C. de in ceſt. nupt. in C. Theod.* Cæcilius enim Metellus uxore defuncta, illius ſorori nupſit. & L Craſſ. ex defuncti fratris uxore filios ſuſcepit, quod Hebræis lege veteri expreſſè erat præceptum, ut ſcilicet fratris, qui ſine prole diſceſſiſſet, ſemen ſuſcitaretur. *Deuter.* 25. *Luc.* 20. Hodie, & hoc utroque jure eſt abrogatum, *cap. ſi quis deſponſaverit.* 27. *q.* 2. *cap. ſi. de divort. L. tanquam Cod. de in c. nupti in Cod. Theod.* Illud enim quòd iis priſca lege ſub verborum involucris juſſum fuerat, aperté deinde, quid id ſibi vellet, declaratum eſt, *c. olim.* 28. *q.* 1. Præterea Hebræi ipſi, ut tradit Auguſt, *lib.* 11. *de civit* hoc maximè curabant, ne propinquitas novis propaginum
4 or-

ordinibus se sensim dirimens, quasi evanesceret, ideoque cognationem antea cœptam, tursum matrimonij vinculo colligebant, quodammodò fugientem revocabant, ut in una familia vel tribu opes in perpetuum permanerent, Moyse ita dicente. *Nunc. 36.* Omnes viri ducant uxores, de tribu, & cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in familiis. Cùm enim in bonis, quæ in unamquanque tribum fuerant æqualiter distributa *Num. 26.* & fœminæ ab intestato succedere possent. *Num. 27.* curabanti dcircó ut in propria familia nuberent, ne bona in diversam tribum pervenirent, possessioque antea rectè divisa conturbaretur, alienaque familiæ locupletiores redderentur. *Ruth. 4. Tho. 7.* Sed hæc jam desueta, & obliterata sunt. Diversæ enim prorsus tam civili quám Pont. jure connubiis hodie leges sunt præfinitæ, siquidem jus civile quascunque intra tertium cognationis gradum contractas nuptias damnat, in quarto, & reliquis (dum tamen de iis personis non agatur, quæ parentum loco habentur. §. *item amitam*: *cum glo. Inst. de nup.* approbat, & admittit. §. *duorum. Inst. eo. L. nemini. C. eod.* Sic enim Brutus Portiam Sobrinam, & Scipio Nasica sobrini Africani maiorem filiam sibi desponsasse fertur, quod, unicuique licebat. Jure verò Canon. & olim variarum fuit. Fabianus enim quartum affinitatis gradùm interdixerat, *cap. de ppinquis. 35. q. 3.* postmodum Julius non quarto contentus, rem usque ad septimum perduxerat *cap. nubium. q. ead.* quod, & ipsum Gregorius comprobarat, *cap. de affin. q. ead.* Visum tamen deinde nimis hoc severum est, cùm nemo ferè connubium in propria posset civitate reperire, & ideirco Innocent. III. ut in secundo affinitatis genere nuptias admisit, ita quartum consanguinitatis, & cognationis gradum excluſit, quod, & hodie servatur, estque plurimùm in usu. *cap. non debe, de cons. & affin.* Illud quidem omnibus notissimum est, non eodem modo gradus Jere civili, & Cano. di- 7
numerari, cùm jus civile quo ad tutelas, hæreditates, successiones, eos recenseat. Jus verò Pont. ratione matrimonii, & conjunctione, de iis agat unde, & in propria quodlibet materia seruaudum erit. *cap. ad sedem 35. q. 5.* Sané, & ad impediendas nuptias 8
illa potissimum affinitas considerari solet, quæ ex lustricis sacris (cognationem spiritualem vocant) contracta est *cap. 1. de cog. spirit. in 6.* Etenim si arctior sanguinis conjunctio legitima impedire matrimonia apta est, quo magis hoc ex divinis sacramentis profecta cognatio efficere debebit, *cap. 1. 2. 30. q. 3.* cùm præsertim iis qui puero in his sacris auspex sit Deo fidejubere videatur, se in illum quæ ab optimo parente solent officia proficisci, egregiè collaturum, *cap. vos ante. de consetrat. dit. 4.* Prohibet igitur quàm plures personas hujusmodi cognatio inter se nubere, *Gl. cap. 1. §. fi. de cogna. spirit. in 6. Abb ca. Martinus eod. tit.* quod non tam Principium constitutionibus *L si quis alumnam. C. nupt* sed; Pont. Decretis sæpissimè est traditum. *tot. titu. de cogn. spiri. & 30. q. 2. 3. 4.* etiamque in illegitimè natis locum habet, *Abb. cap. si. de cogn. spir.* Illa etiam cognatio nuptiis 9
im-

impedimento esse solet, quæ solo Juris civilis vinculo jungitur, adoptioneque contracta est. Cùm enim ad veri matrimonii similitudinem sit instituta, non patitur parentes fratres ipsos inter se copulari, *c.* 1. *cap. per adop.* 30. *q.* 3. suosque: & ipsa ordines constitutos habet, quos egredi non licet. *Gloss. c. unde cogna. seq.* Quæ tamen omnia tunc demùm legitimam sobolem efficiunt, nisi justus error probabilisque ignorantia parentes ab omni crimine excusaret. *cap. ex tenore*; *qui fil. leg. ca. fin. de clan.* Ea autem cujusmodi esse debeat, ut nihil filiis noceat, Doctores latè declarare solent. *Dec. consil.* 153. 154. *dicemus infr. c.* 9.

CAPUT VII.

An ex illicito concubitu, affinitas ulla oriatur, quæ matrimonium impediat.

SUMMARIUM.

1 *Affinitas quid sit.*
2 *Illegitimi dicuntur conjuncti, nisi certis casibus. n.* 6.
3 *Ad impediendas nuptias, illegitimi nihil à legitimis differunt.*
4 *Affinitas cum illegitimis quomodo consideretur, tam Jure civili, quam Pont.*
5 *Affinitas justa quæ sit, & quæ naturalis tantùm.*
6 *Quo casu illegitimi consanguinei appellentur.*

INter cætera quæ matrimonium inter aliquos jungi prohibent, supra diximus affinitatem memorari, ubi ea intra quartum gradum nobis antea cum aliquo intercedebat. Uerùm id nunc in quæstionem venit utrum ex quacunque vel illicita conjunctione, an verò ex legitimo tantùm matrimonio hæc affinitas oriatur, puta, fuit mihi quandoque cum aliqua muliere consuetudo, poterit ne filius. aut frater meus illam amplius uxorem ducere, aut ego illius matrem sororem, nepotem? Res prima quidem facie, eam partem videtur suadere, quæ favet matrimonio, ut id liberé inter eos contrahi posse dicatur. Primò, quòd scimus affinitatem dici, conjunctionem personarum, quæ antea diversarum erant cognationū, per nuptias copulatam *L. non facile. §. affines, de gra. aff.* Ubi ergo nuptiæ non erunt, ibi nec affinitas ulla conjungi poterit, *d. L. non facilé. §. sciendum.* Deinde quòd cum affinitas, & civili, & Pont. Jure, ut res honestissima sit recepta, non videtur ea ex his complexibus, qui turpes, & illiciti sunt, posse existere, cúm id, quod per se facinorosum, inindignumque est nihil decens, honestumque unquam parere valeat. *c. legi.* 16. *q.* 1. *c. cum Paulus* 1. *q.* 1. Postremò quód illegitimé nati, nullo prorsus Jure nec civili, nec naturali, patri suo unde affinitas oritus, juncti esse intelliguntur, quin ab eo ejusqùe agnatis penitus alien. *L. si spurius, unde cog. Aut. licet. in fin. C. de nat. li Bal. L. cùm legitimè, desta homi.* Quid ergo eos prohibit, nuptias inter se conficere, si nulla antea simul necessitudine sunt copulati? Vereor ego tamen, ne contraria sen-

ten-

tentia verior multò sit, quàm alii probare rationibus esset supervacaneum, cùm expressè multis, & civili, & Pontif. Jure tradi-
3 tum sit, nihil interesse ad impediendum matrimonium, an ex justis nuptiis cognatio descendat, ait injustis, *L. & nihil derit.nup.* cùm ex quocunque concubitu affinitas contrahi soleat; *c. discretionem c. pen. de eo qui cogn. conf. cap. per tuas de proba. ubi Dec. 2. notab.* Id verò ita receptum dicitur, ut quamvis cæteris in rebus, illegitimè nati, nullum jus conjunctionis à patre ducant, in hac una tamen causa, ubi de matrimonio agitur, voluerunt leges eorum, perinde ac legitimorum rationem habendam, eò quòd in matrimoniis naturale jus, & pudor in primis inspiciendus est. Contra pudorem autem, eas personas, quæ à nobis sanguinis semina hauserunt, inter se ita copulari, In *L. ad optiv. §. serviles de ritu nup. L. liberi, cum glo. C. de nup. Ang. cons.* 401. *nu.*
4 9. eo quidem fateor adhuc esse controversiam, quod volunt Doctor. *Glos. §. affinitatis. In tit. de nupt.* quamvis cum legitimis eadem connubii jura serventur, lege tamen civili, cum his affinitatem nullam unquam considerari, sed quiddam aliud potiùs esse, quod matrimonium impediat celebrari, eò quòd affinitas hoc Jure non nisi ex justis nuptiis oriatur, *d. §. sciendum.* Jure verò Pont. secus esse, cùm ex quocunque concubitu illa contrahatur, *d. c. discretionem. ver. affinitas*, & *cap. penul. eo tit.* Et propterea non eodem modo affinitatem Jure civili, ac Canonico ajunt diffiniri. *Jo. And. 35. q. 5. in Arb. affin.* Ego verò aliter semper putavi, videlicet Jure civili, quoad impediendas nuptias, nobis cum vulgo quæsitis filiis, jus necessitudinis intercedere, & idcircò fratrem legitimé natum, prohiberi vulgo quæsitam sororem suã uxorem ducere, quòd inter eos cognatio spectetur, *L. & nihil. deritu nupt.* & eam ratione patrem naturalem cum filia spuria non posse copulari, *L. adoptiv. §. serviles eo.* sicuti nec filii cum patrum suorum concubinis, *L. Liberi C. de nupt.* Hoc autem sive cognationem, sive affinitatem, justam quidem dici non contenderim, ita cæteris in rebus veluti hæreditatibus, tutelis, testimonis dicendis, & hi affinium numero habeantur. *Juxta L. Jurisc on. in prin. de grad. affi.* Sed quoad hanc tantùm causam dico ubi de nuptiis celebrandis agitur, eos ut affines, Jure civili rectè censeri posse, *Glos. L. non facilè. §. affines eo Azo. in Sum. Cod. de nupt. §. est. autem* sicut, & Jure Canonum, ob idque nullam inter hæc duo jura, quo adhanc rem, differentiam supereſſe, cúm in dubio Jus civile contrarium Pontificio non præsumatur, nisi evidentissimè expressum sit, *c. 1. de openo. nun. ubi no.* videamusque Canones hanc affinitatem vocare, quæ etiam exillicito complexu oritur *d. c. discreptionem*, id tamen ubi tantúm de matrimonii conjunctione, quod etiam cum Jure civili consentit. *Prosdoc. in*
5 *tract. de affin. nu* 3. 4. Eritigitur quæ ex justis nuptiis descendit, illa quidem affinitas latè patens, civilis, naturalis, & legitima. Ast hæc quæ ex fornicatione producitur, naturalis tantùm, & illegitima, ut Hostiensis ait. *In sum. de affinit. §. 1.* proptereaque in

hac tantùm causa obſervata, ubi de matrimonio agitur copulando. Quod ſanè præcipuè notandum erit, ut ſciamus hoc ſaltem caſu illegitimè natos conſaguineos, & conjunctos rectè dici poſſe *Felin. Dec. c. per tuas de provat. 2. Notab.* tametſi cæteris in rebus ſecus fortè fit, ut infra latiùs diſputandum erit, *cap.* 16.

CAPUT VIII.

An hodie in nuptiis filiorum conſenſus patris ſit neceſſarius.

SUMMARIUM.

1 *Cur lex civils, patris conſenſum in nuptiis neceſſariò requirat.*
2 *In matrimoniis prævalet lex Pontificia*
3 *Jure Cænonico conſenſus patris neceſſarius non creditur.*
4 *Contra laté diſputatur.*
4 5 *Poſt 25. annum, filia ſine patris conſenſu, etiam Jure civili nubere poteſt.*
6 *In matrimoniis ſpectandum, non quod licet, ſed quod honeſtum eſt.*
7 *Ubi pater filij nuptiis non vult conſentire, quid agendum.*
8 *Quid in ſtatuto, quod propinquorum conſenſum in contractibus requirit.*
9 *Patria poteſtas in ſpiritualibus quando negligatur.*
10 *Dictio ſolus, non excludit caſus ſimiles.*
11 *Declaratio cap. ſufficiat. 27. q. 2.*
12 *Declaratio c. cum caſum. de rapt. tor.*
13 *Standum Juri civil. ubi aliquod dubium eſt Juri Canonico.*
14 *Matrim. abſq. conſenſu patris perfici non debet, ſed perfectum permanet.*

SUnt, & aliæ plures cauſæ, quæ juſtum impediunt matrimonium contrahi. *Gl. §. illud. Inſtit. de nup. ver. enumerari*, ex quibus nos unam tantùm, quæ præcipua eſt, in præſenti perſequemur. Jure enim civili filiusfam, abſque conſenſu patris, aut ejus in cujus eſt poteſtate, nuptias conficere non poteſt. *L. 2. de rit. nupt. L. ſi ut pponis C. eod.* An verò id ita lex ſtatuit, quod viſum hoc admodum eſt Juri naturali congruum, ut quibus in reliquis parere debemus. *L. veluti, de juſt. & jur.* in nubendo etiam eorum conſenſum adhibeamus, *Inſt. de nupt. in princ.* An quòd patres optimum pro filiis capiant conſilium, *L. nec. in eade adult.* ipſique cautius multo, & rectiùs quàm ſibimet conſulere exiſtimentur? *L. iſti quidem qp. met. can.* An quod res hæc maximi ſit momenti, ad quam omnes ferè vitæ noſtræ actiones diriguntur, in eaque deliberanda maturo opus ſit conſilio, non juvenili, & temerario fortè animi impetu? Planè ſciendum eſt, in iis tantùm filiis hoc conſtitutum, qui in ſacris paternis eſſent, *L. in coniunct. C. de nup.* ad emancipatos hanc legem minimè pertinuiſſe. L. *ſi filius, de ritu nupt. L. 3. §. ſi fili. de contr. tab.* Contra ea tamen ſtant hodie Juris Pont. ſanctiones, quæ generaliter quoſcunque filios ſeu in poteſtate, ſeu emancipatos, ab hoc

hoc consensu impetrando liberant, prævalentque hæ procul dubiò Juri civili, cùm in matrimonii
2 causa Imperatoria lex Pontificiæ ubique concedat. *cap. fin. de sec. nupt. c. euphe mium. in fin. 2. q. 2.* Omissus verò hoc jure est consensus patris ea de causa, quód cûm
3 matrimonium res sacrosancta, & spiritualis censeatur. *Gl c. veniens vet. necessaria de transact.* in eo patria potestas attendi non debuit. *L. fi. ae jud. in* 6. cùm illa, quæ instinctu Dei aguntur, sub lege hominum non sint, *c. licet. de re. c. duæ sunt.* 19. *q.* 2. Ideoque solus hoc Jure ipsorum nubentium consentius requisitus est, *cap. sufficiat.* 27. *q.* 2. *c. cùm apud. de sponsal.* permissumque mulieri, ut invito, & reclamante patre sibi conjugem valeat adsciscere, sintque eæ legitimæ nuptiæ, *c. cùm causam, de rap.* nec à patre idcircò exhæredari possit, *Abb. c.* 1. *de desp. impu. & ad cons.* 12. quod lege civili licuisset. *Auth. sed si post. ubi Cast. Cod. de inoff. test.* Quin coêgit Canon patrem ad dotem, & omnia necessaria illi subministranda, tametsi eo inscio connubium sit celebratum, *Gl. c. fin.* 32. *q.* 2. *Barto.* L. 2. §. *quod si in part. sol. matrim.* voluit enim matrimonium omnimoda libertate gaudere, *cap. gemma. c. requisivit, de sponsal.* adeó ut nec lege Municipali contrarium caveri possit. *Alex cons.* 97. *in* 1. *Dec. c. ecclesia de constit. nu.* 41. Cui rei, & devina illa sententia assentire videtur, ita in his nuptiis instituendis á Deo prolata, nimirum ut relinqueret quis patrem, & matrem suam, adhæreretque uxori. *Gen. cap.* 2. quasi hæc solius nubentis voluntate, non ab alieno pendere deberent arbitrio, Et hæc opinio ita communiter ab omnibus Doctoribus est recepta. *Glo L. Paulus, de sta* 4. *hom & c.* 1. *de desp. impub. Bald. L.* 2. *de nupt. Cast. Aut. sed si. C. de inoff. test. Anch. cons.* 21. *Ang.* 29. *Alex.* 97. *in* 1. *Dec. cons.* 231. ut hucusque neminem ego repererim, qui contrarium sentire causus fuerit Videamus nos an diversa opinio melioribus nitatur argumentis, ut cùm singularis rectè dici possit, simul, & illam honestiorem, longeque communi sententia æquiorem esse demonstremus. Hoc autem facilè, & exemplis, & legibus probare possumus. Scimus enim pervetustam hanc admodum consuetudinem fuisse, ut in filiorum nuptiis consensus patris interesset, *c. tria.* 36. *q.* 2. cùm duxerit usque à Moyse originem, quem non sine afflatu divino cuncta gessisse comperimus. Is aunt ita statuerat *Exod.* 22. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit illam, & habebit uxorem: si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. Hoc modo filium Thobiæ Saran uxorem duxisse, illam ei tradente Raguele patre legimus, *Tobi.* 7. & Rebecca explorato priùs Bathuelis petris consensu Isaac despondetur. *Genes.* 24. *c. honorantur.* 32. *q.* 2. & Hemor rogat Jacob patrem Dinæ, & ejus fratres, ut illam filio suo Sichem jungat matrimonio. *Gen.* 34. & Thamar non priùs se ab Ammon iniri patitur, quàm is cum Rege patre de ea re loquatur. *Regum* 2. *cap.* 23. Sic in Decalogo Deus ipse præceperat, ut parentibus honos haberetur: quod, & ad hæc nuptiarum solemnia referendum

rendum Theologi quidam tradidere. Idem quoque Ethnicos observasse Apuleius significat, quilib. 6. Venerem inducit argumentatem, non videri legitimas inter Psychem, & Cupidinem nuptias, eò quód res acta esset furtim, patre non cognoscente. Hoc autem totum num maxima innititur ratione? cùm parentes filiorum utilitati ita prospiciant, ut propria quodammodò commoda negligant. *L. ipsi quidem, quid met. cau.* quæ conjectura adeò potens est, ut multa alioquin filiis ipsis damnosa, & in utilia, ex quo tamen à patre sunt gesta, lex semper in meliorem partem interpretetur, utque illis salutaria approbet, & admittat. *Bart. L. 2. nu 22. de vul. arg. L. cùm quidam C. de leg.* Quæ verò tandem ex hoc patris consensu filiis, aut injuria, aut domnum potest emergere? Nam si ultra 25. annum filiam desponsare differant, tunc liberè ea sibi maritum potest eligere, §. *aliud quoque. in fi. Aut. ut cùm de appel. cognos.* intra eam etiam ætatem, si bonum virum fuerit nacta, eique genere, & opibus æqualem, judicis officium implorare, qui vel patrem ad id etiam nolentem adiget, vel illam congruo modo dotandam curabit. L. *qui liberos. de ri. nupti.* Absurdum certè hoc nimis est, nobis ignorantibus vel invitis bonorum nostrorum successores nobis aliquos oriri. *L. argu.* L. *in bello. §. medio de cap. & post. reu.* Addè quòd lex dixit, non civili tantùm, sed naturali jure hoc institutum fuisse, ut patris consensus in nuptiis præcederet, *Insti. de nupt. in prin.* quæ verba arguunt omninó, vix posse quicquam in contrarium rectè decerni. §. *sed naturalia, de Jure nat gent* Sed quis unquam contrarium statuit? Nonne, & Evaristus Pont. aliter legitimum non posse fieri conjugium dixit, nisi à parentibus puellæ peterentur, *c. aliter.* 30. *q.* 5. Et Leo Pont. absque paterno consensu non justas haberi nuptias, *cap. non omnis.* 32. *q.* 2. quod, & Toletan. concilio comprobatum est, *ca. hoc sanctum, eod. q.* Divus etiam Ambrosius virginalis non esse pudoris, maritum sibi sponte eligere ait *c. honorantur. eod. q.* in matrimoniis autem contrahendis jus naturale, & pudor. inspciendus est *L. adoptiv. de rit. nupt.* idque maximè non quod licet, sed quod, & honestum est *L. semper. eod. tit.* 6
Quid autem æquius est, quàm parentum arbitratu filiam copulari, *c. fi.* 36. *q.* 2. Jam verò quid huic sententiæ valdé repugnet, non invenio. Nam, & si libera Jure Canon. debeant esse matrimonia, *c. cùm locum, de spons.* eadem̃et tamen libertas, & Jure civili requiri solet, *L. si in fi C. de sponsal.* quo quidem patris consensum scimus esse necessarium Nec enim contrahendi matrimonii facultas idcircò dicitur impediri, cùm patre consensum adhibere negante, judex ad id partes interponat suas. L. *qui liberos de rit. nuptia Barto. l. 1. §. si plures, de exercit num.* 9. Requisivit enim ejus consensum lex, quod existimavit eum ut diximus, benè filiis consultorum *L. si pater C. de sponsal.* quòd si secus acciderit, judex quod in patre desideratum fuit, reponet, filiorumque votum patris præponet obstinationi. L. *vidnæ C. de nupt.* Cumque alias, & Jure civili omnia ad matrimonium impedimenta reiiciantur, 7

L.

L. *cum ita l. hoc modo, de condit. & dem* valet tamen cōditio legato adiecta, si mulier secundum Sempronii consilium nupserit. L. *Theoponp. de dot. præl.* Nec enim his verbis nubendi facultas ulla in parte imminuitur, cum mulier ejus quidem consilium exquirere non tamen id necessariò sequi, qualecunque id fuerit cogatur. *Cast. Alex.* L. *turpia §. 1. de leg. 1. Felin. c. ex parte, de constit. Bar. l. 1. §. si plures col 4. de exercit.* Sic
9 & statutum quod in fœminarum contractibus duorum propinquorum consensum exposcit, id circò sustinetur, quod si illi absque justa causa consentire negent, tunc quòd á mulier ib. gestum erit irritum esse non intelligitur. *Bart. lib. 1 si cum dotem §. eo tempore solut. matrim Cast. lib. 1. C. unde vir. & uxor.* Unde quòd dicitur patriam potestatem in spiritualibus esse negligendam, id fortè possit procedere, si ea in his aliquo nobis esset impedimento, quod in quæstione nostra locum non habet. Nec me movet, quòd alibi solum eorum, qui matrimonio jungi volunt, consensum inquiri lex ait *c. cum apud de sponsa. c. sufficiat 27. quæst. 2.* Nam crederem ego non ideò parentes his verbis licet præfinitis excludi, *Gloss. di-*
10 *ct. capit. sufficiat*, pro ut, & statutum, quod soli episcopo rerum administrationem concedis, capituli tamen consensum tacité requirit, *Arch. cap. 2. de accus. in 6.* & edictum quod liberis, qui ad bonorum possessionem contra tabu. admissi sunt, legata solis parentibus, & liberis præstare jubet, L. 1. *de bon. poss cont. tab.* plures etiam alias personas complectitur, quibus præstanda sunt. L. 1. 3. *de l. post.* Unde generaliter proditum est, hujusmodi dictionibus, nunquam, vel similes, vel connexos casus excludi *Bal. Jas. num. 7. l. 1. God. de bonor. possess. cont. tab.* Quin, ut ingenuè fatear, contrarium potius hæc verba significare dixerim, ut scilicet id ibi Canon velit, & patrem in his nuptiis omninò adhibendum Ait si quidem *d. cap. sufficiat. 27. q. 2.*

Sufficiat solus secundum leges 11
consensus eorum, de quorum conjunctione agitur. Non igitur simplicem illorum consensum tantùm ad hoc idoneum ait, sed talem probat, qualem leges exposcunt, munitum nempe patris consilio quod, & alia Decreta ostendunt, *cap. pesin. 32. q. 2.* quæ quanvis secundum honestatem, & æquitatem quandam loqui concedamus, *Gloss. fin. dict. cap. fin.* adigunt nos illa tamen, perinde ac in veri, & legitimi præcepti vim prolata. *Dec. cap. 1. de const. n. 15.* Aut dicamus, de solo ibi consensu mentionem fieri, ut demonstretur, absque etiam concubitu perfici matrimonium posse, non quòd paternam ideo voluntatem voluerit excludere, ut ex præcedenti Canone significatur. *c. matr. 27. quæstion. 2. & facit le nupt. de reg. jur.* Illud magis urgere videtur, quòd dicitur *d. c. cùm causam, de rapto*, illum raptorem non esse, qui puellæ assensum habuit, & priùs eam desponsavit, quam cognovit, licet parentes reclamarent, à quibus dicitur eam rapuisse. Sed ego verba illa inter- 12
pretor, ut in nuptiis consensus quidem patris affuerit, à rapu verò dissenserit, colligiturque omninó hoc ex text. illo, ubi de nuptiis nihil agitur, sed tantùm de rapu, qui ratione puellæ commissus quidem non dicitur, cùm an-

tè

tè desponsata esset, & tunc assenserit, ratione verò parentis dicitur rapuisse, cùm illo reclamante eam abduxerit. Scimus enim raptum tam parentum ratione quam, & puellæ ipsius commiti *c.* 1 *c. cùm de raptoribus* 30. *q.* 2. Non obstat quod de divino præcepto dicebatur *Gen. cap.* 2. *in fin.* nam illud ad conjunctionem, & societatem est referendum, propter quam quis à parentibus meritò secedere potest: debet enim quis malle cum uxore sua vitam degere, quàm à parentum latere non discedere. Quód si, & authoritates has, vel si quas his similes, communem opinionem adjuvare dicas, cùm tamen suprà nos quàm plures alias his contrarias adduxerimus, *c. aliter c. non omnis c. hoc sanctum c. honorantur*. adeò ut hoc jure res ambigua dici possit, habeamus hoc deinde apertissimè Jure civili decisum, existimarem
13 ego semper ex communi Doctorum pronunciato, si quid alterutro Jure dubium est, altero deinde manifestum, illi semper standum esse, quod quæstionem minimé indubitatam reddit, atque ita ex civilibus legibus hanc rem totam terminandam *Doct. c.* 1. *de ope no nunc.*

Id tamen postremó non reticebo posse, & mediam quandam
14 in hac re opinionem adstrui, quæ cæteris æquior fortè, & probabilior videatur, nempe ut dicamus. Jure etiam Pont. consensum patris ex præcepto requiri, si tamen adhibitus non sit, matrimonium non ideò dirimendum, tum quia, & aliás multa legibus prohibentur ne fiant, quæ tamen facta solent sustineri. L. *patre furioso* tum quia publicæ honestatis ratio magis lædi videatur, si ideo conjugium dissolvatur, quàm si paternus consensus fuerit omissus cúm amissa semel pudicitia, ampliús nequeat revocari. *cap. si Paulus* 32. *q.* 5. Sumpta verò est hæc opinio ex lib. sententiarum Julii Pauli, qui ita ait: *Jul. Paul. lib. sent.* 2. *cap. de nuptiis.* Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia Jure non contrahuntur, sed contra non resolvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.

CAPUT IX.

An ex matrimonio, quod putativum dicitur, filii legitimi oriantur.

SUMMARIUM.

1 *In matrimonio error Juris; & facti; filios legitimos reddit.*
2 *Matrimonium quando dicatur palàm contractum; & n.* 4.
3 *Ruinus sibi contrarius in consiliis suis: & n.* 7. 12.
4 *Patriæ institutum in matrimoniis servandum.*
5 *Error quilibet in matrimonio clàm contracto nocet filiis.*
6 *Ubi error in facto affuit; filii justi oriuntur; tam Jure Pont. quàm civili.*
7 *Error parentum in Jure nocet filiis; ut legitimi non dicantur.*
8 *Juris ignorantia quando noceat.*
9 *Damnum quod proprie dicatur; quod lucrum.*
10 *Si alter parens in facto erret; alter in mala fide sit; filii oriuntur legitimi.*

11 Quòd

11 *Quód si alter in Jure erret filii sunt illegitimi.*
12 *Quid dicendum; ubi dubitamus an parentes in Jure vel facto erraverint.*
13 *Error facti an præsumi debeat.*
14 *Nati ex matrimonio putativo; aliis legitima aquiparantur.*

NUptiæ sané ut justæ dici possint, secundum legum præcepta, iis modis sunt conficiendæ, quos alias tradimus. Quia verò fit quandoque, ut quis se justum credat matrimonium contraxisse, quod tamen revera justum non est, cùm subsit aliquod impedimentum, quod interim alios latebat, agemus nunc, an hi qui ex hoc quod falsò creditum est, matrimonio oriuntur, illegitimi dici mereantur. Quæ quæstio cùm multa habeat capita, propterea, & eam in partes aliquot distinguemus, ut omnia clarius & faciliùs percipi possint.

Primum caput erit, ubi nuptiæ inter aliquos palàm initæ essent, & uterque conjugum, legitime
1 confectum id matrimonium existimasset, erraretque uterque, tam in jure, quàm in facto. Hic sanè si qui nati fuerint filii, legitimi dicendi erunt, ob parentum bonam fidem, & connubium publicè celebratum, *cap. 2. ubi Abbas; qui fil. legit. Glos. Bal. Sali L. qui contra C. de in c. nupt. Bart. eum qui de stat. hom.* ex eo enim quòd palàm negotium hoc confecerunt agnoscimus, & eos errore lapsos esse unde, & excusatione digni rectè videntur. *L. fin.*
2 *de r. t. nupt.* Sed hic declarandum est, quandonam matrimonium dicatur palàm contractum, ita ut filius ex eo susceptus prodesse debeat. Reperio enim celeberrimum Jurisconsultum Carolum Ruinum, acutissimi ingenii virum multum in hac re defeciisse, cùm sibiipsi contraria locutus, modoque hanc, modò illam consulendo 3
sententiam secutus fuerit. Dixit is quodam in responso, *Ruin. cons.* 14. *num.* 10. *in* 3. non aliter legitimos filios vocari posse natos ex matrimonio putativo, nisi in eo peragendo, omnia illa solemnia ad unguem servata esse, quæ Innoc. Pont. enarrat, *c. cum in hibitio de clandest. despon.* hocque solum dici matrimonium in facie ecclesiæ contractum (quoad legitimos filios quærendos, non quo ad alia) ubi nihil ex iis solennibus, secundum formam ibi á Pont. præscriptam fuerit prætermissum. Alibi verò contrà respondit, *cons.* 51. *num.* 15. *vol.* 5. putavitque satis dici matrimonium palàm, & in faciem ecclesiæ celebratum, quod coram amicis, seu consanguineis ex patriæ consuetudine esset contractum, quamvis cætera à Pontif. tradita, *d. c. cùm inhibitio*, essent omissa. Ego autem hanc ultimam ejus sententiam magis probo quam, & receptiorem esse video, *Dec. consil.* 153. *Abb.* 4
Præp. c. si de clandest. despon. Old. cens. 256. *Soc. jun. consil.* 86. *in* 2. *col. Paul. Paris. cons.* 13. *in* 2. *num.* 13. 10. *Lup. tract. de matr. cap. ult. num.* 18. 20. & jure etiam verior rem, si quidem uniuscujusque loci consuetudo pro lege est, *L. de quibus de legib.* nec errare ille sané potest, qui patriæ institutum sequitur, cum ita, & legem servare dicatur, quæ tacito consensu populi recepta est *§. sine scripto instit. de jur. nat.* nisi fortasse adversus bonos mores, hujusmodi consuetudo foret, *c. qui contra c. mala* 8. *dist.* quod quidem in præ-

senti

ſenti caſu noſtro non admittimus, cùm præſupponamus, convocatis ſaltem aliquibus teſtibus, hæc
5 omnia geſta fuiſſe *Bart. lib. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib.* 11.

Secundum caput eſt, ubi matrimonium clàm contractum eſſet bona tamen utr uſque conjugis fide: & hoc caſu ſciendum eſt, bonam eam fidem nihil ſanè prodeſſe, cùm maxima ſit ſuſpicio adverſus eos, qui legum ſolennia contemplere, & quaſi ignorantiæ affectatores extitetere, *c. cum inhibitio §.* 1. *de cland. deſp.* ſi cuti nec contrá, ſufficeret ritè, & publicè celebratum connubium, ſi contrahentes impedimentum ſub eſſe initio cognoviſſent. *Abb. c. pen. in fin. qui fil leg Dec. conſil.* 154. Unde concludendum eſt, hæc duo neceſſario requiri, ut filii legitimi dici queant, videlicet ſolennem conjugii ritum, & parentum bonam fidem in facto affuiſſe *d. c. cùm inhibitio. Soci. jun. conſil.* 86. *col. pen. in* 2. *& conſil.* 31.

6 Tertium eſt caput, ubi parentes in jungendo matrimonio in facto erraſſent, veluti quòd ſe antea conjunctos eſſe ignorarent, aut ſimili de cauſa alter alterius conditionem minimè notam haberet, cùm tamen in jure non laberentur, & matrimonium palám contraxiſſent. Et hoc caſu jure quidem Pont. certiſſimum eſt, ex paterna hac facti ignorantia filios excuſari, eosque legitimos haberi, *c.* 2. *c. referente. capen. qui fi. leg.* ſed jure civili dubium videtur, cùm legamus mulierem, quæ ignorans ſtatum ſervi, eum ut liberum ſibi conjugio junxit, re detecta, dotem quidem recipere, filios tamen inde natos, ſpurios appellari, *lib.* 3 *cap. ſolut. matr.* & rurſus, acerrimum errorem probari oportere ab eo lex inquit, qui contra legum præcepta, nuptias contraxerit, *L. qui contra C. de inc. nup.* quaſi non ſimplex ignorancia, ſed maximè probabilis, & juſtiſſimus error requiratur. Crederem ego tamen utroque jure liberos juſtos haberi, nec eſſe in hac re contrarium jus civile Pontificio, quanvis aliter Doctoribus videatur. Quod enim primo loco exemplum relatum eſt, *d. l.* 3. *c. ſol matrim.* id de ſervis loquitur, qui cum nemine legitimum inire matrimonium poterant *lib.* 1, *C de inceſt. nupt.* Unde nil mirum eſt, ſi eo errore nihil adjuvantur, cúm ipſi ſuapte natura ab omnibus juſtis nuptiis arceantur. Alterum quoque exemplum *d. l. qui contra* de filiis nihil loquitur, debeantne legitimi aut illegitimi cenſeri, ſed tantùm pœnam parentibus imponit, qui contra Principum mandata, nefarias nuptias celebrarunt quod, & Accurſus ibi declaravit. *Gloſſ. dict. L. qui contra.* Aut ſi etiam fateamur olim jus civile cum Pont. non conveniſſe, hodie ſaltem minimè dubitandum eſt, quin hoc in negotio, tum quo ad ſucceſſiones, tum quoad cætera omnia, Jure civili poſthabito, unum jus Canonicum ſit attendendum, tam in noſtro, quám in Cæſaris quoque foro *Barth. Auth. de incæ nupt. num.* 16. *Alber. d. L. qui contra.*

Quartum eſt caput, ubi in Jure tantûm erraſſent, non in facto Veluti cùm ſe conſanguineos quidem eſſe antea intellexiſſent, crederent tamen in tertio gradu connubium perfici poſſe, aut quid hujuſmodi. Quod caput cæteris magis dubium eſt, cùm nec Panormitanus, *Abb c. referente c. ex tenore & c. perlatum. qui fille.* nec

7

Præ-

Præpos. *Prepos. d.c. referente, & aliis supr. d.* id unquam aperté decidere ausi fuerint, & Ruinus sibimet contrarius in hoc quoque consulendo fuisse deprehendatur, cùm aliquando dixerit solam hanc Juris ignorantiam non prodesse, & ita communiter Doctores sentire: *Rui. consi.* 14. *num.* 4. *in fin* 3. aliquando veró prodesse responderit, quod quoque communiter probatum esse fuit attestatus *Cons.* 51. *num.* 17 *in* 5. & *cons.* 100. *colum.* 2. *in* 3. in hanc partem Bartolus etiam magis inclinasse visus est. *in L. fin. de cond. sine cap. & in L. si adulterium, cum incestu de adul.* Ego veró cûm dubia valdè sit hæc quæstio, tutissimum censeo in ambiguis, nihil discedere à communibus Juris regulis, *Glos. in L. omnis diffin. de regul. jur. & in fin. Abb. c.* 1. *in fin. de clandest. desp.* Illæ autem sunt hujusmodi, Juris ignorantiam cuique nocere, *L. regula, de jur. & fac. l. juris c. qui adm.* cûm unusquisque legum, quibus vivimus, præcepta nosse teneatur, *L. leges Codic. de legib.* idcircoque is qui adversus ea quid agit, statim in mala fide esse præsumitur, *L. quemadmodum. Cos. de agr. & cens. lib.* 11. *Bartol. L. sed & §. scire num.* 4. *de pet hære.* cûm talis dissimulatio minimê omnium sit admittenda, *L. pen. C. de jur. & fac. ign.* ut multis exemplis Jure notissimum est. *L nunquam de usucap. l.* 4. & 9. *§. si quis jus, de jur. & fact. ignorant.* Cùm igitur parentes, qui ita simul contraxerunt, Juris se solum ignorantia lapsos fateantur, non videtur hæc excusatio satis digna esse qua subleventur. Et si quis hic fortasse objiciat, prædictam regulam tunc non admitti, ubi de damno agitur vitando, in quo Juris error nihil nocere solet. *L. error, cum præc. de ju. & fac.* Responderem ego in hac quæstione, quoad parentes, & filios ipsos, agi potiùs de lucro quærendo, quam damno declinando. Id enim propriè damnum dici videtur, ubi diminutio aliqua fit patrimonii, *L.* 3. *de dam. in fec.* aut ubi commodi illius sequitur amissio, quod antea quis consequebatur. *L.* 2. *§. merito. Ne quid in lo. publ.* Sed hic quamvis filios illegitimos ex tali conjunctione nasci velimus, non tamen proprié damnum contrahi dicas, cùm ii, nulla re antea quasita priventur, nec quicquam veré de suo amittant. Quin potiùs, lucrum id quo ad eos dicendum foret, si legitimi habendi essent, cùm ea ex re ad multa commoda essent perventuri, quib. antea nunquam potiti sunt. Et ex his rationibus facilé ea omnia tolli posse puto, quæ in contrarium Ruinus adduxit, *Cons.* 100. *in* 3. *col.* 2. & *coasil.* 51. *in* 5. *num.* 17 si quis hæc nostra, & illius argumenta, simul conferat consideretque lucri quærendi, & damni aufugiendi diversitatem, simulque conjunctum totum hoc esse negocium parentum, & filiorum, ita ut ex copulatione parentum totum jus pendeat filiorum, nec ista aut diversa, aut aliena esse. Fateor sanè, si talis error Juris valdé probabilis, & justus fuisset, prout eum declarare Doct. solent. *Felica. de quarta, de præscript. num.* 30. *Dec. l. juris. c. qui adm.* tunc quidem posse parentes excusari, & eo casu filios legitimos appellari, ut & alii tradidere, *Abb. c. per venerab. num.* 36 *qui fil. leg. & in c. perlatum num.* 5. & secundum hæc Bartolus locutus fuisse fortè intelligi posset. *in d. L. fi. de*

cond. fin. cap. ubi alleg. L. qui provincia de tit. nupt. & ita Raph. Angel. quæst. L. fin. Sed regulariter contrarium ſtatuendum puto, niſi & hic forté æquitas quædam, & benignitas nos moveat, ut patribus, quos non malitia, ſed ſimplicitate potiùs lapſos fuiſſe conſtat, & conſequenter eorum filiis nonnihil indulgendum eſſe dicamus *Arg. L. fin. de tit. nupt.*

10 Quintum eſt caput, ubi alter ex contrahentibus matrimonium, rem omnem initio, ut ſe haberet probé noſſet, tam in Jure, quam in factó, alter verò in facto tantùm erraret, & hoc caſu volunt communiter omnes, hujus ignorantiam, cùm in facto ſit, omnibus natis filiis prodeſſe, ut legitimi habeantur, etiam quoad utrunque parentem, & in hoc, ut dixi, communiter omnes conſentiunt *c. ex tenore cap. 2. qui fil. leg. ubi Abb. Butr. Præpo Caſſad. Dec. 1. de ſponſ. num. 5. Jaſ. conſ. 156. 168. in 4. Roſel. tract. de legitim. cap. viſum eſt. Ruin. ſuprà 10. And. tract. de conſan. num. 30.*

11 Sextum caput eſt, ubi alter tantùm in Jure erraret, alter veró omnis & Juris, & facti conſcius eſſet. Et hic Bartolus, Accurſius, & quidam alii credidere *Gloſſ. L. qui contra C. de inceſtis nupt. Bart. Jaſ. L. fin. de cond. fin. cap. Jaſ. L. 1. §. hoc autem num. 30. ad Trebel. Anch. conſil. 401.* filium natum, quoad ignorantem parentem legitimum haberi, quoad ſcientem, illegitimum, ſicuti alter in eo concipiendo, bonafide, alter doloſé verſatus eſt. Sed Ruinus contrà, *conſ. 100. in 3. & conſ. 51. in 5.* dixit enim ignorantiam Juris, etiam unius tantùm, filios reddere undequaque legitimos, non ſolum quoad ignorantem ſed, & quoad conſcium illius rei. Ego verò ab omnibus diſſentio, cùm ſuprá ſtatuerim, *in 4. caſu.* errorem Juris, niſi juſtiſſimus ſit, cuique nocere, non prodeſſe. Quòd ſi in ùtroque parente id affirmavimus ignorante, quo magis in altero tantúm id ignorante fuerit aſſeverandum?

Septimum eſt caput, ubi pa- 12
lám contractum eſſet matrim. dubitetur autem an in Jure, vel facto erraverint, quidnam in dubio ſit præſumendum. Et Ruinus in hac quoque parte, varius ſanè fuit, quandoque enim ſolam Juris ignorantiam præſumi tradidit, *conſ. 14. numar. 5. in 3.* quandoque Juris, & facti ſimul, *conſ. 100 n. 4. in 3. & conſ. 51. in 5. num. 17.* Ego verò de Juris quidem ignorantia cum eo ſentio, illam in dubio eſſe præſumendam, ex quo actus publicé geſtus eſt; qui omnem delet ſuſpicionem *L. fin. de rit. nupt. Alex. l. cland. poſſidere, de acq. poſ.* ut & Bar. inquit, *lu* L. *ſi adulterium, cum inceſt. num. 11. de adult.* Quoad factum autem, quanvis Bald. ejus quoque errorem præſumi velit. *Bald. L. qui contra C. de inceſtis nupt. ver. & ex hoc pono.* Decius potiùs contrà, 13
qui ait eum probari debere, *conſ. 154. n. 1.* ipſe tamen certam in hac re non auderem regulam conſtituere, cùm facti interpretatio plerunque etiam prudentiſſimos fallat, L. *7. de jur & fac. ig.* & quædam ſint, quorum ſcientia ſæpé quidem præſumi variis de cauſis ſolet, quorundam verò non ita. L. *oct. un. cog. Dec. conſilio 154. Pariſ conſ. 57. in 4. col. 2. & n. 36.* Quæ enim ei eſſet excuſatio, qui mulierem ſibi ſororem, aut conſobrinam fuiſſe, dicerent ſe ignoraſſe, cum qua perpetuó educatus

tus eadem in domo, ab iiſdem parentibus fuiſſet? Fac veró illum anniculum, é domo ejectum, peregrè diu profectum eſſe, & in patriam reverſum, cum ea matrimonium publicé celebraſſe, nonne æquior multò hic eſt excuſatio? Cùm hinc plerunque ſua ſumere argumenta ſolitos in Comœdiis Poetas videamus? Rurſus, non ne juſtus ille error videatur, cúm tecum Bon. puella matrimonium palàm iniit, neſciens te jam pridem aut Vicentiæ aut Genuæ, alias nuptias celebraſſe.

Poſſet fortaſſe tamen hic idem error, non æquè probabilis haberi, ſi quædam alta concurrent indicia, quæ ex negotii ipſius conditione ſpontè ſe offerunt, nec facilè, niſi pro re nata, pro ut demora dicitur, L. *mora de uſur.* diffinire poſſunt. Hæc igitur omnia ſapienti judicis arbitrio decidenda relinquerem, cùm certa regulà nequeant comprehendi *Gloſſ. l. ſunt quoque §. puto verſ. ad generalem, de hæred. inſtit.*

Porrò, an poſt parentum mortem obiici contra filios poſſit illicitum fuiſſe patrum conjugium, anque extantibus filiis juſtis ex alio matrimonio, illi qui ex putativo naſcuntur, legitimi cenſeri poſſint, ſatis hæc copioſè ab illis tradita reperiuntur, *Ruin. d conſ.* 14 *in* 3. *n.* 128. *& alii ſup. alleg.* nos enim, & quædam conſultò quandoque omittimus, ne nimia ejuſdem rei ſatietate legentium animos afficiamus. Illud quidem non prætermittam, ubicunque liberi ex his conjunctionibus legitimi habentur, eos nihil à cæteris juſtis filiis, quo ad ſucceſſiones, fideicommiſſa, ordines, dignitates, feuda, aliasque res prorſus differre *Dec. conſil.* 153. 154. *Bald. cap.* 1. *§. naturales num.* 15. *ſi de ſeu fuer. contr.*

CAPUT X.

An unquam ex illegitimo matrimonio, legitimi oriantur filii, Aut ex juſtis nuptiis, injuſti liberi.

SUMMARIUM.

1 *Ex clandeſtino matrimonio filii legitimi oriuntur.*
2 *Et quandoque ex putativo.*
3 *Natus in captivitate eſt ſpurius.*
4 *Uxor quæ vovit caſtitatem, ſi deinde ex marito concipiat, an pariat legitimam prolem.*
5 *Quando inter conjuges non ſit licita copulatio.*
6 *Ex matrimonio contra eccleſiæ interdictum an filii legitimi oriantur.*
7 *Clericus an poſſit legitimos filios habere.*
8 *Idem filius poteſt ut legitimus, & illegitimus quandoque haberi.*

QUamvis ad legitimorum filiorum procreationem, matrimonium, ut aliás diximus, neceſſarium, atque ubi non adſunt juſtæ nuptiæ, ibi nec liberi ſperari poſſint, cúm ratio ipſa hoc ſatis perſuadeat, ut qualis præceſſit concubitus, talis & inde ſoboles prodeat. *§. naturæ ver. legitimi auth. qui monat. ſui Bal.* L. *parentes, de in jus voc.* Contingunt tamen varii quandoque caſus, in quibus licet animadvertere, diſſimilem primæ parentum

conjunctioni, sobolem in lucem edi.

1 Ecce in primis, si qui matrimonium simul contraxerint, patriis institutis non servatis, nec aliis solennibus publicé adbibitis, quæ requiri solent, certum est, Jure Pontif. hoc non matrimonium, sed clandestinas nuptias vocari, talemque concubitum turpem, illicitumque censeri *c. aliter, cum glos.* 30. *q.* 5 *& glos. l. in liberæ de rit. nupt.* Et tamen, si qui geniti inde fuerint filii, dum non intra gradum legibus prohibitum sint concepti, veri, legitimique haberi solent. *cap. fin. §. si quis verò de cland. desp.* Ut hic manifestè videas, paternum quidem thalamum, quo ad Juris interpretationem, illegitimum dici, filios verò ex eodem natos congressu, justos nihil ominus censeri, *i lud de præsumpt. in fin.* cujus rei ratio alias à nobis explicata fuit *cap.* 19.

2 Est & huic simile id, de quo modó egimus, *cap. præced.* cùm ostendimus ex matrimonio, quod putativum vocant, legitimam sobolem quandoque procreari, *c. ex tenore c.* 2. *qui fil. leg.* ibi enim & conjunctio ipsa parentum planè justa non est, cùm legis subsit impedimentum, proles tamen inde quæsita, legitima undequaque existimatur. *Dec. consl* 153. 154. Rursus, si proponas, uxorem cum marito ab ho ibus captam fuisse,
3 dumque in captivitate detinetur, filium ex marito enixam esse, ac deinde in civitatem cum filio absque viro reversam fuisse, satis constat hic filium spurium dici, *Gl. l d vus, de capt. & postlim. & in* L. *ab host b. § non minùs, ex quib. caus maior & in* L. 1. *Cod. de capti. & postl.* tametsi inter parentes matrimonium initio legitimè esset copulatum. Ubi etiam quis uxori 4
suæ initio rité junctus, castam denide Deo vitam vovisset, seque sacris initiari passus esset, ac post spreta voti religione ejusdem uxoris torum repetiisset, ex ea que liberos suscepisset credidit Archidiaconus, *in cap.* 2. *de fil. presb. in* 6. tales filios illegitimos dici quanvis inter eorum parentes verum matrimonium quondam extitisset. Panormitanus tamen hoc non probat, *in c. literas de fil. presb. num.* 4. cum favore prolis, tum quia sicuti matrimonium confectum contra ecclesiæ interdictum non impedit tamen quo minus legitimi suscipiantur filii, *Tot. tit. de mat. contr. con. interd* sic & in voto dicendum putat, ut satis si ex viro, & uxore quem natum esse, ad hoc ut filii ei nomen competat, *L. filium diffinimus, de his qui sui* non obstante quacunque voti obligatione. Ego verò Archidiacono magis assentior. Namque ad quærendam legiti- 5
mam prolem, non sufficit initium bonum nuptiis adfuisse, nisi in eodem statu & perpetuó conserventur, ita ut nullum impedimentum nedum in matrimonii copulatione sed nec in exitu, aut illius executione unquam notetur, *Glos. L ditus de cap & post.* quod & modo attigimus *supr. eod. in* 3. *casu.* Cùm igitur hic post celebra- 5
tum initio conjugium, votum id continentiæ ac simul sacrorum sit subsecuta, apparet jam matrimonium non amplius pristinam speciem retinere, cùm nunc maritus alere quidem, & aliis rebus necessariis uxorem hanc sustinere teneatur, verùm nulla inter eos carnis copulatio ampliùs permittatur. *c. omninó.* 31. *dist. c seriatim,*

in

6 *in fin. 33. dist.* Nam ut inquit Leo Pontifex, *c. lex 31. dist.* cœpit illud non licere, quod jam licui, cùm connubium inter eos ita nunc fit, quasi non esset. Unde & qui post tale votum, uxorem suam cognoscere voluerit, dicitur is potius incestum cum ea committere, & illius invadere cubile, *c. ministri, cum gl.* 81. *distin.* ex quo uxor amplius non est, quo ad ea obsequia, quæ maritis ab uxoribus liberorum gignendorum causa debentur *d. Episcop.* 78. *dist. c. cum multæ* 15. *qu ult gl. d. c. ministri.* Quomodo igitur, hæc cùm ita sint, legitimus deinde ex ea quæri filius poterit? Nam quod dicebat Panormitanus, *Abb. d. c. literas* ex matrimonio, non interdictum ecclesiæ intio, non tamen illegitimos proficisci filios, atque ob id, nec eos etiam Nothos censendos, ubi à nobis tantùm castitatis votum nuncupatum esset. Ego tunc non veram, priorem ejus propositionem scio, ubi impedimentum perpetuum est *Abb. c. fi. de matr contr. con. inter. Soc. Jun. consil.* 31. *num.* 58 *in 2.* quòd cùm ejusmodi sit in casu nostro, *Quia votum hoc castitatis perpetuum est* meritó ex illius argumento opinionem nostram magis confirmari credo. Sed & aliud in voto est, quam in ecclesiæ interdicto, cùm hoc mutuo conjugum consensu sit muntum, qui certam sibi legem potuerunt imponere, á qua amplius decedere non liceret, cùm ex quo quis se primum sacris ministeriis alligavit, perpetuò eundem vitæ cursum sequi teneatur, *c. semel Deo, de reg. jur. in 6 ubi Joannes And Dyn. Aucha.* quæ quidem omnia, de eo ecclesiæ interdicto non ita dici possunt. Statuo igitur hoc casu filios secundum propositam quæstionem illegitimos dici, quod & à Clemente III. significatum fuisse *c. literas, de fil. præsb ver. incontinentiæ, quia in tit. de fil. præsb. ut intelligatur secundum naturam illius tit.* si quis ejus verba diligenter inspiciat, facilé poterit animadvertere. Sunt quidam tamen casus, in quibus is, qui sacerdotiis fungitur, legitimos habere filios potest: sed id aliundé provenit, aut Pontificis privilegio, aut solenni adoptione, aut aliis modis: qui cùm non ita præsenti capiti nostro conveniant, ab aliisque etiam sint adnotati, *Ripa ea inter cæteras* 1. *colum de rescrip* ego hic propterea non inserendos duxi. Id quidem non omittam, fieri quandoque posse, ut quis eodem tempore, & justus, & injustus filius habeatur, veluti cùm mulier per vim ab aliquo compressa est quo ad patrem enim illegitimus est omninò patus: quo ad matrem, vult lex eam justam sobolem haberi *Marsil. l.* 1. *Cod. de sicar. num.* 15. Possemus quoque, & alia adhuc exempla adjungere quibus filiis justis, ex minús legitimo proficiscuntur toro, veluti cùm quis ex concubina, aut soluta alia muliere prolem concepit, eamque adhuc pregnantem sibi in matrimonium adscivit, quod enim deinde nascitur, legitimum est, quanvis, si initium ejus conjunctionis spectetur, id longé aliter se habeat, & impudicum fuerit. *c. tanta qui fil. sint leg.* Sed hic, & similes multi casus ad aliam potius speciem sunt referendi, ubi quis extrinsecus, extraneis veluti opibus ad legitimorum jura pervenit, veluti matrimonio subsequente, Principis privilegio, oblatione Curiæ, quæ

7 8

à pro-

à propoſita materia noſtra longé differunt, noſque hæc in alium tractatum, de Natalium reſtitutione ſi Diis placuerit, alias fortaſſe commodiùs conjiciemus.

CAPUT XI.

De concubinis, & uaturalibus filiis.

SUMMARIUM.

1 *Concubinatus lege civili nec probatur nec damnatur.*
2 *Naturales cur ita dicti.*
3 *Differentia inter concubinam, & uxorem.*
4 *Concubinatum turpem non eſſe.*
5 *Quæ concubinæ cæteris honeſtiores.*
6 *Naturales, olim legitimi habebantur.*
7 *Triples filiorum genus.*
8 *Concubinatus à lege nomen ſumpſit, & quomodo.*

ANimaduertendum nunc eſt, non neceſſariò ſequi, Natus quis ex juſta uxore non eſt, qualem leges requirunt, ergo illegitimus filius eſt. Etenim ſunt quidam alii ex concubitu profecti, qui lege civili nec receptus nec damnatus eſt, qualis eſt concubinarius. *Tot. tit. ff. c. de concub* & ij ut legitimi appellari non poſſunt, ita nec illegitimorum nomen Jure merentur. *L. 3. ubi Bar. de concub.* Sunt verò potiùs inter utroſque medii, eoque nomine, quod illis nudum à legibus relictum eſt, etiam nunc appellantur dicunturque naturales quaſi ſecundum jus naturale editi, nullo Juris adminiculo muniti. §. *natur Aut. qb. mod. nat.* 2 Sed dicat fortaſſe quis, cur non ij legitimi vocantur, ſi ſola natura, dictante juxta primævum ſtatum orti ſunt, *arg. cap. ſi.* 32. *q.* 4. Ego arbitror à legibus quid plus in matrimonio præter naturalem procreandi appetitum cõfidetatum fuiſſe, L. *ſi adverſus. C. de cri. expil. hær.* nempe arctius quoddam vinculum, quo conjuges inter ſe animo, & corpore perpetuò colligarentur, rerumque omnium inter ſe ſocii redderentur, *Auth. quib. mod. nat. leg. in princ.* ſiquidem concubinam ob id præcipuum nobis adjungere ſolemus, ut cum ea prolis ſuſcipiendæ cauſa, non libidinoſé quidem vitam tranſigamus L. *maſſur. ubi Alciat. in ſi. de verb. ſig.* nec enim concubinæ nomen in honæſtum eſſe exiſtimatur. L. *ſi ea, ubi Bald. C. de condí inſer.* nec turpe alicui cum ea morari, L. 1. *de rit. nupt.* At verò nuptiæ præclarius, & excelſius quiddam continent, cùm ſint, ut inquit Modeſtinus. 1. *Corint.* 7. maris, & fœminæ conjunctio, conſortium omnis vitæ, divini, & humani Juris communicatio. Ex hac enim ſocietate, tale inter virum, & uxorem exiſtit vinculum, ut alter in alterius tranſeat poteſtatem. *L.* 1. *rer. amotarum*, uxor maritirerum quodammodo domina efficiatur. *Auth de conſul. §. hæc itaque*, ejus radiis fulgere dicatur *L. exigere. de judic.* domiciliumque, & forum, quod mariti eſt proprium ſortiatur. *L. de jure §. ſi. ad Munici. & Bar. L. ſi. §. 7. eod. Alexan. L. cùm quædam, de Juriſd. om.* Quæ non ita in concubina ſervantur. *Gloſ. Inſ. tit.*

1 profecti, qui lege civili nec receptus nec damnatus eſt, qualis eſt concubinarius. *Tot. tit. ff. c. de concub* & ij ut legitimi appellari non poſſunt, ita nec illegitimorum nomen Jure merentur. *L. 3. ubi Bar. de concub.* Sunt verò potiùs inter utroſque medii, eoque nomine, quod illis nudum à legibus relictum eſt, etiam nunc appellantur dicunturque naturales quaſi ſecundum jus naturale editi, nullo Juris adminiculo muniti. §. *natur Aut. qb. mod. nat.* 2 Sed dicat fortaſſe quis, cur non ij legitimi vocantur, ſi ſola natura, dictante juxta primævum ſtatum orti ſunt, *arg. cap. ſi.* 32. *q.* 4. Ego arbitror à legibus quid plus in matrimonio præter naturalem procreandi appetitum cõfidetatum fuiſſe, L. *ſi adverſus. C. de cri. expil. hær.* nempe arctius quoddam vinculum, quo conjuges inter ſe animo, & corpore perpetuò colligarentur, rerumque omnium inter ſe ſocii redderentur, *Auth. quib. mod. nat. leg.* 3 *in princ.* ſiquidem concubinam ob id præcipuum nobis adjungere ſolemus, ut cum ea prolis ſuſcipiendæ cauſa, non libidinoſé quidem vitam tranſigamus L. *maſſur. ubi Alciat. in ſi. de verb. ſig.* nec enim concubinæ nomen in honæſtum eſſe exiſtimatur. L. *ſi ea, ubi Bald. C. de condí inſer.* nec turpe alicui cum ea morari, L. 1. *de rit. nupt.* At verò nuptiæ præclarius, & excelſius quiddam continent, cùm ſint, ut inquit Modeſtinus. 1. *Corint.* 7. maris, & fœminæ conjunctio, conſortium omnis vitæ, divini, & humani Juris communicatio. Ex hac enim ſocietate, tale inter virum, & uxorem exiſtit vinculum, ut alter in alterius tranſeat poteſtatem. *L.* 1. *rer. amotarum*, uxor maritirerum quodammodo domina efficiatur. *Auth de conſul. §. hæc itaque*, ejus radiis fulgere dicatur *L. exigere. de judic.* domiciliumque, & forum, quod mariti eſt proprium ſortiatur. *L. de jure §. ſi. ad Munici. & Bar. L. ſi. §. 7. eod. Alexan. L. cùm quædam, de Juriſd. om.* Quæ non ita in concubina ſervantur. *Gloſ. Inſ. tit.*

tit. de pat. pot. in princ. quoniam cum ea non omninò justa, & usquequaque integra, sicuti leges postulant, nobis adest conjunctio. *L. donationes, de donat.* Hinc dixit Papinianus uxorem à concubina, personis comparatis, vitæque coniunctione considerata
4 discerni. Namque etsi concubinæ consuetudo non turpis quidem judicetur, *d. L. massurius*, non tamen cum matrisfam. pudore, & honestate unquam erit conferenda, *L. stuprum. de ritu nupt.* sitque magna licet inter eas similitudo, cùm de iis vicissim leges quandoque sumant argumentum. *L. liberta. de ope. lib. L. qui concub. de legat.* 3. & ob magnam inter eas convenientiam lex quandoque protestationem requirat. *L.* 3. *de concub.* non tamen quis unquam neget, quin uxori à Jure civili necessitudinis nescio quid & existimationis plus tribuatur, unde, & Ulpianus nihil nisi in dignitate interesse tradidit. *L. itẽ legat. §. parui. de leg* 3. legimusque apud Spartianum, Ælium Verum uxori suæ conquerenti, quòd cum aliis fœminis consuetudinem haberet, dixisse, patere me, & alias exercere cupiditates meas, uxor enim dignitas nomen est, non voluptatis.
5 Ex his intelligimus, concubinæ nomen non quidem obscœnum, sed uxorio longé inferius esse. Inter has tamen concubinas illæ præstare videntur, & matrumfamiliàs speciem quandam retinere, quæ sub patronorum suorum viunt contubernio. L. *stuprum. de ritu nupt.* Hinc Vespasianus mortua uxore, Ceniden liberta in contubernium revocasse dicitur, habuisseque eam Imperator penè justæ uxoris loco. *Sueton. in Vesp.*

cap. 3. Ex talibus igitur concubi- 6
nis, naturales filii susci pi solent, quos ego Jure illo primævo, secundum Imperatorum nostrorum placita, veros fortè, & justos filios habitos fuisse puto. *Auth. itẽ si quis. fin. C. de nat. lib. & Auth. qui mod. nat sui §. siverò plurimus.* Si enim tunc. ob id quod sola natura sanciret, omnes veri filii nascebantur, *d. §. natura, Aut. qui. mosui.* hos æqué nunc etiam sola natura genuisse fertur *c. fi.* 32. *q.* 4. At verò legitimi hodie dici non possunt, quoniam leges scriptæ, quæ primæ legitimos, & illegitimos agnoverunt, multa ad matrimonium, præter illam simplicem procreandi cupiditatem, solam ante eas consideratam addidere legitimosque illos tantùm appellavere, qui exarctiori quodam multoque valiori, ut modó 7
diximus nexu essent suscepti. Unde, & conjugium nuncupatum volunt. Illegitimos veró, qui ex concubitu contra Juris præcepta inito, orti essent. Tertium post genus, inter hos veluiti medium, quod naturalium dixère, qui scilicet nec legi probati, nec damnati essent, sed quasi per dissimulationem permissi, & in pristino statu, quemadmodum oriuntur, relicti. *Port. Inst. de ado. num.* 5. Hocque est quod Marcel- 8
lus dixit. L. 3. *in fi. de concub.* non quód legitimus is veré habeatur, sed quia extra pœnam legis sit, & Juri non contrarius, ut Baldus respondit. *Bald. cons.* 457. *in.* 5. Tradidit autem hanc opinionem pervetustus quidam, isque eruditissimus Doctor Ricardus Malumb. in suis disputat. Quem refert Joan. Andr. *Joan. And. reg. sine culpa*, & sequuntur plerique alii. *Barto* L. *etsi contra. C.*

de

de nupt. & *in* L. 3. *de concub.* L. 1. *de ri. nupt. Alber.* L. *cùm qſ. C. de nat. lib. por inſtitu. de ado numer.* 5.

CAPUT XII.

Qui Naturales Dicantur, & concubinarum uſus quando ſit ſublatus.

SUMMARIUM.

1 *Concubina quæ dicatur apud Latinos authores.*
2 *Quæ proprié apud Juriſconſultos.*
3 *Hodie paucíſſimi verè naturales reperíri.*
4 *Jure Canon nulla conjunctio, excepta uxoria, permittitur.*
5 *Naturales Jure Canon. quì vocentur.*
6 *Legitimati per ſubſeq. matrim. an etiam ìnterris Imp. quo ad hæred. veluti legitimi habeantur.*
7 *In matrimonii cauſis præfertur Jus Canonicum.*
8 *Naturales ex communi uſu loquendi, qui dicantur.*
9 *Quadruplex ſignificatio hujus verbi naturalis.*
10 *Concubinatus angele civíliunquam fuerit interdictus.*
11 *An hodie eodem Jure damnatus intelligatur.*
12 *Quomodo Jure Canon permittantur concubinæ.*
13 *Concubina quandoque quæ dícatur.*

SCiendum autem eſt, ut naturalis propriè quis dicatur, multa requiri. *Ripa.* §. *ſi qſ. rogat. ad Trebel. num.* 4. oportet enim ex concubina natum eſſe, quam non adeò facile eſt reperire. *Gramat. Voto* 4. *Alcia Reg.* 2. *præſum.* 5. Concubinam etenim non hic eam accipimus, prout Latinos authores, amicam quamlibet privatam, cum qua rem habère ſoleamus, quamvis alteri nuptam, ut apud Sueton. *In Nero. c.* 28. dum ait: Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, veſtali virgini Rubriæ vim intulit. Et apud Cicer. *li.* 1. *de Ora.* Quæ ſi judicaretur certis quibuſdam verbis, non novis nuptiis fieri cum ſuperiore divortium, in concubinæ locum duceretur, ubi, Cicero eam concubinam vocat, cum qua ſolemus verſari, dum adhuc nobis cum alia eſt matrimonium, quod quidem Jure noſtro non admittitur. L. 1 *Cod. de concub.* Non hic etiam de pellice intelligimus, cujus ſignificatio magnam doctis viris præbuit controverſiam *Valla. lib* 6. *cap* 47. *Alcia. lib.* 4. *de verb. ſig.* & *in* L. *maſſurius eod. tit.* 1

Sed de paulò honeſtiore fœmina loquimur *d.* L. *maſſur.* quæ parum ab uxoria differat conjunctione L *item* §. *parvi. de leg.* 3. fortè quæ à Græcis ditur, *d.* L. *maſſurius*, *in fin.* & *Valla ſupra.* à noſtris recentioribus, & alio nomine focaria uſurpatur. L. *ſi ea. ubi Bal. Alber. C. cond. inſ.* & L. 2. *C. de don. jur. vir.* Eſt ergo mulier, quæ uxoris loco ſine nuptis domi retinetur, cum qua ſola quis eo affectu ſemper cohabitaverit. §. *conſi. Aut. de trium.* & *ſem.* quam veluti uxorem apud ſe cuſtodierit, alverit. §. *ſi qſ Auth. qui mod. ſua* cumqua nec ſtuprum nec inceſtus cadere potue- 2

rit,

rit. L. 1. §. 1. *de concub.* cui, & fuerit denunciatum (si sit ingenuo loco nata, honestæque vitæ) concubinam habitum iri. L. 3. *de concub.* cum qua, & is qui versatur, cœlebs omninò fuerit. L. 1. *C. eo ti.* Quòd si horum vel unum tantùm desit, dubium non est, nec illam concubinam, nec filios naturales appellari posse. *Albe.* L. 1. *C. de nat. lib Gramma. Voto* 4.

3 Unde rectè ab Oldrado, & Bald. animaduersum est, nullos ferè hodie verè naturales reperiri. *Old. consil.* 196. *Bald.* 456. *in* 5. & 206. *in* 3. *Alexan.* 174. *in* 5. Sunt autem hæc ita Jure civili statuta, quo talis coitus, ut modò dicebamus, damnatus non fuit. At verò Pontificio Canone secus sancitum est, eo enim Jure concubinatus quibuslibet omninò interdictus fuit. *Gl.* L. *in liberæ, de rit. nup. & Bart.* L. 3. *de concub.* ita ut quicquid cum ea, quæ legitima uxor non sit, rei Venereæ causa actum fuerit, id adulterij crimine damnetur. *c. Nemo.* 32. *q.* 2. & qui concubinatus olim vocari potuisset, hoc mœchiæ sive adulterii nomine nunc contineatur *c. dixit. cap. meretrices cap.*

4 *quæst.* generaliter enim hodie quæcunque fornicatio etiam cum meretricibus gravissimum crimen habetur *Glo Clem. ad nostrum, ver. non est, de hæret. Abb. cap. idter opera, in fin. de spons.* nec præter uxorem ullam omninò attingere mulierem, sine magno salutis nostræ discrimine, licet, quod, & sacræ literæ testantur. *Thob.* 4. *& Corint.* 1 *cap* 6. *in fin.* Quin, & damnabilior nunc hæc concubinaria consuetudo, quám simplex fornicatio esse censetur, quo diuturnius in ea peccatum adest, ut Panor. ait. *Abb. c. tanta, circa fi. qui fil. leg.* Non igitur hoc Jure naturales filii illi tantùm intelliguntur, qui ex concubina nati sunt, *Maret. Laud. in q. Augeri. nu.* 46. sed generaliter omnes, qui ex duobus, qui nuptiarum adhuc expertes essent, inter quos tamen matrimonium consistere potuisset, fuêre progeniti, *c. innotuit. ubi Abb. dec elect. Bald. cons.* 120. *in* 2. quos. & per subsequens matrimonium, legitimorum jura nunc adipisci certum est. *Abb. d. cap. tãta. Dec. consil.* 155. prout olim ij tantúm solebant, qui ex vero profecti essent concubinatu. *§. fin. Inst. de nupt.* Hincque sensere multi. *Ang.* 6 *consil.* 29. *Præpos. d. c. tanta.* in terris quæ Pontificiæ ditionis sunt, omnes hos naturales, qui deinde secutis parentum nuptis legitimi effecti sunt, etiam in hæreditatibus succedere, *c.* 1. *qui fil. legit.* in foro veró Cæsaris, licet, & legitimi habeantur, non tamen ad successiones, & ea quæ propriè sunt Juris civilis, admitti, eò quód æquum sit propriàs in uniuscujusque jurisdictione leges observari, *c. si duobus de ap.* Quæ 7 tamen distinctio mihi haud sané probatur, video enim matrimonii materiam hoc insigne, habere, ut quicquid de ea dubitetur, id semper juxta Pont. Canones, quocunque in loco sit decidendum. *c. fin. de secund. nupt. fran. cap.* 2. *de arbit. in* 6 Quòd si hoc in matrimonio, quod principale est, servatur, cur non, & idem in filiis, qui inde oriuntur, attendamus, cùm hoc ab ipso pendeat matrimonio? *c. tuam, de ord cog. Angel. §. fin. Inst. de nupt.* Nam si fatentur omnes, secutis nuptiis, quoscunque qui hodie naturales vocantur, legitimos fieri, idque

ubique ita se habere, cur non ergo legitimi quo ad omnes causas existimentur, si eorum origo, hoc est matrimonium, undequaque justum, & legitimum habetur. *Dec. consil.* 155. ubi enim das eos semel justos filos dici, jam, & cætera, quibus legitimi potiuntur, ad hos quoque pertinere necesse est. *Arg.* L. 1. §. *lex Falcidia*, *ad L. Falc.* quod præter has rationes à Justiniano quoque apertissimè declaratum esse videtur. *Auth. quib. mod. sui. §. rel. qui igitur*, & §. *si verú plurimis*, *in fin.* Hodie autem non solûm hi ex soluto, & soluta nati, ut dicebamus, naturales vocantur, sed, & omnes ferè spurij quomodocunque concepti, ex communi usu loquendi, filij naturales vocari solent. *Ang. consi.* 101. *Crav. consil.* 166. *nu.* 8. *Pariſ. consi.* 15. *in* 2. *nu.* 56. quôd scilicet, & ij á natura procreati sunt. *Dec. consil.* 433. *col.* 3. in quibus tamen ea quæ modò de legitimatione dicebamus, minimé servabuntur, cum ea in his tantùm locum habeant, quorum parentes soluti antea omni matrimo. erant, ita ut rectè tunc simul contrahere nuptias potuissent. *d. ca. tanta*, *ubi Abb. in fi.* Erit itaque quadruplex hujus verbi, naturalis, significatio, veré, & proprié naturales dicentur nati ex concubina, seu ex servili consortio, *c. fi.* 32. *q.* 4. *L. libert. C. de int. matr. deci. d. consi.* 433, *nu.* 14. laté, omnes nati ex soluto, & soluta, inter quos jungi nuptiæ potuissent, *c. innotuit. de electi ubi Abb. num.* 18. latissimè, quicunque illegitimé concepti ex quolibet congressu. *Abb. d. c. tanta nu.* 12, *&c. p. venera. nu.* 31. & *præp. colum.* 6. non impropriè etiam, ubi accipitur pro justo filio, quod quandoque contigit. *Glo. L. quotiens. idem*, *de reg. jur.* & maximé quando de naturalibus, & adoptivis simul liberis leges mentionem faciunt, *In tit. de adopt. in ff. & Inst. sæpius* quod, & aliàs adnotavimus *c.* 37. Cæterùm quando hoc nomen aut proprié, aut latè, aut in genere, aut in specie sit capiendum, & alii docuerunt. *Ruin. consi.* 88. *in* 3. *n.* 11, 13. & ego ex subjecta materia de judicandum puto. Sunt verò etiam qui dixerint. *Host. c. lator. qui fil. legi. Joan. Andr. Reg. sine culpa*, concubinatum lege civili multó ante Pontificios Canones fuisse improbatum, nempe novissimis Authent. constitutionibus, quibus Imperator quamcunque fornicationē, & lenocinium prohibet, *Aut. de le. non. Aut. scen. mult. & Aut ut non luxur. cont. nat.* sæpiusque fatetur se castitatis amatorem esse. *Auth. quib. mod. leg. §. illud.* cavetque ut in materia peccati, qualis hæc est, leges civiles sacras regulas debeāt imitari. *Aut ut cler. ap. prop. epi. & Auth. quomodo opor. epi.* quæ sententia, & aliis etiam argumentis à magnis Jurisprudentibus confirmata extat. *Fel. cap. cûm. sit. de fo. comp. nu* 36. *ex c.* 1. *de fil. nat. ex mart. in feud.* Contra eam tamen ego sentio Nam cûm Imperatorem legam in Novellis suis, concubinarum usum sacratis tantùm viris interdixisse, *Aut. de monac. §. si quis autem monas. & de sanct. epi. § cleric.* unde nec quicquam illis donare possunt, *Dec. consi.* 132. & generi inde filii, non naturales, sed spurii nominantur. *Bald. L. parentes, ne in jus voc.* & patribus succedere prohibentur *Ubal. de suc. ab int.* 1. *par. nu.* 37. facilè conjicio, cæteris id eum minimé vetuisse. *Arg.*

con-

contrario Quis enim dicat illarum congressum à Justiniano damnatum cùm is in suis constitutionibus earum tam sæpé probet consuetudinem, *Aut. de incest. nupt. §. fin.* & L. *pen. in fin. C. de orfic.* eas, & aliquando ad successionem vocet. *Aut. quib. mod. sui. §. sì quis autem.* nihilque in tali commercio libidinis esse significet. *Aut. quibus mod. leg. circa princip. & de trien. & sem. §. consideremus in fin.* præsertim verò, quòd si hoc ipse prohibuisset, speciali sanè nota, & correctione res indigebat, quæ tamen nusquam apparet. *Arg. L. præcipimus, in fi. C. de appellat.* Ubi igitur fornicationes, libidinesque eum detestantem legimus, ut suprà dicebatur, tunc ego de vero concubinatu minimè quidem unquam dixerim eum intellexisse, sed de aliis illicitis voluptatum generibus, ex quo concubinatus per leges nomen sumpsit. *L. 3. de concub. & bal consil 457. in 5.* abomnique crimine, aut turpitudine longè abesse existimatur. *§. siquis autem, ant. quib. mod. sui.* secundum ea, quæ in simili Bartolus adnotavit. *Bart. L. mùlier. §. cùm proponeretur ad Treb* Hodie tamen si quis quæret, an Jure civili hæc concubinaria consuetudo sit permissa, crederem fortè quidem id jam negari posse, non eò quòd lex civilis eam interdixerit, ut cæteri putant, sed quód cum Jure Pont. aliter cautum sit, ex talique conjunctione gravissimum existat peccatum, *c. nemo 32. q. 4* debet Jus civile in hac re cum Jure Canònum omninò consentire, cúm ubi peccati suspicio aliqua subest, una omnibus prævaleat lex Pontificia. *Abb. c. 1. de nov. ope. nunc. num. 5.* Unde fiet, ut Jure civili quoque dicatur nunc concubinatus interdictus, quod, & recentiores tradidère. *Cagnol. L. si qua. C. ad orfic. n. 10. 13.* quia non ea lege nonominatim vetitus, sed quia legum novarum interprætatione ita receptum est, perinde ac si verbis Juris civilis specialiter esset introductum. *Arg. Just. de Leg. petr. tur.* Nunc novissimé, Canon, Pontif. illud advertari quis dicat, quod Toletano consilio traditum est, *c. is quis 34. dist.* ut scilicet, quibuscunque liceat vel uxorem vel concubinam habere, & qui concubinam retinet, à cæterorum consortio non sit repellendus, *d. c. is qui. & c. Christiano. ea d. dist.* Sed adhæc respondeo, concubinam in eo loco acipi pro uxore, quam non adeó solemnibus nuptiis, publicisque instrumentis confectis duximus, quæ quoad effectum, & re ipsa uxor est, ob omissa tamen ea solemnia lex concubinam vocat, *c. omnibus. §. 1. ea d. dist.* quæ tamen ab uxore nihil sanè difert, ut Archid. & Gemin. tradidère. *Gloss. Arch. Gemi. d. c. omnibus, & d. c. is qui.* Dicunt etiam aliqui *Fel. ca. cum sit de for. conpat. numer. 38.* concubinam eam Canones vocare, quæ sine spe prolis ducitur, quod connubium, & ipsum est. *cap. solet. 32. q. 2.* Sed non magni res est momenti.

11 12 13

CAPUT. XIII.

De Filiis Naturalibus ex servorum consortiis

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium inter servos non dicitur.*
2 *Ex servis oriuntur, & naturales, & spurii.*
3 *Decii ac recentiorum error.*
4 *In servitute quid dicatur susceptι.*
5 *Concubinatus servorum.*
6 *Quid sit nasci in figura matrimonii.*
7 *Consortium, concubinatus, an pro eodem.*

EST, & aliud filiorum naturalium genus, præcedentibus quidem perquàm simile, nisi quód illi ex liberorum hominum, hi ex servorum conjunctione suscipiuntur. *L. libertinum. C. de int. matrim.* Servi etenim cùm pro mortuis habeantur, *L. quod attinet. de regul. jur.* matrimonium Jure civili contrahere non possunt, nec legitimos filios procreare, *L. 3 C. de incest. nupt.* si tamen ij inter se certo ritu cojerunt, naturales filios, & ipsi parere apti sunt. L. *Lucius §. fin. de leg. 2. L. ex facto. §. si quis rogat. ad Trebel.* Nam cùm lex eis justum omninò matrimonium interdixerit, certam tamen conjunctionis speciem concessit ad veri matrimonii similitudinem, *Just. de ser. cog. in princ. cum gl ver. veniant. in fin.* quam contubernium seu consortium appellavit. L. *servi. C. de adult.* L. *fin. C. de ser. fug.* voluit, que ex his veluti imaginariis nuptiis natos, naturales dici, *imo. d.* L. *Lucius, §. si Alex. §. si quis rogat.* Quòd si hanc consortii rationem negligentes, aliis temerè mulieribus jungi vellent, tunc perinde ac liberi homines, qui connubii jura non servant, spuriam, & ipsos progeniem parere decrevit, L. *ex libera. C. de suis, & legi* L *un.* C. *de mul. quæ pro* quæ distinctio à Bartolo tradita, *Bar. §. si quis rogatus 2. col.* ab aliis quoque crebriùs recepta est. *Imo. Alex. ibi Imo.* L. *Lucius. §. fin.* Primus tamen Panormitanus. *Abb. cap. in præsentia. de proba. n.* 13. non credidit hanc differentiam satis Jure posse pròbari, ut interfit áliquid, ullum ne de facto inter servos matrimonium intercesserit. aut minùs, quoad naturales scilicet filios suscipiendos. Et quamvis. *Alex. d. §. si quis rog. in prìn.* ejus opinionem nonnullis legibus convellat. L. *ex libera. C. de suis, & legi. Auth. ex complexu.* acriter tamen contra eum pro Panormitano instat Decius. *Dec. d. c. in præsentia, n.* 30. *& in* L. *generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & substi. n.* 20. contendens filios servitute susceptos, absque ulla etiam matrimonii specie, naturales dici posse, respondetque ad argumentum Alexandri, *ad d.* L. *ex libera.* nihil ibi de filiis in servitute natis agi, eó quòd mater libera esset, à cujus conditione filiorum status pendere, & dignosci solet L. *partium. C. de rei vendic.* concluditque tandem in filiis in servitute natis, ac cæteris in libertate respondendum: ut ut cúm inter liberos homines concubinatus sit necessarius ad naturalem sobolem comparandam, idem, & con-

concubinatus in ſervis quoque requiratur, poſſe enim eos, quamvis non matrimonio, concubinatu tamen aliorum exemplo vit. L. *ſi.* C. *com. de manum.* Atque ita non vult ad conjugij illius ſpeciem ſed ad concubinatum ſolum eſſe reſpiciendum, cúm de filiis naturalibus aut ſpuriis dubitamus, quod, & poſt eum recentiores alii, deinde latiùs tradidere *Pariſ d. c. in præſentia. n.* 3. 39. 42.

3 *Ripa.* §. *ſi quis rogatus n.* 6. Ego verò, non miror quidem, Panormitanum à Bart. in hac re diſſenſiſſe, ſed Decium miror, contradicendi ſtudio, res plerumque ineptiſſimas effudiſſe, ejuſque errorem nedum ab aliis non agnitum, ſed potiùs commendatum inde fuiſſe. *Pariſ. dict. c. præſen. n.* 4. Age verò qua ratione hoc unquam Decius, & cæteri tueantur, eum qui ex libera matre, & Patre ſervo natus ſit, quamvis liber ipſe oriatur non tamen ex ſervili concubitu natum dici, cùm hoc expreſſè Juſtinianus ipſe fateatur? *Inſt. de ſer. cog in princ. ver. vel dum mulieres.* Nod enim ita licet argumentari *Reſpònſio ad dict.* L. *partum* eum qui liberam matrem habuit, qui, & liber naſcitur, *inſt. de ingen.* §. 1. ideò ſemper in libertate ſuſceptum dici, aliud eſt enim liberum naſci, aliud ex ingenuo matrimonio pro-

4 diiſſe. Nam qui alterutrum parẽtem vel patrem, vel matrem ſervos habuit, ſemper is dicetur in ſervitute ſuſceptus, tametſi fortaſſe i. ex ventre liber in lucem editus fuiſſet, *d. tit. de ſer. cog. ubi caſus.* Cùm igitur videamus natos ex hac ſervili conjunctione, quandoque naturales, L. *fin. de jur. delt.* L. *Lucius.* §. *fi. de leg.* 2. L. *omnes* §. *Lucius quæ infr. cred.* quandoque eſpurius vocari. L. *un. C. de mul. quæ ſe p. ſer. ubi Bal. Angel.* L. *divus*, *cum Gloſ. de cap. & paſt. d.* L. *ex libera*, cur non eam ſequamur diſtinctionem, quæ æquiſſima eſt, & in liberis quoque hominibus eodem ferè pacto ſervatur, ut ſi ſe ſub quadam conjugii imagine cognoverint naturales filios edidiſſe: ſin minus, ſpurios, & illegitimos dicantur ſuſcepiſſe? Hoc nobis Juſtinianus ſanè ſignificavit, qui expreſſè ex ſervili tantùm conſortio natos ad ſucceſſionem vocans, atque illos alliis juſtis filiis æquiparans, à cæteris, qui non ex conſortio prodierunt, ſeparaſſe videtur *d. tit. de ſer. cog. in princ. cum Gloſ. ver. veniant. in fi. & afflict. deciſ.* 203. Quòd autem dicebat Decius, & concubinatum inter 5
ſervos dari, ex eoque tantùm naturales filios gigni, adjuvat id magis, & noſtram, & Bartoli opinionem. L. *fi. C. com. de manum.* In hocque poſt Decium, omnes deceptos puto, *Pariſ num.* 42. qui in hac materia aliud eſſe conſortium, aliud concubinatum exiſtimarunt. Cúm enim dixit *Bart.* 6
& *Alex. d.* §. *ſi quis rogatus.* oportere filios ſervorum in figura matrimonii naſci, ut naturales dici queant, id utique voluerunt, ut cum ſervis verum connubii jus non concedatur, ipſi de facto ſaltem ita inter ſe coëant, ſicuti cæteri, quibus id lege licet ritè congredi ſolent. Hoc autem conſortium ſeu contubernium dictum eſt. L. *ſervi.* C. *de adult.* L. *fin.* C. *de ſet. fug.* quod idem ferè, & 7
cum concubinatu eſt, niſi quòd frequentius concubinatus de liberis hominibus, *tot. tit. de concub.* conſortium de ſervis dicitur. *Inſt. de ſer. cog.* & in concubinatu matrimonii

trimonii contrahendi voluntas deeſt, in coſortio ſola facultas. Aſt in cæteris, & conſortium, concubinatus dici poteſt. *L. nuper. C. de nat. lib.* alterumque pro altero promiſcué uſurpatur. *L. divi*, & *Authem. quod jus, cum ſeq. C. de nat. lib.* Hincque tam conſuetudo inter liberam, & ſervum, quàm inter liberum hominem, & ancillam modó contubernium, modò concubinatus à lege nuncupatur. *L. libera, cum Gloſ L.* 3. C. *de lib. cau.* L. *fi.* C. *com. de manum. L. pen. cum Gloſſ. de priu ered.* Quod ergo dixit Bart. de figura matrimonii, non eſt diverſum á concubinatu, ut Decius putavit, quin illud idem duplici nomine ſignificatum, *d.* L. *divi.* C. *de nat. lib.* quid eſt enim aliud concubinatus, niſi obumbrata quædam matrimo. imago, quæ abeo ſola ordinis dignitate differt. L. *item legato §. parui. de leg.* 3. quid aliud concubina, quàm fícta quædam uxor. L. *maſſurius in fin. de verb. ſign.* Quod cùm ſuprà latiùs oſtenderim, hîc ampliùs repetere operæprecium non duxi.

CAPUT XIV.

Servilia conſortia quomodo ineantur, & filii ex his nati, à cæteris quid differant.

SUMMARIUM.

1 *Inter ſervos ſunt jura cognationis.*
2 *De ſenat. conſ. Claudiano.*
3 *Maiorem pudicitiæ cultum in fœminis, quàm maſculis exigi.*
4 *Uxor maritum adulterii non accuſat.*
5 *Vernæ qui ſint.*
6 *Filii ſervorum naturales, quomodo ſuccedant.*
7 *Cur lex his favorabilior, quàm cæteris naturalibus videatur.*
8 *Ob contubernium violatum, quæ detur actio.*

SEd licétne ſervis quodcunque conſortium inire, ut exeo naturales filii quærantur? Ego ſanè non arbitror. Sicuti enim nec ingenuis hominibus, cujuſque mulieris permiſſum eſt concubinatum appetere. *L. 5. de concub.* nec quocunque tempore. *L. 1. C. de eod.* Sic in conſortiis, quæ inſtar matrímonii ſunt, delectum aliquem haberi oportet, namque & in ſervis, cognationis ac affinitatis Jura ſpectari ſolent, ſeu dum in ſervili ſtatu ſunt, ſeu poſtquam libertate fuerint donati. *§. Illud certum, cum Gl. Inſt. de nup. l adoptivus. §. ſerviles de rit. nupt.* Id igitur in primis neceſſarium duco, ut certo ritu inter ſe ad matrimonii ſpeciem coêant. *D. tit. de ſer. cog. cum Glo. ver. veniant. in fin.* ut ſuprà diximus. Inde verò ut non omnibus paſſim jungantur, ſed iis tantúm, quos lex non interdicit, legitimus enim ſenatuſconſulto Claudiano, olim ingenuas mulieres propria libertate, & bonis omnibus mulctatas, quæ ſervili amore bacchatæ nolente domino, cum ſervis concubuiſſent. *L. 1. Cod. de ſen. conſul. Claud* Quod ſen. conſ. & ſi hodie quo ad libertatem ſit antiquatum. *Inſt. de ſucceſ. ſubl. §. fin.* non crederem tamen illud rectum contubernium haberi poſſe, ubi mulier alienum ſervum, non bona venia domini ad ſe evocaſſet. Id quoque certum eſt, nec patronam poſſe ſervo proprio ſe licitè immiſcere. *L. un. C. de mul. que prop. ſer*

quin

quin graviſſimas pœnas utrumque ſuſtinere, taleque; nec contuberniam, nec filios naturales dici. *Bal. Ang. d. l. un.* Quod mirum fortaſſe alicui videri poſſit, cùm patronum ipſum videamus ancillæ ſuæ concubinatu ſæpè potiri. *L. pen. cum Gloſſ. de priv. cre. l fin. Cod com de manum.* cur ergo minùs liberè patrona ſervo ſuo uti valeat? Sed hoc ego optima ratione inſtitutum puto, nempe quòd matronas præcipuè deceat pudicitia. *Glo. l. palan. §. quam in adulterio de rit. nupt.* quarum ideò cupiditati non æquè remittendas habenas lex civilis putavit, ac maſculorum. Hinc lex Julia maritum quidem de matrimonio ab uxore violato agendum audit, non æquè ob id crimen virum à conjuge patitur accerſiri. *L. 1. de adult.* Hinc ſcriptum Jure veteri, ex M. Catonis oratione refert Gellius. In adulterio uxorem tuam ſi prehendiſſes, ſine judicio impunè necares. Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere, neque jus eſt. Sic dominum cum liberta ſua juſtum matrimonium cõtrahere lex permittit. *L uxorem C. de nupt.* non idem tamen in patrona cum liberto ſuo voluit *L. 3. C. eod.* quoniam honeſtatis, pudicitiæque; vel ratio, vel ſuſpicio, non æqua lance maribus ac fœminis penſanda fuit. *Gloſ. §. ſi quæ ſervo. 12. q. 2.* Nunc ſciendum eſt, bis naturalibus filiis ex ſervorum contuberniis genitis (non de aſcriptitiis loquor, in quibus jus proprium eſt. *L. fin. C. de arg. & cenſ. l. ne di utius, cum gl. verſ. intelligantur, eo tit.* ſed de ſervorum verè filiis, quos fortaſſe vernas vocatos fuiſſe dicas. *Glo. §. huic. inſt. de leg. & l. Titiæ textores. de leg.* 1. multò plus leges favere, quàm naturalibus reliquis, ex ingenuo concubinatu profectis, de quibus ſuprà egimus. Hos enim quamvis in ſervitute concepti ſint, ſi deinde manumiſſi fuerint, ad ſucceſſionem tam ex teſtamento quam ab inteſtato perinde ac juſtos filios, nova conſtitutione Juſtinianus vocavit. *Inſt. de ſer. cog.* illis ſextam tantùm partem non extantibus legitimis detulit. *Auth. licet. C. de nat. lib.* Hi conditionem illam. Si ſine liberis, extingunt, illi non, niſi aliter de voluntate appareat teſtantis. *Bar. Alex. §. ſi quis rogat'.* Hujuſque rei illa videtur eſſe ratio, quòd cùm in utraque ſpecie, matrimonii imago quædam referatur, hos tamen lex juvit magis, quòd hi veras nuptias celebrare non potuerunt, cum ſervi eſſent, ij noluerunt: eos enim magis ſemper tueri ſolemus, qui à rectis rebus gerendis, imbecillitate potiùs, quàm certo propoſito & voluntate deducuntur. *L. 1. §. merito ff. de poſit.* Parentes eorum, Jure quidem culpari poſſunt, qui id quod rectè facere poterant, neglexerunt. *L pen. C. de condi. inſer.* His nihil vitio adſcribi debet, qui, quantum in ſe fuit, implere non deſtiterunt. *L. quæret aliquis in fine de verb. ſign.* Dantur autem & dominis eorum ob contubernium illud violatum ad exemplum legis Juliæ in matrimoniis plures actiones. *L. ſi ſtuprum, de initur l. ſervi, cum Gl. C. de adul.* poſſunt enim aut lege Aquilia, aut de injuriis, non nunquam, & extraordinario crimine experiri. *L. inter liberas, cum Gl. C. L Jul. de adult.* Quæ omnia ideo conceſſa ſunt, ut cùm veri connubii jura ij non poſſunt obtinere. *L. 3. C. de inceſt. nupt.* cæteris, ſaltem auxiliis non eſſent omnino

de

destituti Et hæc Jure civili.

CAPUT XV.

Nati ex servis, an hodie legitimi dici possint.

SUMMARIUM.

1 *Servi hodie contrahunt matrimo. etiam invito domino.*
2 *Legitiminati sequuntur patrem, ex servis verò matrem.*
3 *De argumento à conjugatis.*
4 *Ex libera & servo natus, sacru initiatur.*
5 *Esse quis servus, & legitimus, hodie potest.*

JUs verò Pontificium, cujus præcipuus is est finis, ut quæ animis salutaria sunt, monendo, á peccato nos maximè divellat, C. *ut animarum, de const. in 6. ca. norit. de judi.* cum matrimonium rem sanctissimam, & honestissimam miris ubique laudibus prosequatur, *C. Tanta, qui fil. leg. cum si.* cæteras omnes conjunctiones, hac una excepta, gravissime detestando, *Glos. Clem. ad nostran. ver. non est, de hæret. c. dixit. cameretri.* 32. *q.* 4. concubinatum etiam eadem ratione non probavit, quod á conjugali vinculo talis consuetudo plurimum abesset, *C. nem.* 32. *q.* 4. Hoc ipsum igitur conjugium cum à Deo rerum omnium opifice primum sit institutum, *C. unico de voto in* 6. ad cujus tribnal nemo alio nobilior nemo locupletior, insignior-
1 ve existit sed omnes æquali apud eum Jure utuntur *Galat.* 3. voluit idem sacramentum illud omnibus, tam liberis quam servis ita esse commune, ut nulla dominorum potestate jam posset impediri. *C.* 1. *&* *per* 10. *de conju. ser.* Qua ex re duplex orta est differentia inter civiles Pontificiasque leges: altera, quod concubinatûs, qui eo Jure permissus erat, *L.* 2. *de concub.* hoc fuit penitus interdictus: altera, quòd cúm servos olim à matrimoniis contrahendis repellerent, *L.* 3. *cod. de in c. nupt.* nunc ad legitimũ torum, justaque connubii jura æquè cum cæteris vocati sunt 29. *q.* 1. *c.* 1. 2. *Gl. d. L* 3. Sed de illorum filiis nunc oritur controversia, censeanturne, & ipsi jam legitimi esse, an verò, ut antea, naturales tantum, nunc quoque judicentur. Multi sunt enim, qui hoc sanè affirment, *Hostien. in sum. q. fil. sine leg. col.* 3 *Ludovic. Sard. de nat. lib. §. de app. nu.* relinqui eos in pristino statu, eò quod servorum quidem matrimonium hoc Jure fuerit receptum, ob summam, quæ illi sacramento prærogativa fuit attributa, sed quod ad filios attinet, nihil Jure novo fuisse immutatum, *Arg l. præcimus. in fin. cod. de appel.* posseque hæc duo recte simul jungi ut ex legitimo matrimonio, illegitima plerunq; soboles propagetur, *Glos. l. divus de cap. & post. Abb. cap. literas. do fil. presbyt.* Quod, & clarius de- 2
monstrari eo argumento potest, quód scimus legitimê natos filios, patris semper, non matris conditionem sequi, *l. cùm legitimæ, de stat. hom.* Sed cum Jure hoc Canonum, ex servis nati matris statum, non patris assequantur, *C. fin. de ser. non ordin.* quid manifestius est, quam hos legitimos non esse, qui alias paternum tantum

tum Jus, gradumque, in omnibus non matris retinerent? *d. l. cum legitimæ*, esset etenim nimis id certè durum, ut ex ancilla natus, justus filius censeri posset, *Arg. l servitutem, de re. jur. & §.*
3 *1. Inst. de nupt.* Mihi tamen contraria magis sane placet sententia, ut cum matrimonium ipsum probatum fuerit, jam & filij ut legitimi recepti esse videantur. Sumo etenim argumentum à causa efficienti, seu potius à conjugatis, quod adeò necessarium est, secundum Quintilianum, *lib. 5. ca.* 10. ut alia non indigeat probatione. Nam si justum est matrimonium, certè, & justos liberos originari necesse est, *§. legitimi, Aut. quib. mo. nat. sui.* tales enim filij, quales nuptiæ, *d. §. quoniam vers q. enim Aut. qui mod. nat l. g.* Quod sané intelligo rebus ita se habentibus, *arg. l. quod Servius, de cond. ob cau.* nam si post contractum legitimum conubium, quid extrinsecus deinde acciderit, non nego plerunque causam hanc peruerti, effectumque, longé ab initiis nobis propositis diversum gigni posse. *Ita procedit d. l. divus. cum Glos. &c. literas ubi*
4 *Abb.* Accedit, quod si ex servorum matrimonio nati, legitimi non essent, certé nec sacris ordinibus possent initiari, qui in spurios nunquam conferri solent, *c. & per. tot. de gl. presby.* & tamen ex servo, & libera genitus filius, quod secundum jus civile, consortium servile erat, *Inst. de ser. cogn.* ad eos rectè potest promoveri. *c. fin. de ser non. ord.* Sicuti verò videmus, ex quo tempore justæ illæ nuptiæ probatæ sunt, quæ etiam infra annum luctus à muliere essent celebratæ, *c. pen. & fin. de sec. nupt.* ex cõsequentia etiam quadam pœnas omnes olim tali matrimonio in dictas, *l. 1. 2. C. de sec. nup.* confestim fuisse extinctas, *Dec Rubr. C. de sec. nup. & consil.* 230. *Abb. cap. fin. de sec. nup.* cur non, & hodie recepto inter servos matrimonio, cætera quæ inde pendent, probata quoque esse dicamus? *Facit. & consi Dec.* 158. *n.* 2. Cur enim hi non justi sint filij, si parentes eorum secundum legum præcepta cojerunt? *Arg. Inst. de nupt. in prin.* Nec obstat, quod, & hoc Jure filiorum status à matris pendeat conditione, id enim quo ad libertatem solum obtinet, *c. un. de na. ex lib. ventr.* in qua servantur adhuc, & civiles leges, *l. partum C. de rei ver.* eo quòd nihil hæc res matrimonii sacramento potest offic re, cum tam liberis quam servis legitima liceat inire conjugia. Quod ergo proprium est matrimonii, & eorum quæ à matrimonio ipso proficiscuntur, scilicet de filiis inde editis, crederem in omnibus à Jure civili dis-
5 cessum, *arg. cap. lator, que fil. leg. c. tuam, de ord. cog. c. euphemium. 2. qu.* 3. ac secundum Canones, posse aliquem servum, & simul legitimè natum, eodem tempore appellari.

CAPUT XVI.

De vario Illegitimorum filiorum genere.

SUMMARIUM.

1 *Illegitimi olim ex non Rom. civibus orti.*
2 *Illegitimi in genere qui dicantur.*

3 *Varia nomina illegitimorum filiorum.*
4 *Spurij in genere, & in specie.*
5 *Spurij ex damnato coitu.*
6 *Congressus meretricius impunitus, & quare.*
7 *Vulgo conceptiqui sint.*
8 *Qui dicantur varij, Manzeres, numer.* 9. *Incestuosi, n.* 10. *Nefarij, numer.* 11. *Adulterini, numer.* 12. *Sacrilegi, numer.* 13.
14 *Nati ex sacratis patribus, quo nomine in Jure vocentur.*
15 *Cleric. castitati quomodo sit astric. quid de Mon.*
16 *Ex omnibus Spuriis, qui turpiores aliis.*

DIcamus nunc, quod est nostri instituti proprium, de filiis illegitimis, ut quam multiplices sint, & quid à naturalibus differant, rectiús intelligamus. Ac de eorum quidem origine, & diversis in hac re gentium moribus sufficiant ea quæ aliàs diximus. Nunc sciendum est, quod cùm ex variis conjunctionibus, quæ olim inter homines erant, quasdam lex Romanorum approbasset. Unde legitimi filii, orti, & appellati sunt, quasdam nec recipisset nec damnasset, unde naturales prodiere, quasdam etiam eo est odio prosecuta, ut quod inde provenisset nec filiorum nomine dignum censuerit, sed omnem eam prolem illegitimam appellavit, ut ex nomine ipso quisque intelligeret, contra legum præscripta, talem omninó
1 coitum extitisse. Duo antem principaliter illegitimorum filiorum genera Jure nostro tradita leguntur. Alterum eorum, qui patrem matrem ve alienigenas habuissent, id est, non cives Romanos, nam cùm inter exteros, & cives Romanos justum cõnubii jus non esset, si qui inde nascebantur liberi, sub potestate patris non erant, sed illegitimi censebantur, ut suprá latiùs ostendimus, *cap.* . quo in numero, & plerique nati ex servis comprehendi possunt. Alterum illorum genus est, qui de Romanis quidem civibus nati erant, parentes tamen eo um secundum legum præcepta non cojerant, de quibus in præsenti agendum est. Id autem variis de causis poterat contingere, seu quia cum ea muliere juncti essent, cum qua non licebat, seu quia citra matrimonij consensum, seu quia is non servatis quæ necessaria erant, seu aliis atque aliis modis, qui infiniti sunt, *Glos. §. illud. in fin. Inst. de nupt.* & partim 2
etiam á nobis relati. *cap.* 6. *& sequen.* Generaliter ergo constituendum erit, ubicunque patrum conjunctio aut uxoria, aut concubinaria non fuit, illegitimos semper filios oriri, quocunque dein alio modo fuerint concepti. Et hæc ipsa copulatio, quæ tales illegitimè natos edit, lato nomine fornicatio dici Jure nostro videtur, *c. lex.* 36. *q.* 1. sicuti, & ipsi latê illegitimi appellantur. Verũtamen quoniam hïc concubitus, unde tales illegitimi procreantur, varij esse possunt, propterea, & variæ illegitimorum species in Jure traduntur, prout multiplices illecebræ eæ esse solent, quæ parentes ad eam illicitam conjunctionem in eundem deducere potuerunt. Sunt enim Spurij, Vulgo concepti, Varij, Manzeres, Incestuosi, Nefarij, Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hybridæ & Bastardi, omnes inter illegiti- 3

gitimos enumerari. Spurij nomen in genere, & ſpecie accipi
4 poteſt. In genere omnes in univerſum comprehendit, quicunque non juſtè nati ſunt, nihilque ab illegitimi ſignificatione differt cúm ad eos omnes pertineat, qui ex illicito quocunque congreſſu ſuſcepti fuêre, latiſſimeque hoc modo ſumitur. *Bart. l. ſi. de his qui. ut indie Caccial. l ſi qua. cod. ad orfic. col.* 1.2. Hinc dixit Decius, reſcriptum id ſurreptitium non videri, in quo narraſſet quis tantúm, ſe Spurium eſſe cúm ex inceſtu natus eſſet, eo quod nomen id generis haberetur, quo omnes illegitimorum ſpecies cõprehenderentur: *Dec. conſil* 338. *n. 7. verſ. ultimo reſponderi. Jaſ. conſ.* 11. *in* 3 *num.* 4 Ubi ergo quis nec ex uxore, nec ex legitima concubina natus fuerit, ſed ex alia quacunque quamvis proximè ad concubinæ ſpeciem accederet, is ſpurius, & illegitimus rectê dicetur. *Oid.conſil.* 196. *Bald* 206. *in* 3. *Alexan.* 14 *in* 5.1. *colum. in fin. Abb.c. tant.n.* 13. In ſpecie verò Spurij illi vocantur, qui ex mulieribus, ad quas pùblicè omnibus aditus pateat, fuerint procreati, illi enim ex diverſo ſemine orti, patrem non habent certum, unde provenerint, ſed quaſi ex hominum colluvione geniti, idcircò Spurii dicti ſunt, id eſt, quod ſparſim concepti ſint,
5 ut Juſtinianus ait. §. *ſi adverſus Inſtit. de nupt.* Sciendum autem eſt, ex his Spuriis, alios quidem dici ex damnato coitu, alios ex non damnatis nuptiis ortos *Gloſ. Bart. Bald. Salyc. & omnes, in l. pen.* C. *ad orfic. Alexan.* 174. *in* 5. *Dec.conſil.* 311. Damnatus concubitus ille eſt, coi certa pœna á Jure conſtituta fuit, veluti adulterio, in ceſtu, ſtupro, §. *item lex Julia Inſt. de pu jud.Dec.conſ.* 306. *Soci. conſil.* 148. *colum.pen. cum ſubſcrip. Bald. ibi.* aut etiam aliam extra ordinem, ob quam tamen talis congreſſus Jure poſſit accuſari. *Aret §. noviſs. Inſtit. ad Orfic.nume.* 8. *Cagnol. l. pe.* C. *eod. n.* 13. Spurii verò ex non damnato coitu ii ſunt, qui ex tali conjunctione prodierunt, quam lex non quidem probavit, ſed tamen nulla voluit pœna vindicare, ſed quaſi per diſſimulationem neglexit, qualis eſt concubitus cum meretrice, *l. ſi ea* C. *de adult. Bartol. l. fin. de his qui. ut ind.* ancilla, aut alia villi, humilique muliere, *l. quæ adulterium. G. de adult.* quarum conſuetudo, cúm legitima non ſit, non tamen alia pæna coêrcetur, quod nimiam earum mulierum obſcuritatem, indignitateque lex ita contempſit, ut nec dignam putarit, in quam ullatenus animadverteret. *Soz. l. gallus §. quid ſi is. col. fin. de lib. & poſt. & conſil.* 148. *& Bart. l. ſi uxor. in fin. princip. de adult. & eſt text. d. l. quæ adulterium.* Forté etiam ut ita in his connivendo aliis longè gravioribus libidinum periculis obviam iret, quibus irretiri humanæ naturæ imbecillitas facilè potuiſſet *Doct. c. inter opera. de ſponſal.* hincque fit, ut ſpuriorum nomine quandoque, etiam naturales veniant, quia, & eorum conceptio lege non punitur, quamvis diverſa quidem de cauſa, *Cravet. conſil.* 138 *n.* 5. quam differentiam Spuriorum ex damnato, vel impunito congreſſu ſuſceptorum, neceſſarium putavimus hîc declarare, tum ob ſucceſſiones, tum ob alia multa, quæ infrà tractanda erunt, *cap.* 40. 43. in quibus ani-

madvertemus plurimùm hos ab
7 illis ſpuriis differre. Vulgo concepti qui ſint, & ex nomine ipſo patet, & à Modeſtino declaratum eſt, *l. vulgo de ſta. hom.* nempe qui patrem oſtendere non poſſunt, quia certum nullum habent, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, qui, & ſpurij appellantur. Ex quo cognoſcimus, vulgo quæſiti nomen cum ſpurio convenire, cùm omnes exquocumque reprobato congreſſu geniti, vulgo concepti poſſint appellari, tametſi mater eorum non palàm quæſtum feciſſet, lex enim æquè vulgo quæſitos eos vocat, qui re vera incertum patrem habuere, ac illos qui eum habent, quem habere jure non licet. Va-
8 rii nomen pro illegitimo, apud Juriſconſultos noſtros, me quidem legiſſe non memini, alii tamen authores in hoe ſenſu utuntur, eò quod ex vario ſemine in lucem emiſſi ſunt, quemadmodum Heliogabalum ob id varium dictum fuiſſe accepimus, quod ex meretrice conceptus eſſet ut
9 tradit Lampridius. Manzer etiam Juriſconſultis noſtris in uſu non eſt, ſed tantùm à Pontificibus uſurpatum, *ca. niſi cum §. perſona de renuntiat.* hodieque in reſcríptis, privilegiis, & Curia Romana ſatis quidem celebre. Hebræum ipſum vocabulum eſt, proprieque eum ſignificare, qui de ſcorto natus eſt, ſacra pagina interpretatur. *Deut. c.* 23. Inceſtuoſi ab interpretibus noſtris
10 dicuntur, qui ex inceſtu nati ſunt. Inceſtus autem eſt conſanguineorum vel affimium abuſus, *c. lex.* 36. *q.* 1. hinc inceſtuoſi, qui ex conjunctis tranſverſalibus vel affinibus ſuſcepti fuêre. *Gloſ. Rub. C. de inc. nupti.* Nefarii autem ij ſunt, qui ex linea aſcendentium aut deſcendentium proficiſcuntur, ut Accurſius voluit. *Gloſ. in d. Rubric.* Ego tamen vereor, ne ſubtilior hæc ſit differentia, quàm ut ſémper ſubſiſtere poſſit, cùm videam hæc nomina ſæpe confundi, & nefarias ac inceſtas nuptias pro eadem re accipi. §. *ergo. Iuſt. de nupt. l. fin. de rit. nup.* Unde & nefarii ac inceſtuoſi filii promiſcué aſſumi poterunt, pro iis, qui intra gradus quoſcunque prohibitos concepti fuêre, Adulterini ij propriè tantùm dicendi eſſent, qui ex adulterio ſunt profecti, quod adulterium ſolum in nuptam committitet, ut 12
nomen ipſum de monſtrat. *l. inter §.* 1. *de adulter.* Quoniam tamen lex Julia ſtùorum, & adulterium, & indefferenter appellat, *l. inter ſtuprum, de verſign. & d. l. inter §.* propterea, & de filiis inde natis, idem quoque, fortè dicipoterit. Sacrilegi ij vocandi viderentur, quotum vel pater, vel mater dum eos concepit, ſacris erant initiati: nam 13
cùm ſacrilegium latè dicatur, rei ſacræ violatio, *Bald. l.* 3. *C. de furtis.* notum eſt eos omnes, qui ſe divino cultui dediderunt, ita continentiæ caſtitatiſque ſervandæ jam eſſe aſtrictos, ut qui poſt id, libidinib. quandoque obtemperarit, is ſtatim, ab officio receſſiſſe, & ſuſceptos ſacros ordines inquinaſſe videatur, *c nullum. c. de bis.* 28. *diſt. ea. Maximian.* 81. *diſt* prout Abb etiam quandoque ſignificavit. *Abb c. ut clericorum. num.* 6. *de vit. & hon cler.* Alii tamen inceſtum eum eſſe dicunt *Gloſ. Bart. Bald. l.* 2. *in fi. C. de epiſc. & cler.* Alii adulterium malunt. *Gloſ. c. per venerab. qui fil.*

fil legit. ver. adulterinis. & ibi Abb numero 32. Quidam ſpurios potiús hujuſmodi filios dici cenſuerunt *Bald. l. ſi quis inceſti. C. de inc. nupt.* ita ut ex Doctorum ſententiis hoc ſatis in certum videatur. Veriús tamen ego exiſtimo, eos qui ex ſacrato Clerico, & ſoluta muliere naſcuntur, ſimpliciter ſpurios dici, quoniam, & inter eos ſimplex fornicatio dicitur interceſſi.le, *ca. quia circa, de biga. Fed. conſ.* 167. *Car. Clem. ad noſtrum, circa fin. de hær.* qui verò ex Sacerdote, & nupta muliere, illos adulterinos eſſe. *c. presbyter.* 28. *diſt.* At qui ex conjunctis, inceſtuoſos appellari, ut ita exemplo laicorum in his quoque, hæc crimina notentur, *Gloſ.* 1. *c. lator.* 2. *q.* 7. paucis exceptis caſibus, qui à Doctoribus relati ſunt. *Dec. ca at ſi clerici, de judi in prin. n.* 48. 49. *Felt. n.* 31. Ubi verò ex muliere religionem profitente, & Deo ſacrata, aut ex Monacho jam Monaſterium ingreſſo, quis conceptus eſſet, tunc nihil dubito ſacrilegum hunc partum eſſe. *ca. impudicas, ea virgin.* 27. *q* 1. Ratioque differentiæ inter Clericũ in Sacris, & Monachum ea eſt, quod Clericus nunquam expreſsé perpetuam caſtitatem vovit, nec ad id voto ullo ſolemni unquam ſe obligavit, quamvis continentia uti ex præcepto Eccleſiæ teneatur, ut Doct. tradunt. *Paul. Card. imo in Clemen. ad noſtrum. de hære. Caccial. l. ſi qua.* C. *ad Orfic. col.* 6 Monachus verò non aliter Religionem potuit profiteri, niſi tribus rebus (quæ vulgò ſubſtantialia religionis dicuntur) proprio ſe voto omninò addixerit, ſcilicet, rerum propiarum abdicationi, caſtitati, & obedientiæ. *cap. cum ad Monaſterium. ubi Abb. de ſta. mon.* Unde ſi quid ab altero eorum adverſus hæc committatur, multò id gravius crimen in Monacho quam Clerico notatur, *Dec. d. c. ar ſi clerici n.* 49. *& Paul. Grìl. in tract. de pæn. omnif. coi. c. ult. Imol. d. Clemen. ad noſtrum.* hæc quæ ipſa ex religioſis viris concepta proles, cæteris omnibus odioſior multò, & deteſtabilior judicatur. *Dec. conſil.* 338. & 579. *n.* 5. Quin illi qui tam atrox libidinis genus perpetrare auſi ſunt, illo ſolo cõplexu, triplici ſe maximo ſcelere polluiſſe dicuntur, adulterio, in ceſtu, ſacrilegio *Gloſ. c. virginib.* 27. *qu.* 1. *Abb. c. monaſter. de vit. & honeſt. cleri. e Not. Felin. d. c. at ſi clerici col. pen. & fin.* Quo fiet, ut unumquodque; ex his nominibus, filiis inde natis rectè conveniat. Unde, & quandoque ſacrilegi, aliquando adulterini, aut nefarii, aut inceſtuoſi à Canone appellantur.

CAPUT XVII.

Qui ſint nothi, baſtardi, & de aliis illegitimè natis.

SUMMARIUM.

1 *Nothus, vocabulo latino caret.*
2 *Nothi in Jure noſtro qui, & Alciat. opi. rejecta.*
3 *De verbis Græcis Novell. Conſtit.*
4 *Holoandrierror.*
5 *Nothi apud Græcos qui.*
6 *Hybridæ qui dicantur.*
7 *Qui beſtardi.*

8 *Ma-*

8 *Matrimonium ad Thalac, & ad Morganicam.*
9 *De variis nominibus illegitimorum apud Græcos.*
10 *Pænæ illicitarum nuptiarum*
11 *Diverſæ illegitimorum conditiones.*

DE Nothis maius quoque dubium eſt, quinam hi propriè ſint, varieque de his proditum reperimus. Jo. And. eos eſſe dixit, qui ex adulterio nati ſunt. *Gloſ. c. niſi §. perſonæ, de renunc.* Iſidorus, *lib. etymol.* 11. illos qui ex matre ignobili, patre verò illuſtri Hoſtienſis, *in ſum. de conſag.* hos qui ex inceſtu, quaſi ex nota, id eſt affine, & conſanguinea. Alciatus *Parerg.* 4 *c.* 5. eos qui ex ancillis aut mereticibus, quæ propè ad concubinarum ſimilitudinem accedunt. Ripa, *l. ex facto §. ſi quis rogat. ad Treb. n.* 5. illos qui ſunt vulgò expoſiti, qui ut plurimum parentum notitiam non habent, ut ſi dictum. Non nulli, omnes qui ex quolibet damnato coitu, quaſi ex nota, & infamia orti. Alii alia, & longè diverſa tradidêre.

1 Egò Nothi verbum (quod & omnes vel tantùm literis tincti norunt præter Iſidorum, & ejus farinæ cæteros) Græcam dictionem eſſe ſcio, quæ adhuc nec latinum nomen invenit, ut Quintilianus ait, *lib.* 2. *cap.* 6. illamque in Pandectarum libris, nullo quod meminerim in loco uſurpatam. Cùm autem Juſtinianus ſuas conſtitutiones, quæ dicuntur, Græco ſermone conſcripſiſſet, primus in Jure mentionem fècit, *Auth. de Nothis aliis quib. mod. nat. ſui.* qua voce deinde noſtri Juris interpretes ſæpius uti cœperunt. Verùm quo ſenſu hæc à Juſtiniano fuerit accepta, ego in hoc ab Alciato, & cæteris lò-
gè diſſentio. Alciatus enim No- 2
thos eos intelligendos tradidit, qui ex ſcortis ſuſcepti ſunt, ubi mater non adeó cuſtodita fuit, qui apud nos Spurii dici ſolent. Ego verò, quos Nothos Juſtinianus vocat, eos proculdubiò eſſe puto, qui verè, & proprié apud nos ſunt naturales, quod multis ex locis ex illa conſtitutione apparet, ſed ex eò maximè, quod ſcimus id agere Juſtinianum ibi, ut naturales tantum filios agnoſcat, eos, inquam naturales, qui ex verò, & juſto prodierunt cò-cubinatu, *Authent. §. ſi quis autem defunctus.* cæteros enim qui non hujuſmodi fuerint, ita ut naturalium nomine digni non ſint, quoſcunque penitus excludit. *d. Auth. §. fin.* Quod ſi de his loquens, quibus tantum tale vult commodum impartiri, Nothos illos appellat cur dubitamus quin tali vocabulo de veris naturalibus, non ſpuriis ſenſerit, cum inter eos differentiam maximam conſtituat? *§. ultima. d. Authent.* Nec quicquam refert, quod de duplici filiorum genere mentionem facere videatur, & utrunque agnoſcere, ſcilicet, quæſi 3
naturales ſint, verò Spurii, ut Alciatus ait. Nam ſciendum eſt verbum, pro eo quod nos naturalem filium dicimus, Græcum non eſſe, nec uſquam apud Græcum ullum authorem in hac ſignificatione reperiri, ſed ita à Juſtiniano compoſitum, ut ex eo faciliùs Nothi ſignificatio percipi poſſet, qualia & multa tam ſæpe apud eum hujuſmodi legimus, quæ Græci idiomatis non ſunt, quamvis Græce conſcripta, & ſi milia verba, quæ Græci ho-

mines

mines nec somniarunt unquam. Voluit is igitur duplici vocabulo idem evidentiús significare, & utrumque eodem sensu accepit, fortè ne qua dubitatio super esset, ut alibi dicitur, *l.* 1. *§. sed sciendum, de ædil. edic.* quod, & inde patet, quia in eadem periodo, sermonisque continuatione, quem modo appellavit eundem, & deinde vocat. *§. de nepotibus. vers. in quib. in Græc. exemplar.* Quod si nemo dubitat, quin verbo naturales propriè significaverit, quanto magis hoc, & de Notho dicendum est, cum & constitutionem ipsam inscripserit, & eam ita exordiatur, &c. nec nisi post dimidium planè illius, mentionem faciat, *§. si verò is solummodo. In Græc.* intereaque semper Nothos appellaverit eos, quibus & vult subuenire, & quos per subsequens matrimonium, vel per oblationem principi, vel Curiæ, legitimorum jura adipisci sancit, & tamen, quin eo in loco de naturalibus propriè intellexerit, ridiculum est dubi-
4 tare. Haloander quidem in verbis latinè vertendis, multò plus, quam in Imperatoris mente percipienda sollicitus, nihil inter naturalem & Spurium putavit interesse, sed verbo nunc spurios, nunc naturales reddit, quod idem & in Notho fecit, quare nihil potest dici à Justiniani mente alienius, qui & in pluribus suis cōstitutionibus, *Aut. de trien. & semis. §. consideremus. & quib. mod. nat. leg. & §. fin.* & in ea hoc maximè contendit, ut naturalibus tantum prospiciat, spuriis verò nec alimenta quidem concedat. *§. pen. & fin.* Jam verò nec huic mea sententiæ, verbi ipsius Nothi, repugnat significatio, cum eo nomine comprehendatur, ut tradidit Pollux, *lib.* 3. quincũ- 5
que ortus est, hoc est ex peregrina sive concubina. Et Hesychius interpretatur, liberos, sed ex scorto, aut amica, aut serva, aut concubina susceptos. Satis autem est, vel aliquam ex his significationem, ad naturales proprié, hoc est, ex concubina natos, referri posse, licet aliæ latiùs deinde pateant, facilè enim hanc Justiniani mentem fuisse, ex constitutionis contextu deprehendimus, fuitque hoc omninò necessarium, ut cum ipso Græcò sermone illud esse expressurus, ad quod ij præcipuum, & appositum verbum non habent, eo vocabulo uteretnr, quo idem significaret, quamvis, & aliis modis apud eos id quandoque usurparetur, nec enim nego solere eos, Spurios nostros, Nothos nuncupare, cum eo nomine quicquid non verum, & legitimum est, appellent. Quæ quidem omnia, & Innocentii Pontif. authoritate adjuvantur, *c nisi. §. personæ, de rerum*, qui cùm Nothos & Manzeres nominasset, naturales deinde, & Spurius subiecit, quasi Nothi verbum ad naturales, & Manzeris ad Spurios esset referendum, quod, & Præpos- alibi tradidit, *cap. per venerabi. q. fil. leg. col.* 9. mihique huic sententiæ videtur aptissimum.

Quidam etiam sunt, quos Hybridas antiqui vocavére proprié quidem semifera animali, ut sues, ex fero, & domestico sue progenitos, aut canes natos ex venatico, & gregario, sed, & ad homines transfertur, ut de C. Antonio Ciceronis collega in consulatu dictum est. *Plin. lib.* 1. *c.* 61. Atque ideó qui ex impa-

tibus

ribus parentibus naſcuntur, Hybridæ vocantùr à nonnullis, quod nomen etiam illegitimis attribui ſolet.

7 Ultimum eſt Baſtardi nomèn, quo vulgò pro omnibus illegitimé natis utimur, cujuſcunque generis, tametſi Accurſius, & Decius de Naturalibus tantúm id videantur accepiſſe. *Glo. Rub. de concub.* & L. *fi. C. de natu. li. Dec. conſ.* 433. *num.* 14. Sed communis uſus loquendi in contrarium eſt, vulgarique ſermone omnes non legitimè ortos, ſolemus Baſtardos nuncupare, *Præpoſ. de c. per venerabi col.* 7. ut omnibus patet. Sunt etiam præter hos quidam alii filii, qui legitimè quidem propriè non videntur, ſed nec quoque inter illegitimos referendi, quales ſunt hi, qui ex matrimonio, quod ad Thalac di-
8 citur, orti ſunt, quòd matrimonium quoddam eſt arbitrarium, ut ſcilicet cùm marito placúerit, dirimatur, qui mos conjugij in partibus Orientalibus ſervari dicitur. *Caccial.* L. *ſi qua. C. ad Orfic. colum.* 3. Sicuti, & illud aliud eſt, quod ad Morganicam contractum fertur, *de fin. nat. ex matrim. ad Morg. In uſib. feud.* ex quo nati filii legitimi quidem vocantur, ſed tamen certum eſt, non omnia illos legitimorum filiorum jura obtinere. *cap.* 1. *in fin. cod. tít.* Et quamvis de iis qui ad Thalac nati ſunt, referat poſt Angelum Severinus, *Caccial. d.* L. *ſi qua* olim ex facto, eos Venetiis illegitimos fuiſſe judicatos, ego tamen has quæſtiones in præſenti omitto, cùm de filiis Jure tantùm Romanorum legitimis, & illegitimis diſputare nobis ſit poſitum, aliaſque dixerimus, *cap.* 3. plurimùm in hac re gentium moribus eſſe deferendum, cúm verum id matrimonium apud omnes habeatur, quod ex uniuſcujuſque populi ritu, & legibus celebratum eſt, quamvis apud nos ſecus videatur. *arg. c. quanto, de divort.* Habent & 9
Græci varia nomina illegitimorum filiorum, quale in primis eſt, de quo modó egimus, id eſt, ſecundum Suidam, vel ſecundm Homeri interpretem *Iliad* 2. qui plerumque pro adoptivo ſed, & quandoque pro ſubdititio filio accipitur, quem aliquis ut ſui ignarus nutrit cùm tamen alienus ſit, Eſt & qui eodem ſenſus capitur, pro ſuppoſititio, quamvis hi duo, ſcilicet, & poſſint quandoque legitimis eſſe natalibus orti, quia tamen quoad eum, qui pater creditur, veri non ſunt filii, propterea videntur quodammodo illius eſſe Nothi quandoque hæc duo nomina uſurpantur. Solent quoque, & omnes illi illegitimi dici, id eſt, ſine patre filii. §. *ſi adverſus. Inſtit. de nupt.* His autem omnibus contra-
ria ſunt, ut Julius Pollux tradi- 10
dit. *lib.* 3. *cap.* 2 Sed, & præter hæc varia nomina, quæ illegitimé natis á Jure conſtituta ſunt, variæ etiam pœnæ unicuique ex illis illicitis conjunctionibus, unde tales procreantur liberi, decretæ fuêre, & quædam capitali, aliæ leviori ſupplicio mulctari ſolent, prout parentum quoque libido in iis concipiendis quandoque turpior, & effuſior, quãdoque verò remiſſior, & paulò tolerabilior potuit videri. Unde & non defuerunt, qui juſtum tractatum hoc argumento ediderint, qua ſcilicet pœna quilibet illicitus coitus ſit vindicandus, *Paul. Gril. tract. de pœn. omnif. coitus.*

quod,

quod, & interpretes alii variis
11 in locis disputarunt. *Doct. c. at si clerici. de Judi. & instit. publ. jud.* & nos ideó in præsenti hoc labore levarunt, quòd hæc ab iis latissimé sunt pertractata. Sané inter hos illegitimos, ut, & antea dicebamus, quidam præ cæteris nequiores, & odiosiores haberi solent, sicuti, & concubitus ille, unde ipsi profecti sunt, turpior, & gravior judicatus est. Adulterii enim crimen vincit fornicationem, sed vincitur ab incestu, *c. adulterii 32. q. 7.* sicuti, & in incestu quidam gradus considerari possunt aliis detestabiliores, ut cum sorore, matre, noverca quàm cum aliis consanguineis. Hinc dicebat Bald. de variis vitæ generibus loquens. *c. causam, de proba. n. 17.* In virginitate vivere nos glorioſé, invera viduitate castè, in matrimonio publicè, in concubinatu impudicè, licet tolerabiliter, in stupro damnabiliter, in adulterio damnabililiús, in incestu damnabilissimè.

CAPUT XVIII.

Unde dicti Naturales; Spurii, Vulgo concepti Nothi, Bastardi.

SUMMARIUM.

1 *Illegitimi non dicuntur naturales.*
2 *Naturales pro justis filiis.*
3 *Spurii etymologia. & num. 5.*
4 *Spurius apud veteres loco prænominis.*
5 *Nothus qui, & an idem cum Spurio.*
6 *Unde dicti Nothi.*
7 *Bastardi nude.*

NAturalium nomen inde dictum suprá tradidimus, quòd filii hi à sola natura geniti sint, à Jure nec recepti, nec rejecti, *c. fi. 32. q. 4. L. 3. de concub.* 1
Cæteri enim qui ex aliis illegitimis congressibus oriuntur, cùm sola concupiscentia, atque libidine in lucem prodeant, digni non fuerunt, qui ànatura denominarentur, cum suæ procreationi communem non habuissent. *§. fin. Auth. qui mod. nat. effi. sui.* Verbum quidem ipsum, uti Jurisconsultis nostris quàm maximé in usu, ita apud bonos, & latinos authores alio potiùs sensu usurpatum, videlicet pro naturali, & legilimo simul. Cic. Philip. 3. 2
Cujus naturalis pater, si vita suppeditasset, consul factus esset. Sueton. in Tyberio. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum patria charitate dilexit. Sic, & apud Quintil. & alios, quo modo, & nostri elegantissimè quandoque usi sunt. *L. 1. in prin. de bon. poss. cont tab. & Instit. de nupt. §. sed hodie.* Spurios voró si dictos Modestinus tradidit, hoc, & à satione, *L. vulgo, de sta. hom.* quam notationem, & Imperator ipse secutus est, quæ tamen cùm nimis fortassé generalis videretur, quippe quæ, & legitimis etiam rectè posset convenire, *§. si aduersus. Instit. de nupt.* Idcircò multi existimarunt, legendum esse, id est, sparsim conceptos, & ex collectitio semine editos, unde, & Sporades Insulæ dictæ, quod in Institutionibus suis animaduertit Theophilus, & secuti sunt recentiores. 3

Aliter tamen hujus verbi origo à Plutarcho graviſſimo, & locupletiſſimo authore relata eſt: tradidit enimis in Problema. prænomina apud Romanos primis tantùm literis notari ſolita, una, duabus, aut tribus, ut T. Titum. GN. Gneum. Ser. Serujum. C. Cajum, eodemque modo Sp. Spurium, quod prænomen erat, deſignaſſe, uſos tunc etiam eos, qui ſine patre eſſent, qui Græcé dicuntur, de quibus nos agimus, quia patrem certum non norunt, aut etiam orbatos parente, diſiunctis literis S. P. ſignificari, id eſt, ſine patre. Quæ nota cùm parum ab illa Spurii differret, hoc errore deinde factum eſſe, Ut Spurii ſine patre dicerentur. Et hæc Plutarchi ſententia, tametſi noſtris, Modeſtino, & Juſtiniano ſit contraria, eò mihi probabilior videtur; quòd plures apud veteres eo Spurii nomine appellatos legimus, quos tamen conſtat legitimis fuiſſe natalibus ortos. Livius lib. 2. Duos tamen cum eo pudor tenuit, Spurium Laërtium, ac titum Heminium ambos claros genere factisque. Idem narratá Caſſio quodam Spurium Caſſium filium jure patriæ poteſtatis necatum, eò quòd dum Trib. pleb. eſſet legem Agrariam tuliſſet, de quo, & meminit Valer. *lib. 5. cap. 8.* & tamen ſcimus patriam hanc poteſtatem ad ſolos juſtos, & legitimos parentes pertinuiſſe. *Inſt. de pat. poteſt.* Poſſemus, & ſexcentos alios eodem nomine recenſere, qui, & honeſtiſſimi viri fuére, & maximis dignitatibus decorati, ut Spurium Papirium, Spurium Furium, Spurium Carvilium, & alios plures, qui ab hiſtoricis ſumma eorum cum laude memorantur. Quæ res nobis 4
apertè declarat longè aliter id verbum à veteribus fuiſſe uſurpatum, quám Juriſconſulti noſtri tradiderint, cùm apud Ciceronem, Livium, & alios ejus ætatis viros, ubi de Spurio fit mentio, id loco prænominis accipi ſoleat. Sumpſerunt autem ij noſtri fortaſſe hanc etymologiam à Græcis, & Oratoribus quibuſdam recentioribus, quos irridet in ptædicto loco Plutarchus. Ad. dens illud quoque abſurdum eſſe, quod dicebant aliqui, Sabinos muliebria pudenda Sporion appellaſſe, unde eos qui legitimé nati non eſſent, Spurios, veluti contumeliæ cauſa vocatos. Ego illud etiam non indecens hujus nominis etymum eſſe exiſtimarim, à Græco quòd felici hi ad 5
prolem ſuſcipiendam editi ſint auſpicio, atque ad liberos procreandos quàm maximè idonei habeantur. Hodie tamen invaluit hæc nova ſignificatio, ut ſpurium dicamus quicquid non ſincerum, & legitimum eſt: ſic ſpurii verſus apud Grammaticos, ſpuria cogitatio apud Philoſophos, & ſim. Sunt quoque vulgo concepti jidem cum ſpuriis, *L. vulgo, de ſtat. hom.* cujus nominis ratio ſat patet, nempe quód ex colluvione quadam, & ſeminis communione ſint progenerati. Nam ut ait Accurſius *Glo. §. pen. Inſt. de nupt.*

Cuipater eſt populus, pater eſt
ſibi nullus, & omnis.
Cui pater eſt populus, non habet ille patrem.

De Nothis multa ſuprà tradidimus, eo nomine Græci, quicquid non verum eſt, vocant, ut

& quod

& quod non proprium ex, sed aliunde sumptum, ut cùm Catullus dixit, *Catullus in epigram.* 31. Lunam notho lumine, vel quod ex diversæ speciei animalibus editum, aut etiam quod externum atque cumpatrio mixtum est, sicut Nothi pulli. Columel. lib. 8. Omnium autem horum genera nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates edide-
6 runt. Latino id caret vocabulo, ut in quadam oratione testatur Cato, & refert Quintilian. *lib.* 3. *cap.* 8. idcircoque peregrino frequenter utimur. Multi fuerunt, qui Spurium idem cum Notho esse existimarent. Hincque Sext. Pompejus ait, Nothum Græci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, animaduertimusque optimos quosque interpretes, cùm de Notho à Græcis fit mentio, Spurium semper vertisse. Sed ego suprà ex Pollucis authoritate docui, magis generale hoc nomen esse, cùm, & eum compræhendat, quem naturalem dicimus, id est, ex concubina natum, inter quem, & Spurium multum lateque interest. Dicendum est igitur id verbum commune este tam naturalibus quam
7 spuriis, & quibuscunque illegitimè natis. Indeque dictum videtur: quòd qui sit hujusmodi, eo careat, quod divinum putatur, legitimis scilicet natalibus, à privativa particula, & est enim Nothusque est, ut ait Suid. cujus contrarium appellatur. Græci dicunt eam partem bonorum, quæ ex hæreditate paterna Nothis lege Athenienssium contribuebatur usque ad drachmas mille, ut tradit Aristophan. & meminit Demosthenes contra Aristocrat. Bastardos populari lingua hodie hos omnes vocamus, quod verbum omninò barbarum videtur, nisi in- 8
de sumptum existimes, quod apud Græcos præter Bacchæ significationem, etiam pro meretrice, & muliere prostituta, capitur, ut in Epigram. sæpius legitur, quasi illegitimi filii ut plurimum ex meretricio complexu oriantur. De cæteris illegitimé natis, satis in præcedenti capite egimus, ex quo, & unde singuli appellati sint, facilè unicuique est colligere.

CAPUT XIX.

Ex cohabitatione viri, & mulieris an præsumatur matrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Jus civile quando matrimonium præsumat.*
2 *Deprehensi duo rem simul habere, si dicant se conjuges, an eis credendum.*
3 *Concubitus cum meretrice aut vilibus fœminis non punitur.*
4 *In materia permissa, partium assertioni statur.*
5 *Jure Canon. non præsumitur matrimonium, nisi omnia solennia præcesserint.*
6 *Quibusdam tamen casibus secus est.*
7 *Post sponsalia, si uxor apud maritum morari incipiat, præsumitur, & copulatio secuta.*

8 *In dijudicando matrimonio quid differat jus civile, & Pontifi.*

9 *Ex quibus conjecturis Jure Canon. matrimonium probetur.*

10 *Cur difficilius præsumatur matrim. Jure Canon. quàm civili, & cui hodie standum sit.*

11 *Expræsumpta fornicatione, nascuntur filii legitimi.*

12 *Eadem conjunctio diversis respectibus potest ut fornicatio, & ut matrimo. judicari.*

ESt ergo matrimonium ritè contrahendum, ut ex eo legitima sobole suscipiatur. Quid verò, si quis ex certis parentibus natus proponatur, an verò ex matrimonio aut fornicatione, sicque an legitimus vel illegitimus sit, non constet, quid in dubio judicandum erit? Hæc quæstio duplex caput continet. Alterum, si adhuc ejus parentes vivant, simulque versentur, an ex hac sola cohabitatione inter eos matrimonium præsumatur. Alterum, an iis defunctis, cùm nihil de eorum matrimonio constet. filius ne legitimus, an illegitimus sit censendus. Quod ad primum attinet, diximus aliàs, *cap.* 5, diversas esse Juris civilis ac Pontificii leges. Jus civile, ubi virum, & mulierem simul cohabitantes intelligit, id in dubio matrimonii, non fornicationis causa fieri conjicit, *L. in liberæ de rit. nupt.* usque adeò, ut tam, & si quis non eo animo cum muliere illa versaretur, sed potiùs ut ea veluti concubina interim potiretur, lex tamen eas adhuc nuptias interpretetur, nisi is illam antea ejus rei fecerit certiorem, *L. 3. de concub. Glos. ver. habere, & Gl. d. L. in liberæ*, oportet tamen talem eorum esse vitæ conjunctionem, quæ conjugio digna sit, quæ turpitudine careat, quæ inter æqualis conditionis personas intercedat, quoniam ex iis facilimè deinde uxoriũ vinculum præsumi solet. L. *donationes cum Glo. de dona.* Alt si quis ingenuè natus, cum obscurissima fœmina familiariùs viveret, aut quæ corpore quæstum fecisset, tunc à matrimonii opinione plurimum, & lex civilis discedit. *Gl. Bal. d. L. in liberæ, & in d.* L. 3. *de concu.* Quapropter cùm quidam rem 2
simul habere deprehensi essent, de stuproque accersiti, ipsi se tanquam conjuges id negotium simul habuisse affirmarent, dixerunt ut multi, crimen eis objectum satis hac ratione purgari, eorumque atestationi omninò acquiescendum. *Gl.* L. *pen. C. de fidejus Cæpol. caut* 42. *Lanfran. c. quoniam contra. §. confessiones n.* 7. Baldus tamen quædam amplius spectari voluit, quæ extrinsecus solent contingere, unde matrimonium à fornicatione discerni potest. *Bald. c.* 1. *§. injuria, de pa. Jur. firm. num.* 39. *& in dict. L. pen. C. de fidejuss. Car. c.* 15 *q.* 34. *Dist.* cum aliàs facilè esse adulteris, leges eludere, hocque prætextu crimen suum ab omni pœna vindicare. *Innot. c. ex parte. de rest. spol.* Quod idem feré, & in concubinatu, ut non facilé præsumi debeat, atque ita delicta impuné relinquantur. Doctores alii responderunt. *Thom. Gran. voto* 4. Quare nec defuerunt, qui dicerent. *Imo. d. L. donationes. de donat.* parum admodum in hoc negotio, Cæsaris leges à Pontificiis differre, quòd

ubi-

ubique indicia quædam considerentur, an matrimonium fuerit, aut fornicatio: quamvis cæteri Doctores eas inter se penitus contrarias putent. *Gl. c. illud. ae præsum. & in L. 3. de concub. Bald. d. L. in liberæ, & Alciat. reg. 2. præsumpt. 5.* Ego aût quo ad propositam quæstionem pertinet, de eo qui deprehensus fuerit cum muliere, contra Baldum omninò sentio. *Facit consi. Decii 133. num. 1.* Nam cùm dubitemus, accipienda ne sit eorum excusatio qui se conjuges fatentur, ita ut ab omni culpa liberentur. Animadverto in primis, hanc quæstionem in iis intelligi non posse, qui antea se aliis matrimonio junxissent. Quo pacto enim possent se ij hac ratione excusare, si aliam vir habebat uxorem, aut
3 ille maritum. Minimé quoque accipi potest quæstio deconcubitu cum meretirce, scorto, & vulgaribus quibusdam mulieribus, nam cùm in iis obsummam obscuritatem ad ignobilitatem tale crimen non notetur, nec ulla his pœna sit constituta, *L. si ea* L. *quæ adulterium C. de adult.* quæ esset dubitatio de eorum excusatione, si ea etiam remota, nihil in eos animadverti posset? Præsupudendum ergo est, honestas esse has personas, quæ si citra matrimonii vinculum simul congrediantur, jure possent stupri crimine condemnari. Dico autem, si uterque asserat matrimonium jam inter eos contractum, non alias conjecturas esse prequirendas, cùm utriusque confessio cuicunque prævaleat probationi. *Dec. Rub. de proba,*
4 *num.* 6. Nam cùm materia hæc sit permissa, scilicet, ut matrimonium, prout ipsi fatentur, subsistat, partium assertioni proculdubió hærendum semper erit, *Alex. Dec.* L. *si donatione. C. de collat. num.* 18. 19. præcertim ut delicti suspicio evitetur. *Bart. L. non solum. §. sed ut, de op. no. nun.* Videmus, si inter aliquos matrimonium non extiterit, filiosque interim ij susceperint, postea autem verus conjugii ineundi consensus accedat, eum ipsum consensum statim ad initia illius consuetudinis retrahi, filiosque ipsos antea legitimè natos censeri, *c. tanta. qui fil. legit.* quo ergo maior hic fides adhibenda utrique affirmanti connubium principio contractum esse, si posteaquàm simul diu fornicati fuerint, adhuc eis permittitur, nudo feré consensu omnia resarcire? Etenim cùm non omninò de rei ipsius veritate liquere videatur, cùm pòtuerit re vera illud esse matrimonium, forté, & non esse, ex quo res tota ab orum nuda tendebat voluntate, num satius est indubio nocentem absolvere reum, quàm innocentem condemnare. L. *absentem, depœnis.* Hîc præsertim, ubi tot concurrunt, favor matrimonii, *d. c. tanta.* præsumptio evitandi criminis. *L. merito, prosocio.* & utriusque confessio, quæ omnem exuperat probationem? Et denique agatur tantùm de eorum animo colligendo, qua in re semper asserentis confessioni saltem cúm juramento, etiam in maximé arduis negotiis stari solet. *Jas. §. sed istæ. deactio. num.* 90. & *L. admovendi num.* 310. Et hæc ita generaliter jus civile statuit, certis tamen personis exceptis, qui mamis præditi sunt dignitatibus, & paucis quibusdam aliis, quos sine dotalibus instrumentis matri-

monium

monium rectè contrahere posse vetuit, §. *quia verò legum, cùm Glos. Auth. ut lic. matrim. & au.* quamvis, & hæc hodie sint immutata. *Ang. §. fin. Instit. de nup.* 5 *num.* 8. Jus verò Pontificium in nuptiis probandis multò est difficilius, multò durius, vult enim ante concubitum quám plura solemnia præcessisse, *supra cap.* 5. alioquin id non connubium, sed fornicationem vocat, *c. alter.* 30. *q.* 5. hincque tam sæpè clandestina damnat conjugia, atque furtim coëuntes, cæterosque ejus rei conscios graviter infectatur. *tot. tit. de cland. desp.* Quoniam tamen matrimonium ita clàm contractum, matrimonium verè est, ubi utriusque conjugis bona fides, quamvis tacitè concurrit, ut aliàs diximus, *c. si qais* 30. *q.* 5. noluit Canon prohibere, quominùs quibusdam casibus, & illud legitimum connubium publicè haberi posset, ubi scilicet quædam subsecuta essent, quæ omnem veluti nubem dificerent, remque ipsam, ut sese haberet, jam in apertum proferrent. Exẽpli causa, si quia antea clàm cojerint, bona tamem conjugii fide, jidemque post de more patrio, publicê se ut conjuges aliis exhibuerint, ecclesia tunc eos tanquam justos conjuges etiam anteacto tempore rectè probat. *c.* 2. *de cland. desp.* Idemque fit, ubi sponsalia tantùm publicé antea contracta essent, mulierque deinde à patris ædibus apud maritum se recepisset, & uterque jam simul cohabitaret. Nam si liquidò constat, copulationem inter eos post sponsalia secutam, solet illud statim verum matrimonium sané senseri. *c. is qui fidem. de spon-* 7 *sal.* Sin verò de copulatione nihil pateat, sed id tantùm post sponsalia ritè celebrata, mulierem se in mariti domicilium contulisse, cumque eo dein moratam esse, dubitavit hoc casu Panormitanus, *Abb. ca. fin. in fi. de spons.* ne id matrimonium non esset censendum, cúm de illorum conjunctione adhuc incertum esse posset. Ego autem non video si matrimonium id dici asseveramus, ubi post sponsalia, coitus deinde, quamvis furtivus, accesit, *d. cap. is qui fidem* cur non æqué matrimonium perfectum dicamus, ex quo post sponsalia mulier apud virum habitare incepit, cumque eo assiduò morari. Quid enim hic aliud conjici potest, quám eos si ad rem uxoriam idonei erant, simul, & junctos esse *Glos. L. si verò. §. si adolescens mandati.* Maximé verò præcedentibus sponsalibus, quæ certam dant significationem, talem eorum initio animum extitisse *Arciat. reg.* 3 *præsumpt.* Quòd si nihil publicè actum est, nec quo ad sponsalia, nec quo ad ipsum matrimonium, vir tamen cum fœmina consuetudinem habere intelligitur, tunc perraró admodum Canon nuptias inter eos contractas judicat, nisi fortasse tot variæ, & maximé probabiles accedant conjecturæ, ut secus á nemine feré, qui communi sensu præditus sit, possit existimari. Credoque ego summam 8 Juris civilis, & Pontif. differentiam in hoc negotio, eam esse, quod lex Cæsarea quibuslibet vel levibus multum tribuit conjecturis, in gratiam matrimonii. *d L. in liberæ. d. L. donationes.* At Canon, ubi publicé omnia solemnia non sunt peracta, cætera deinde in deteriorem partem semper

per

per interpretatur adversus matrimonium, *d. c. aliter.* nec unquã ferè ab hac præsumptione recedit, nisi maximis, & validissimis rationibus convincatur. *Soz. consil.* 39. *in* 1. *col.* 2. Illæ autem
9 tales esse solent, scilicet, si duo simul habitare cœperint, & dotalia instrumenta confecerint, invicem se conjuges appellarint, simul vixerint, simul concubuerint, in vicinia ut conjuges habiti fuerint, perpetuumque secundum hæc decennium effluxerit. *c. illud. ubi Abbas de præsumpt. Sozi. d. consi.* 39. Tunc enim, quamvis initio non rité simul copulati sint, fortê quia precedentia illa concubitum solemnia sint omissa, non potest tamen non tot manifestissimis rationibus cedere, ut id matrimonium, non ampliús fornicationem judicet, cùm hæc tam longo temporis spacio satis probata, omniaque purgata videantur. *Alex. consil.* 151. *in* 5. Mirum autem nemini videri debet, adeò difficilem esse
10 Pontificiam legem in matrimonio approbando alias enim diximus, *cap.* 5. peccati evitandi ratione, quæ Canoni semper omnibus rebus proposita est, hoc ita fuisse institutum, cumque ibi multa huc pertinentia retulerimus, propterea non ampliùs hic repetenda duximus. Sed nunc oritur dubitatio, Cùm viri, & muleris conjunctionem, lex Canon. in dubio fornicationem esse præsumat, cui etiam de Jure civili hodie standum est, *Dec. consil.* 471. *Abb. c. illud. in fin. de præsumpt.* dicemus ne filios quoque ex hujusmodi cohabitatione ortos, illegitimos censeri? Sané cùm filiorum status à parentum pendeat conjunctione, *Auth. quib. mod. sui* §. *legitimi.* si ea non legitima fuit, liberos quoque injustos habendos, dicendum videretur. A qua tamen re discrepant communiter omes, qui aliter de filiis, aliter de nuptiis statuendum putant. *Bald. cap. ex transmissa, de rest. spo. Dec. cap. ecclesia, de consti. nu.* 44. *Abb. ca. lator. qui fil. leg.* Lex Conon. quæ nos per tutio- 11
rem semitam semper quærit perducere, *c. veniens, de sponsal.* patrum conjunctionem ubi non ritè inita est, potiùs fornicationem quám conjugium vocat, quo faciliús ab omni nedum crimine, sed, & suspicione debeamus abesse. *Gl. c. aliter.* 30. *q.* 5. Hæc ratio nihil ad filios pertinet. *Alciat. reg.* 2. *præsumpt.* 5. *Felin. c. illud. de præsumpt. col. fin.* propterea satis illis erit, si ex duobus simul habitantibus nati dicantur, qui se conjuges mutuo vocarent, *Dec. consil.* 153. *numc.* 3. & *Paris cons.* 13. *num.* 23. *in* 2. aut quælibet vel levis de eorum conjugio extet conjectura, ea enim tametsi matrimonium quo ad parentes probare haud apta sit, filiis tamen ita proderit, vt legimi dicendi sint, *Abb. d. c. lator. num.* 6. nec id absurdum erit, cùm eadem res, prout ad diversa relata, vario etiam modo rectè censeri possit, *Jason. L.* 1. §. *hoc autem, ad Trebel. nu.* 16. & *seq.* sicuti videmus, eum qui Curiæ offertur, legitimum tantùm ratione parentum, non agnatorum effici, *d. L. communium. Cod de nat. lib.* & rescripto Principis posse quem, quo ad aliquas personas, emamcipari, quo ad alias in pristino statu relinqui *L. ab eo legit. hær.* & patrem ex matrimonio ad Morganicam contracto,

filios

filios quo ad res quasdam sibi legitimos susciпere, quo ad alias veluti in feudi successione, tanquam Nothos, & alienos, *cap.* 1. *de fil. nat. & matr. ad Morg. in feud.* Ut plané constet, & in præsenti quæstione nostra, cohabitationem illam, quò ad conjuges fornicationem rectè censeri posse, quo ad filios autem, revo-
12 luto, ut ait Accursius, mantello, *Glos. l. Papinianus §. sed. neque de in offic. test.* verum, & justum matrimonium existimandū, ipsosque legitimos habendos, quod & à Decio, diversa tamen ratione, responsum est, *Dec. consil.* 153.

CAPUT XX.

Quisne in dubio legitimus, an illegitimus sit censendus.

SUMMARIUM.

1 *Quatuor opiniones, quid de cujusque, natalibus sit coniiciendum.*
2 *Affirmans aliquam qualitatem, eam necesse habet probare.*
3 *Maior aut minor quis non præsumitur.*
4 *In dubio id credendum quod honestius, & delictum excludit.*
5 *Filii adulterini videntur imperfecti.*
6 *Infamia non præsumitùr, adversusque naturam videtur.*
7 *Facta quando præsumantur.*
8 *Naturalis in dubio quis unquam censetur.*
9 *Filius fam. rectè quis credi potest.*

ALterum caput dubium magis videtur, quando nihil de parentum cohabitatione constat, nec ulla omninò extant indicia, quibus filios potiùs ex matrimonio natos, aut non natos, credere debeamus. In qua quæstione variè pugnant inter se Doctores: Aliqui enim legitimum quemlibet præsumi existimaverunt, ea ratione, quòd Spurii nomen, delictum potiùs sonet, quod nunquam in dubio est conjiciendum. *Cæpol cau.* 128. Contrà Bartolus, 1
consil. 42. cùm enim legitimi ex matrimonio oriantur, id autem quid facti sit, nunquam in dubio id præsumi dixit, *arg. l. in bello §. factæ. de cap & post.* quod sanè optimum argumentum visum est multis, qui deinde cum Bartolo intrepidé sensere. *Corn consi.* 68. *in* 1. *Jas. l. post dotem, sol. matr n.* 4. *Alciat. reg.* 2. *præsumpt.* 2. Sed Baldus aliter quandoque respondit, *Consil.* 448. *in* 1. nempe unumquenque naturalem conjici debere, quod, & recentiores quidam secuti sunt, *Cravet. consil.* 138. *n.* 1. Plerique tamen, nulli ex his sententiis facilè hærendum existimarunt, sed aliam viam quasi inter has mediam eligentes, neminem nec sui juris, nec in potesta e præsumi tradierunt, *Cuma l. sed si. de acq. hær. Corn. consilio* 208. *in* 3. *Dec. l. si emancipati. cod. de collat.* sed ex communi Juris regula, ad eum hujus rei probationem spectare, qui eorum alterum affirmaret, *l. ab.ea l. ei qui. de probatio.* Quæ 2
quidem distinctio multis legibus convenire videtur, in quibus animadvertas, quandoque cogi patrem probare, filium in sua potestate esse, *l. Titia. sol. matr. l. si uxorem C. de condi. inf.* quando-

que

que filio hoc incumbere, ut se à patris manu liberatum doceat, *glos. si filius de pba. l. si emancipati. Cod. de collat.* prout scilicet nunc hic, nuuc ille actor est, sicuti, & in eo servatur, cùm de
3 alicujus ætate est quæstio, is enim qui agit, semper se aut maiorem, aut minorem probare debet, cùm lex nihil in dubio præsumat, sed totum hoc, ei qui alteram partem asserit, probandum relinquat *l. cumte. C. de in integ. restit.* Quotiescunque igitur non fuerit quis in ejus rei, de qua quæritur possessione, ex qua scimus probandi onus in adversarium transferri, *l. circa de proba.* tunc volunt eum, qui se vel filiumfam, vel patrēfam. contendet, hoc ipsum docere debere, atque ita hanc quæstionem terminari. Mihi inter tot Doctorum ambages, plus certè semper illa placuit opinio ut ûnumquenque in dubio legitimis ortum natalibus judicemus. Cùm enim quemlibet ex coitu nasci sit necesse, oportet etiam concubitum illum vel licitum aut prohibitum fuisse. Sed cur non pemissum potiús existimemus, cùm illud magis semper sit conjiciendum, quod honestū, esse potest, quam quod in honestum ut Baldus dicebat? *In l. filium de his qui sui.* Namque, ubi
4 ex aliquo actu duæ possunt capi conjencturæ, quarum altera delictum significet, altera excludat, eligenda sanè ea est potiùs quæ vitio careat, & crimine. *Bart. l. non solum §. sed ut. de ope. nonun. Alexand. cons. 15. in 3.* Quo circa videmus in hac ipsa materia, cùm uxor alicujus sui copiam aliis etiam fecit, filium tamen ex ea natum, mariti potiùs quam adulteri dijudicari, quoniam id honestatis ratio sola suadet *l. miles §. defuncto de adult. Dec. consil.* Accedit quod ut supra docuimus, quoties duo simmul cohabitarint, quamvis lex quo ad parentes eam non omninò justam consuetudinem fuisse interpretetur, quo ad tamen filios, in eorum favorem, præsumit legitimam illam conjunctionem extitisse, legitimumque matrimonium. *Abb. ca. lator. qui fil. legi n. 6. Alciat. reg. 2. præsump. 5.* Cur non igitur hoc argumento quem libet in dubio legitimè natum existimemus? Sensit hoc planè Innocen. III. qui in eo qui se sacris initiari cupiat, tunc tantùm necessariam justorum natalium suorum probationem dixit, quotiens publicé contrarius de eo rumor circumferretur, *c. accedens, de purg. canf.* quasi præter eum casum, aliis nihil hujusmodi probare sit necesse, cùm in dubio legitimus quis præsumatur. Etenim cùm ex adulterio geniti filii, manci quodam modo, & imperfecti censeantur, juxta illud Sapientiæ libro traditum *Sapien. 3.* Quid esse absurdius, quam illam in dubio conjecturam facere, per quam natura non omninó munus suum impleisse videatur? Vel etiam cùm illegitimum esse quædam sit nota, & infamia facti, ut vulgò omnes ajunt *Azo in sum. Cod. de infa. Curt. consilio 136* nòne in decens satis esset, in dubio existimare alique infamem esse? Cùm hoc, & Juris, communis regulis repugnet, *cap. dudum de præsumpt. l meritò, pro socio,* & illiberale sit, malè de homine prima facie ita judicare, ut eum turpitudine notatum credas. *Gl. l. fin. quod met. ca. Aug. l. sciendum in fin. de verb. obl.* Nam cùm 6

infamia ſit contraria bonitati, & conſequenter naturæ noſtræ, *Fel. d. c. dudum. n.* 14 tantum abeſt, ut ea in dubio præſumi debeat, ut mihi quiduis potiùs quam hoc conjiciendum proculdubio videatur. Nec his quiquam Bartoli, & aliorum adverſatur ratio. Cùm enim neceſſe ſit, ut diximus, filium ex aliquo concubitu ſuſceptum eſſe, exiſtimamus nos potiùs ex matrimonio, quam fornicatione, quoniam id honeſtius eſt quamvis enim matrimonium ipſum quid facti ſit, quod præſumi non ſolet, ſic tamen, & adulterium, fornicatio, ac ſimilia facti eſſe cenſentur, neceſſeque eſt ut quocunque te vertas, ſemper factum aliquod præſumas. Æquius igitur eſt factum illud conji-
7 ci, quod longiùs á delicto abeſt, quinimó & facta ea ſolent ſanè præſumi, quibus conſentanea, & probabilis cauſa accedit. *Abb. c. in p. ſen. de proba. in 7. Notab.* Sed quid hic magis veriſimile, quam parentes legitimam ſobolis ſuæ propagationem, non injuſtam & adulterinam expetiiſſe? Quod ſi adhuc obiicias, in matrimonio præter factum ipſum, id eſt concubitum, alia requiriri, ut legitimum dici poſſit, quæ aliis conjunctionibus non ſunt neceſſaria: & propterea matrimoniũ non ita facile ut cætera eſſe præſumendum. Reſpondeo, immò ſolo conſenſu juſtum conſtare matrimonium, *ca. ſufficiat. 27. q.* 2. eumque quanvis clandeſtinus fuerit, filios tamen legitimos reddere, cùm is ſolus omninò ſuffiat. *ſuprac. 5* Unde cùm in quolibet concubitu aliquam coêuntium voluntatem affuiſſe neceſſe ſit, ſive honeſtam, ſive inhoneſtam, cur non credamus in dubio eam potiùs uxoriam fuiſſe quam fornicariam, moderatam quam libidinoſam? Sic enim ſola voluntas honeſta cum concubitu matrimonium conficit, ſicuti in honeſta fornicationem parit, nec inter hæc conjunctionum genera, quicquam præter in honeſtate, & dignitate refert. *argu. l. item. §. parui, de leg. 3.* Hæcque me ratio maximê movet, ut eos damnem, qui novam adſtruentes ſententiam, quemlibet natu. 8
ralem præſumi cenſuerunt. *Bal. d conſilio* 448. *Cravet. d. conſilio* 138. Namque ad naturales filios ſuſcipiendos, nec ſolus conſenſus nec concubitus idoneus eſt, ſed multa alia requiruntur, quæ proprè infinita ſunt, & ſuprà à nobis relata *cap.* 12. quæ omnia, tantum abeſt, ut præſumi debeant ſimul affuiſſe, ut immò hac de cauſa hodie per raro admodum, & feré nunquam contingat, aliquem propriè naturalem filium dici. *Bald. conſil.* 206. *in* 3. *Alciat. reg.* 2. *præſumpt.* 5. Jam vero nec media ea Doctorum opinio, qui aſſenſum ſuſtinent, nec in dubio quicquam affirmandum cenſent, hanc ſententiam infirmat, cum illud in propoſita eorum facti ſpecie fortaſſé verum eſſe poſſit, cúm ſcilicet quærunt an quis ſui juris, vel ſub poteſtate ſit exiſtimandus. Aſt inter illam, & præſentem quæſtionem noſtram multum intereſt, cum non ſequatur eum, qui legitimus ſit, ergo filium familias eſſe cùm multa poſſint accidere, exquibus, ex juſtis nuptiis natus, ſui juris efficiatur, ut morte patris, emancipatione, deportatione, ſolemni adopſione, nova patricij gradus dignitate, & ſimilibus. *Inſtit. quib. mod. jus patr. pot.* Quo circà,

cà, cùm in his maior cadere poſſit dubitatio, nil mirum eſt, ſi nihil temeré affirmandum putant in tali ſpecie. Verùm quæſtio hæc noſtra ab ea longe diverſa eſt, ut ex ſupra dictis ſatis liquere arbitror. Sed adhuc, & illud adjuxerim etiam hoc ipſo caſu, dequo Doctores diſputant, rectè
9 reſponderi poſſe, unumquemq; filium familias in dubio debere judicari. Si enim vera eſt illa, qua omnes utuntur, regula, quod ſcilicet unuſquiſque centum annis vivere præſumatur, *l. fi.* C. *de ſacroſ. l. ſi uſufructus, de uſufr. leg.* certè cum ex matrimonio natus quilibet exiſtimetur, pater autem tam diù vivere credatur, ſequetur etiam, eum qui alium filium familias eſſe cõtendet, non alio probandi onere gravandum eſſe, cùm Juris præſumptionibus propoſitum ſuum ſatis defendat, quæ eum ab omni probationis munere liberant, & in adverſarium potiûs transferunt. *Bart. l. ſi illa.* 1. *de verb. obligat. in fi.* Nec leges contrá adductæ quicquam obſtant, *l. Titia ſol. matr. l. ſi te uxorem. C. de cond. inſ.* nam ibi is qui ſe filium familias eſſe negabat, erat in ſui juris quaſi poſſeſſione, *Gloſ. d. l Titia. Barto. l. is poteſt, de acqu. hær. num.* 15. unde ad id probandum compelli non debuit, *§. commodum. Inſtit. de interd.* nos autem, quando neuter poſſidebat, diſputamus (ſi tamen is caſus contingere poteſt, ut neuter ſit in quaſi poſſeſſionem alicujus Juris) & tunc ſententiam hanc ſatis probabilem eſſe exiſtimamus.

CAPUT XXI.

An quis ſe filium certi patris verè poſſit probare.

SUMMARIUM.

1 *Pater cur nemo certus videatur.*
2 *Præſumptiones legum, an veræ probationes.*
3 *Quando aliquid probatum dicatur.*
4 *Veri filii.*
5 *Facta quomodo probentur.*
6 *Cur filius non vera probatione, ſed conjecturis potius demonſtretur.*
7 *An quis ſit caſus, ubi quis ſe filium verè, & certè probet.*
8 *Probatio per indirectum.*
9 *Triplex filiorum probatio.*
10 *Exemplum argutum, quo uxor filium maritı eſſe oſtendit.*

COnncluſimus quemlibet in dubio legitimè natum exiſtimari, ſed id nunc quæri poteſt, an quis ſe ex certo patre genitum veré queat probare. Quamvis enim communis ea ſit omnium opinio, ut veræ probationi hoc caſu locus non ſit, *l. Lucius, de condit. & demonſt. Gloſ. c. Michael. de fil. presbyter. Marſ. rub de probat. n.* 9. non negarim tamen, & contrarias partes non nullis ſat probabilibus defendi argumentis poſſe.

Ac quidem qui ajunt, in his certam non dari probationem, ea 1
potiſſimùm moventur ratione, quod nemo de his rebus oculata, ut ajunt, fide unquam poteſt atteſtari, cùm nec is qui ſe partem

dicit, veré eum à ſe filium genitum poſſit affirmare. Quis enim de uxore ſua tantum ſibi audeat polliceri, ut eam nullos alios interim expertam viros re ipſa vaſeat aſſeverare? Poſſumus quidem multa conjicere, & ſat veriſimiliter nobis perſuadere, eam conjugii fidem nunquam violaſſe, ſed hæc præſumptio eſt magis, quam certa ulla, & liquida probatio. Sic Ouvid.

Sed tamen aut ex me conceperat,
aut ego credo,
Eſt mihi pro facto ſæpe quod eſſe poteſt.

Et Telema. apud Hom.

Ex illo natum mater me dicit, at ipſe.
Neſcio, nam certum quis poſſit ſcire parentem?

Hinc videmus, in Jure quoties de hujuſmodi negotiis oritur cótroverſia, ad præſumptiones quaſdam tantum recurri, & quibuſdam indiciis ac conjecturis omnem ſemper cauſam diffiniri, *c. literis ca. illud, de præſumpt. ca. per tuas, de phat. l. filiis de his qui ſui.* nec uſpiam reperies filiorum natales ratione patris adeò liquido, & apertè probari, ut cæteræ res ſolent. Dixit quidem Decius, *In Rubr. de proba. n* 14. conjecturas has, ſi legitimæ ſint, veræ probationis inſtar eſſe, nec minùs quicquam ac juſtas probationes in his negotiis prodeſſe, cum jus eas ut liquidiſſima admittat documenta, *l. indicia. C. de reivend. l. licet Imper. de leg.* 1. ſed tamen fatetur, & ipſe, non eſſe has veras probationes, cùm illarum vice fungi dicat. Contrà autem multa mihi occurunt, quæ cæteri non attingunt: Primó quod lib. 4. ad edictum Paulus retulit, *l. quia ſemper de in jus voc.* matrem ſemper licet vulgo conceperit, certam eſſe, patrem verò tunc tantúm, cùm nuptiæ interceſſerint. Sed ſi certus eſt hoc caſu pater, cur nos eum probari eſſe negamus, cùm immò ea quæ certa ſunt, nulla feré indigeant probatione? Deinde ubi contracto matrimonio filius vicinis ſcientibus, domi natus eſt, nequit is ampliùs à parentibus ut alienus recuſari, *l. filium, ubi Bart. de his qui ſui.* num igitur ſat neceſſaria hæc eſt, quo ad patrem probatio, cùm eum ut filium agnoſcere cogatur? *l.* 1. *§. ſi quis de Carb. edi.* Namque ſi tunc. res planè probata dicitur, ubi eam judici fidem facimus, qua is in ſententiam noſtram adducatur, rem que ita ſe habere diffiniat, *Bar. l. admonendi, de jure jur. n.* 15. quid hic dicemus, ubi & pater ipſe, nedum judex eum ex ſe filium non poteſt non fateri? Accedit, & ipſa probationis diffinitio, quæ dicitur rei dubiæ per legitimos modos facta declatio. *Abb. Rubr. de probat.* Jam ergo cùm quis iis uſus erit argumentis, quæ à legibus paſſim, in hac materia recipiuntur, *d l. filium l. ſi vicinis, c. p tuas. & illud. ſuprà alleg.* verendum nihil erit, quin is re ipſa ſe filium probaverit, ex quo receptos à Jure adhibuit modos. Quid plura? An non leges ſæpè verum filium appellant? *L.* 1. *§. pœna de lib. agnoſc.* & de veritate quærendum ſitne filius? *L. pe. de his qui ſunt*, & in ea re veritati locum fore? *L. fi. de probat.* quæ planè eo vocabulo tam frequenter

ter non uterentur, nisi propriè, & verê hoc ipsum doceri posset, ut etiam Decius adnotasse visus est. *In Rubr. de prob. an.* 28

Ecce ex his quàm dubia quæstio, quot hinc inde rationes. Ego tamen veritatem ipsam rejectis subtilitatibus amplector. in eamque transeo sententiam, quæ & receptior est, & proculdubio verior, ut conjecturis tantum filiorum natales, quo ad patrem,
5 dignoscantur. Movet me id unum quòd facta ita demum verè probari dicuntur, eaque illorum certa dicitur scientia, ubi quis de iis certo aliquo, & proprio sensu attestetur, illi rei apto, de qua dubitetur. L. *testium*, *cum Gl. C. de testi. & Bar. l. admonendi*, *n* 11. Sed filiorum procreatio in certum hominis sensum cadere non potest, cúm nemo testificari queat talem ab eo genitum aut conceptum fuisse, ut vulgó patet, ergo nec propriè hæc unquam dicetur probatio. Fateor *Responsio ad contraria*, quidem multa esse legum argumenta in demonstrando aliquo filio, quibus necessario stare cogimur. *d. l.*
6 *filium, cum simil.* Sed hæc multum distant à justa probatione, lex etenim animavertens secretissimum esse hoc mulieris cum viro negotium, quod à nemine certo sensu percipi posset nonnullos constituit modos, quibus hærendum esset, ubi de alicujus natalibus esset disceptatio alioquin incertus semper fuisset filiorum status, ambiguaque quo ad patrem quovis tempore soboles. Hæc igitur sunt quædam legum adminicula, ad quæ necessariò confugimus, eo quòd res aliter á nobis verè deprehendi nequit. Quin ex hoc constat, proprié hoc ipsum haud probari posse, siquidem probatio à nobis, id est, sensu nostro, sumi solet, hîc verò utimur nos tantúm præsidiis legum, quæ in hac re veluti in subsidium decreta fuerunt. Propterea nec mirum est, si quandoque legimus, certum patrem, & verum filium in Jure appellari, *d. l. quia semper. & d. l.* 1. §. *pœnam, de lib. agn.* quoniam lex voluit, ut iis præcedentibus indiciis ac conjecturis, ille pater, hinc certus filius haberetur, sicuti, & multis aliis casib. contingit, ubi rem ita se habere, cogimur confiteri, non quòd id verè probatum sit, sed quia ita lex conjicit, superque ea conjectura quid statuit, quæ præsumptio Juris, & de Jure dicitur. *Gl. fin. l. sive possid. C. de proba. Alciat.* 2. *par. præsum. num.* 4. Fortè, & id dici posset filios quidem ipsos veros propriè appellari, quãvis eorum probatio ficta, aut conjecturalis tantùm extiterit, quemadmodum constitutum fictam traditionem dicimus, ex qua tamẽ ferê transfertur possessio. L. *certè* §. 1. *de precar. Alexan. l. quod meo. de acq. poss.* Sed ut cunque id sit, satis credo demonstratum, in filiis hanc veram probationem non dari, quòd id negotium ab omnium testium sensu longè remotum sit, ex præsumptionibus tamen, & inciciis quibusdam diffiniri, quæ lex summa ratione introduxit, ne filiorum status semper in incerto esset, propterea-que his plurimum tribuit, non secus ac veræ, & justæ probationi. Occurrit nunc tamen casus, 7
in quo certa probatio videtur posse afferri, cujus, & meminit Bar. quodam in loco. *Barte. l.* 1. C. *quorum bon.* Si enim intracta

puel-

puella aliqua in carcerem, arcem, aut ſimilem quempiam munitum locum cum viro conjecta fuerit, circumque poſitæ cuſtodiæ, & vigiliæ, ne cui ad eam aditus pateret, ipſaque dein poſt anni ſpacium dum antro illo incluſa eſt, partum ediderit. Quid hoc loco dubium faciet, quin filius ab eo genitus ſit, quem unicum illa virum novit, cum quo ſolo rem habuit? Sed, & hîc fortaſſe aërei quidam Dæmones ſuſpecti eſſe poſſent, prout de Danaë, & imbre aureo veteres Poëtæ fabulati ſunt, fortè, & magica quædam præſtigia, quorum vi, clauſas etiam obſeratasque valuas nōnulli furtim ingreſſi, cúm á nemine conſpici poſſent nuncque pueros faſcinaſſe, nunc cum alienis uxoribus congreſſi eſſe traduntur, ſi tamen his fides adhibenda eſt.

8 Planè, & hoc caſu non video, quomodo hæc adeó certa ſumatur probatio, ſi quidem teſtes de eo tantùm fidem facient, neminem intra id tempus eó ingreſſum eſſe, ex qua re ſequetur id quidem neceſſariò eum eſſe filii parentem, qui cum puella moratus eſt. Sed tamen hæc ipſa probatio non principaliter natalium cauſam reſpicit, nihil enim illi de coitu, nihil de conceptione atteſtantur, ſed potiùs quibuſdam rebus extrinſecus, & per obliquum id docent. Ita ut, & hinc animadvertas, rem ipſam, & quod principaliter agitur, nunquam veré probari poſſe Traditum igitur eſt, *Bald. l. 1. qui. accuſa. non poſſ. n. 52.*

9 filiorū probationē triplicem eſſe, aliam, neceſſariam ut quo ad matrem, aliam probabilem, ut quo ad patrem, cùm quis domi vicinis ſciētibus natus eſt, aliam conjecturalem quæ ex aliis atque aliis elicitur preſumptionibus, quas modó perſequemur. Sed anté libet referre exemplum quoddam non illepidum callidæ mulieris, quæ cúm ex adultero filium concepiſſet, ſic tamen maritum verbis eluſit, ut ipſemet confeſſus fuerit, filium ſuum eſſe. Huic cum uxoris pudicitia valdè eſſet ſuſpecta, natuſque ex ea domi eſſet infans, eleganti ſatis facie, anxius ob hanc rem, multumque animo quotidiè ſollicitus, libenter, inquit, dimidia omnium bonorum meorum parte cederē, ſi mihi ita certó conſtare poſſet, filium hunc meum eſſe, ut tibi conſtat eſſe tuum. Adhæc nihil perterrita mulier, facilé ait ego te hujus voti tui compotem reddam, ſi mihi vel munuſculum aliquod offeras, nedum rerum tuarum partem dimidiam. Cumque maritus, quomodo hoc unquam efficies? reſpondiſſet. Tum uxor, convocatis amicis, & certa ſponſione interpoſita, natum vicinis extulit, & eſtne, inquit, hic verè meus? Cumque vir annuiſſet, illa brachiis portentis ei puerum porrexit, & accipe, ait, dono eum tibi. Jam abſque dubio tuus eſt, non alienus. Riſu aſtantium oborto, uxoris aſtu, vir omnium ſententiis condemnatus eſt.

CAPUT

CAPUT XXII.

Quibus ex conjecturis, quis filius alicujus præsumatur.

SUMMARIUM.

1 *Quatuor conjecturæ principales ad probandum aliquem esse filium.*
2 *Practica in probanda filiatione.*
3 *Natus domi ex viro, & uxore, filius præsumitur.*
4 *Educatus tractatusque ut filius, est in possessione filiationis.*
5 *Petens hæreditatem ut filius, quid probare debeat.*
6 *Quando in petitoriis sola possessio non sufficiat.*
7 *Ex tractatione paterna acquiritur filio jus proprietatis, & possessionis.*
8 *An sufficiat unicus actus.*
9 *Quasi possessio filiorum, tam mortuo, quàm vivente patre acquiritur.*

CUm ergo filii non certis attestationibus, sed præsumptionibus tantum probari soleant, tractandum nobis nunc est, quænam illæ sint, unde hoc possimus colligere, & filiorum causam adivuare. Quæ res laté sane patet. *Guil. Ben. c. Raynutius. 3. par. ver. quæ filium Paris. consil. 10. 13. in 2. Ruin. cons. 52. 13. in 5. Gozad. consi. 12. 13. & alii infrà.* Sed sciendum est, quatuor præcipué in Jure tradi conjecturas, quarum aliis utimur ad jus ipsum proprietatis filiorum demonstrandum, aliis ad id tantùm, ut eos in quasi possessione filiorum esse probemus *Doct. c. per tuas. de pba. Abb. Butr. cap. Michael, de fil. presb. Alexan. consil. 51. in 1.* Prima est, ut quis 1
ex viro & uxore simul habitantibus dominatus dicatur, quæ quidem directo proprietatem respicit. *L. filium, de hisque sui Bart. l. non epistolis. C. de prob.* Aliæ tres magis ad quasi possessionem videntur pertinere, quamvis, & cum iis quandoque jus proprietatis sit conjunctum, ut infra declarabimus. Suntque hæ Videlicet, ut filium ab iis quos parentes asserimus, filiorum more educatum tractatumque ostendamus. L. 1. §. *ad quæstionem, de quæstio.* Inde ita etiam ab iis sæpiùs filium nominatum. *Gl. d. c. Michael.* Ultimò, ut talem in vicinia ab aliis quoque habitum fuisse probemus, L. *si vicinis. C. de nupt. cap. illud, de præsumpt.* Quæ omnia, si simul concurerint, 2
dubium non est, satis quem filium declaratum esse. *Bar. Bald. d. L. filium Dec. consil. 54. Socin. Junior. consil. 86. colum. pen. in 2.* Unde, & cautè periti aduocati solent, duobus hoc omnia formulis complecti, ut eodem tempore nedum proprietatis, sed, & quasi possessionis jus filio acquirant, ut egregie Bartolus tradidit. *Bart. l. non nudis. C. de probat. & l. 1. C. quor. bon.* Ast quotiens non hæc simul. conjuncta sunt, tunc quæri potest, an ulla ex his indicia saltem conjecturam aliquam præbeant, unde quis filius præsumi possit.

Dicemus igitur primò, an unaquæque ex his præsumptionibus apta sit alicui jus filiorum tribuere.

buere. Dein differemus, quotiens plures inter se hujusmodi adversantur conjecturæ, quænam potiores sint, & aliis præferendæ.

3 Principio constat, si nullum aliud omninó de alicujus conditione existat indicium, ex eo tantùm, quód quis ex viro, & uxore dominatus sit, rectè etiam filium illum probari, eoque tantùm argumento illum tutum esse, *d. l. filium.* Est enim hæc conjectura adeò potens, ut licet interim mulier cum aliis consuetudinem habuerit, præsumatur tamen potiùs mariti filius quám adulteri. *L. miles. §. defuncto, de adult. Dec. consil.* 657. quòd nedum in justis filiis, sed & in naturalibus tantùm liberis, quos quis ex concubina suscepit, traditum est. *Glos. c. Michael, de fil. presbyt.* atque ob hanc rationem, si quis cum alia quoque muliere versaretur, quamvis non in schemate concubinæ, eam tamen domi propriis sumptibus aleret, & custodiret,

5 is quia ab ea genitus esset, hujus potiús viri quàm alterius filium censendum Doctores voluerunt. *Anch. cons.* 225. *dicemus infrà cap.* 28. Quod si nihil de natalibus constet;

4 id verò tantummodo pateat, quem ut filium ab aliquo educatum tractatumque esse, sufficit, & hoc ipsum ad filium, in quasi possessione constituendum, *L.* 1. *§. ad quæstionem, de quæstio.* ex qua probandi onus in adversarium trasferretur, si quis eum filium neget, ut communi omnium opinione receptum est. *Abb. Felin. Dec. cap. per tuas, de prob. Bartol. l.* 1. *C. quor. bon. Alex. consil.* 88. *in.* 7. Existimavit autem Baldus hoc eo tantúm casu admittendum esse, quotiens de hac re obiter quodammodo, non principaliter ageretur. *Bald. consi* 130. *in* 1. Si quis enim alicujus hæreditatem ea tantum ratione sibi decerni postularet, quód ab eo ut filius esset tractatus nihil ageret, cùm ex tractatione quidem in quasi possessione constituatur, at verò in petitoriis non possessionem tantùm probare sufficiat, sed etiam titulum, & dominium, *L. sicuti. §. sed si, si servi. vin. Doctor. l. cùm res. C. de proba. Bart. l. quidam in suo, de cond inst.* quam quidem Baldi opinionem Salicetus, Alber. Jas. & plerique alij secuti sunt. *Sal. Alb. l. non ignorat. C. qui acc. non poss. Jas. l. neq. C. de testam. Alc. reg.* 3. *præsum.* 38. Sed contrá plures maximæ authoritatis viri, & rectissimè, ut arbitror, sensere, qui generaliter id prodidere, si quis se ut filium tractatum doceat, sat illum, uisi contrarium probetur, se filium, & docuisse, & ut filium admittendum, licet hæreditatē petat. *Bart. l.* 1. *§.* 1. *de quæst. & l. non nudis. C. de prob. Alex. consil.* 51. *in* 1. *Ang.* 87. *in fin Dec.* 56. *n* 3. *ubi hanc communem ait Paris. cons.* 10. *num.* 110. *in* 2. Ad rationem verò Baldi respondebant aliqui, *Alex. d. cons.* 51. *num.* 7. quòd ubi possessionis quæstio, & proprietatis simul est, judex ex officio potest cui sibi videtur onus probandi injungere, L. *cum de ætate de prob.* Cùm vero hoc casu cognoverit, me quasi possessionem jam probasse ex educatione parentum, tunc ejus partes futuras, ut in adversarium contrariam probationem rejiciat proprietatis, quam si adversarius non docuerit, tunc me possessorem ex ea sola quasi possessione judicio superiorem futurum, L. *si.*

5

filius

filius, de probat. & ita hoc ſolum mihi remedium profuturum, ad obtinendam, & poſſeſſionis, & proprietatis etiam cauſam. Quam
6 quidem ſententia ego, & duplicatione confirmo. Primò, quia regula eſt, ubi quis eſt in poſſeſſione Juris, quo circa perſonas verſatur, ex eo, & omni probandi onere levatum eſſe *L. circa. ubi Bart. Bald. de probat.* licet ſecus ſit in Juribus realibus, in quibus ſola poſſeſſio non ſufficit. *L. ſicuti. §. ſed ſi ſervi. vind. & ita procedat arg. Baldi, ſupra.* Sed cùm nos hic agamus de quaſi poſſeſſione Juris perſonalis, meritò dicendum erit, hac ſola quaſi poſſeſſione probata, cætera non ampliùs eſſe neceſſaria. Secundò animadverto, tunc hanc ſolam poſſeſſionem in petitoriis non prodeſſe, prout dicebat Baldus, *ſupra. in argum. contr.* ubicunque ſcilicet rei ipſius, de qua quæritur, origo, & primævus ſtatus poſſeſſioni noſtræ proſus eſt contrarius, potiuſque cum adverſarii jure conſentit. tunc enim cùm rei illius qualitas poſſeſſioni directé repugnet noſtræ, ſi volumus ex tali poſſeſſione cauſam noſtram ſublevare, afferenda in primis nobis eſt ratio illius poſſeſſionis, ut oſtendamus, quare res illa ſua priſtina conditione relicta, ita à nobis cœpta ſit poſideri ad aliumque ſe curſum deflexerit, ut rectè Bartolus, & cæteri declarant. *Bartol. L. ſi priùs, de ope. nov. nunc. num.* 18. *Jaſ. num.* 44. Sed cùm hæc noſtra quaſi poſſeſſio Juris filiorum, ejuſmodi non ſit, nec neceſſariò contrariam partem adverſus nos tueatur, præſertim cùm in dubio quilibet de legitimo natus matrimonio exiſtimetur, *diximus ſupràc.* 20. propterea, & ex ſola hac quaſi poſſeſſione unumquemque filium probari dico, quod, & Accurſius cenſuit, & Albericus optima ratione confirmavit. *Gloſ. Alb. L. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ.* Accedit his quòd cúm primùm obſequia hæc parentum erga filios probata ſunt, nedum de
7 quaſi poſſeſſione, ſed proprietate conſtare dicitur, ex quo non niſi conjecturis res doceri poteſt; ut Cornæus ait, *conſi.* 1. *in* 3. *col.* 12. 13. qui idem refert contrarias partes à Fulgoſio fuiſſe tractatas, quas is quandoque imprudenter ſecutus erat, in hacque, & ipſum ſententia demùm conſtituiſſe. Ideoque eam contra Baldum, & veriorem, & receptiorem eſſe præter Cornæum, & Alexand. qui in eodem facto interrogati, ita reſponderunt, *Corn. d. conſil Alex.* 88. *iri* 7. *num.* 7. & Decius etiam aliis rationibus atteſtatus eſt, *Dec. conſ.* 54. qui & illud adiunxit, *c. per tuas prob. num.* 9. *in fi. arg. c. conſult. de Jur. patrona.* ſat eſſe tra-
8 ctatum hunc ex unico tantùm actu deprehendiſſe, ubi, & nominatio concurrat, licet alij ad hoc continuum decennii ſpaciū, ut in mariti cohabitatione aliàs diximus, ſoleant expoſcere. *Abb. ca. illud de præſumpt.* Crederemque ego hanc quaſi poſſeſſionem, non ſolùm vivente, ſed, & mortuo patre acquiri poſſe, ubi quis
9 ab aliis, ut defuncti filius tractatus eſſet, adverſus enim eos videtur ſe filius rectè tueri poſſe, cûm in quaſi poſſeſſione ex illorum erga ſe geſtis fuerit conſtitutus, quod etſi Alexander negaſſe prima facie videtur, *conſ.* 25. *colum. fin. in* 4. ſi quis tamen

ſubtilius eam facti ſpeciem intueatur, animadvertet non contrarium, ſed diverſum potiús illius reſponſum eſſe. *Sic*, & *Angel. in l. liberorum. in prin. de in ſam. allegatus ab Alexan. ſupràd. conſ.* 25. Et hæc quoad natales, & paterna in filios officia.

CAPUT XXIII.

An ex ſola parentum nominatione, aut viciniæ fama quis filius cenſeatur.

SUMMARIUM.

1 *Simplex nominatio filij, non probat quem eſſe filium, & quare.*
2 *Quibus tamen caſibus ſufficiat.*
3 *Fama eſt loco ſemi plenæ probrtionis.*
4 *Fama transfert onus probandi in adverſarium.*
5 *Quaudo fama plené probet.*
6 *Quis modus ſervandus in probando aliquem eſſe filium.*

SEquitur tertia conjectura, quæ ex parentum oritur nominatione, quando ij aliquem ut filium appellaſſent, Quæ tamen ſola per ſatis ſanè debilis eſt, nec ideó aliquem ut filium verè probat. *L. neque C. de teſtam. l. num. epiſtolis L. non nudis Cod. de prob.* cùm ſimilia verba blandien-
1 di potiùs animo etiam erga alienos ſæpe proferri ſoleant, *L. nemo §.* 1. *de hær. inſt.* L. *Cajus de jur. patro.* ex quibus non ideò neceſſarium ſumi debet argumentum. *d. L. neque*, & *l. epiſtola de pact.* Immô ſi ſola nominatio adeſt, jam nec eſſe eſt cætera repugnare. Nam qui filium non alit, nec patrocinio ſuo tuetur, ſatis ex eo contrarium paternæ pietati actum videtur facere, ex quo filium non educat, nec ea in illum confert, quæ pater debet. Certum verò eſt, cùm nominationi repugnant facta, paternique affectus nudam illam filii appellationem ſat debilem infirmamque eſſe. *L. ſi inſtituta §.* 1. *de inaff. teſtam.* Quòd ſi hæc nominatio 2
non ocioſo concepta eſſet tempore, ſed in ea negotij ſpecie, quæ veriſimiliter non ad alium, quam ad filium pertinere debuit, rectè ſanè tunc filiûs quis probari poſſet. *Barto. l.* 1. *§. idem de lib. agn. Gozad conſil* 12. *col.* 2. Ut ſi in judicio id parens fuerit confeſſus, *Abb. ca. per tuas de prob. nu.* 8. *Bal. comſil.* 182. *in* 2. *aliàs conſil.* 16. aut etiam extra judicium eorum eo dedita opera, non perfunctorié id enunciaverit. *Bartol. d. §. idem Abb. Dec. d. c. per tuas.* Sicut in illo traditum eſt, qui natalem filii ſui diem in Calendario deſcripſerat. *Gloſ. §. fin. Inſt. de ingen. Bald. l. neque C. de prob.* Cujus rei ea eſt ratio, quòd ſemper cúm hujuſmodi nominatione adeſt, & aliud quiddam, ex quo paternam in filios elicimus charitatem, ſiquidem is illum ita in eo negotio appellando, ſimul etiam veré, & reipſa ſe patrem oſtendit, ideoque dicimus tunc ex ſola nominatione quem filium probatum *Dec. d. c. per tuas. n.* 9. Quòd ſi fortuito filium quis vel præſentem vocarit, tunc ex eo nihil veré probatum cum communi ſententia exiſtimo, cúm roboris aſſumant, ut negotium illud adivuent, in quo

ſolum

solum prolata fuerunt, *L. optimam, C. de contr. & com stip. Alexan. cons.* 136. *n.* 12. *in* 1. in cæteris nullius sunt momenti, atque ita contra Aretinum cum Decio, & aliis sencio. *Dec. d. c. per tuas n.* 12. Adderem ego tamen, si hæc nominatio, quanvis ociosa, á patre sæpiùs repetita fuisse probaretur, atque is ita solitus esset filium suum nuncupare, tunc multum sanè huic appellationi deferendum, hocque casu communem opinionem forté limitandū. *Cast. l. non epistolis. C. de prob. Bartol. l. cum scimus* Cod. *de agr, & cens. lib.* 11. Ultima supereſt viciniæ fama, qua plurimum in his negotiis uti solemus. *L. si vicinis C. de nup. ca. illud de præsumpt.* unde, & inter Doctor. dubitatum est, an sola per se ad filium aliquem probandum absque aliis sufficeret conjecturis. Salycetus quidem primus, in ea videtur fuisse sententia, ut ipsa per se nullis aliis suffulta adminiculis parum prodesset, quod & Alexand. quandoque opinatus est. *Alex. cons.* 15. *in* 4. Panormitanus etiam hanc ideo contra Butrium opinionem defendit. *Abb. c. transmiss. que fil. leg.* quod nimis ei durum videbatur, ut ex sola fama secundum aliquem judicaretur, quæ alias vix semiplenæ probationis instar esse solet, *Abb. ca. veniens* 1. *de test.* cum hæc quæ publicè per hominum ora circunferuntur, ut certo plerunque carent authore, & fundamento, ita quam sæpissimè vana, & inania sint, *l. decurionum C. de pœnis*, secumquem in eam sententiam quamplures alios perduxit. *Aret. Felin. Dec. d. cap. per tuas Jas. l. neque C. de testam* Contra quos tamen crebrior, & verior stat opinio, nam & Butrigarius solam famam ex eo sufficere existimavit, quod plurimum communi hominum opinioni soleat lex tribuere, *l. cum de lanionis §. asinam, de fun. instr.* quod idem & Butrius putavit. *Butr. c. transmiss. q. fil. leg.* Quin & sibi contrarius Alexander, ter secundum hanc sententiam responde-
re non dubitavit: *Alex. consil.* 51 *in n.* 1. & 90. *in* 6. & 88 *in* 7. quam & duobus consiliis Decius etiam tutatus est, *Dec. consil.* 54. 272. quos quidem ea adductos opinor ratione, quod cùm fama circa res vel vèras, aut veritati proximas verletur, *Bald. l. filium, de his qui sui. col.* 2 consentaneum maximè visum est, eam in his rebus plurimum valere debere, in quibus cùm veritatis dificilis fit probatio, quid verisimile fit, lex ut plurimum inspiciat, in dubiisque vicinæ famam, cæteris proponat conjecturis. *c. illud, de præsumpt.* Rectè enim illud se habet, Vox populi, vox Dei. Hinc scripsit Bartolus, *in l. de minore §. si plurimum, de quæst.* si quis in alicujus conditionis quasi possessione per famam esset constitutus, ab onere probandi eum jam liberatum esse. *l. si mater C. ne de stat. de defunct.* Ex quo colligitur famam nedum ad possessionem, sed ad proprietatem probandam posse conferre. Quòd si nos in dubiis sententiis à communi opinione non recedimus, *Fel. c.* 1. *de consti. n.* 101. cur non & hic publica fama filium adjuvet, quam unam leges semper intuentur, & à qua in hac materia omnia feré solent pendere. *d. l. si vicinis & d. l. filium.* Ubi enim aliunde sumi non potest probatio & plenam fidem fama facit, *Dec.*

c. 1. *de appel. n.* 11. *Jaſ. l. cum ea.* C. *de tranſact.* nec vana vox dicitur, cum tota res conjecturis, & indiciis nitatur. *Arg. l. nonōes* §. *à barbaris, de re milit. Alexan. ſ. d. conſ.* Quin communi opinione probata, quo ad alicujus ſtatum & conditionem, eo ipſo dicitur veritas patefacta, *Bald. l.* 1. *C. de teſt. in princip.* quod propriè in hac quæſtione, & Felinus docuit. *Felin. c. veniens* 1. *de teſtib. n.* 1. Ex quibus omnib. ut aliquid ad Forenſia negotia accommodatum poſſimus elicere, ſciendum eſt docuiſſe Bartolum *in l.* 1 *cod. quorum bon.* advocatos, ut cum de hujuſmodi rebus oritur quæſtio, illa duo in primis proponat, proprietatem videlicet, inde ejus rei quaſi poſſeſſionem. Sed quidam in hac re commodiorem regulam ſunt ſecuti. *Alex. conſi.* 51. *in* 1. *Abb. c. tranſmiſſæ, in fi. qui fil. leg.* Primò, ut dicamus eum, de quo agitur, natum fuiſſe ex viro. & uxore domi vicinis ſcientibus, Secundo, eum à parentibus, ut filium dilectum nominatum. Tertio, ut illius filium publicè ab omnibus fuiſſe habitum. Hæc tamen òmnia ita conjunctim probare neceſſe quis non habebit. *Alex. d. conſil.* 51. *n.* 7. *Dec. conſil.* 54. *in fi. Pariſ. conſil.* 10 *n.* 72. *in.* 2. ſed ſatis fuerit, eorum aliquod judici conſtare, ſecundum ſupradicta. Quæ intelligenda ſunt, cùm his ſe conjecturis quis filium voluerit probare, nullis allis contra udverſantibus.

CAPUT XXIV.

Quæ potiores ſint conjecturæ, ubi quæſtio eſt, an quis ſit filius.

SUMMARIUM.

1 *Ex uxore natus, cùm qua, & alii rem haberent, mariti filius præſumitur.*
2 *Natus domi ex uxore non poteſt ut filius abnegari.*
3 *Niſi certis caſibus.*
4 *An teſtimonium matris. & fama viciniæ noceat, ſi dominatus ſit.*
5 *Præſumptio pro matrimonio, cum filius ex uxore natus eſt, aliis prævalet conjecturis.*
6 *Fœminarum varia conditio in concipiendis filiis.*
7 *In dubio pro matrimonio judicandum.*

PUgnantibus verò inter ſe pluribus conjecturis, maior tunc dubitationi locus eſſe poteſt. Finge etinim quem ex uxore dominatum eſſe, hunc negant agnati filium ea ratione, quod uxor quandoque, & cum aliis rem habere conſueverit, nos ne idcircò contra filium judicabimus? Diximus ſupra, mariti filium potius exiſtimandum, *l. miles* §. *defuncto, de adult.* ſeu favore matrimonii, ſeu quod in dubio, quod honeſtius eſt, conjici debet, *Abb. c. intelleximus, de adult.* & ut dicebat Baldus, ſemper præſumendum potius poſſibile honeſtum, quam poſſibile in honeſtum: *Bal. l. filium de his qui ſui.*

Quod

Quod adeò verum eſt, ut & licet mulier, non in mariti ædibus, ſed apud alium, cum quo immiſceri ſolebat, puerum peperiſſet, ſi tamen eo in loco non invito viro habitaſſet, maritoque ad eam liber quocunque tempore aditus pateret, tunc etiam juſtus ille filius intelligatur. *Bart. conſil.* 58. *in* 2 *Dec conſil.* 657. Affirmandumque idem fuerit, quāvis mater eum ex ſe deinde genitum negaret, *l. pen. de probat.* cujus rei celebre illud eſt exemplum, quod olim maximo regi contigit, qui cum ut patris filius in paternum regnum ſucceſſiſſet, eum deinde mater propé moriēs, non Regis, ſed militis cujuſdam filium profeſſa fuit, hujuſmodi enim matris teſtimonium nihil ei nocere, reſponſum eſt, nec illum ideo regno eo fuiſſe ejiciendum. *Bart. d. l. filium de his*
2 *qui*, Quin & ſi parentes ambo, eum ut alienum reppellerent, adhuc non debebit filius, qui dominatus eſt, ob contrariam eorum aſſertionem, ullam ſtatus ſui cōtroverſiam pati: *Abb. c. per tuas, de prob. n.* 4 *& cap. tramiſſ. qui fil. leg. n.* 4. Cùm enim tradita nobis ſit regula, quomodo filius quis dijudicetur, quæ quidem eo ſolo nititur, quod ex uxore quis natus ſit, *d. l. filium in princ.* merito à regula hac nunquam erit recedendum, niſi exceptio verè & neceſſario probetur, *Bart. l. quotiens ſi quis cau. Dec. l.* 1. *de reg. jur.* cum ſatis non ſit, eam aliquibus conjecturis elidi tantū, aut obumbrari: *Dec. cap. in præſentia, de probat. n.* 15. 16. Ideoque cum ex marito filius ſuſcipi rectè potuerit, tametſi aliis quoque uxor ſe viris junxerit, & omnia etiam concurrant ea, quæ in contrarium ſupra adducta ſunt, jam conſtat nec verè, nec neceſſariò exceptionem probatam eſſe idcircoque regulæ prædictæ ſtandum, quæ cum claram rem reddat, *Dec. conſ.* 8. *in princ.* in apertis non erit conjecturis locus, *l. continuus § cum ita de verb. oblig.* præſertim cùm hæc filiorum probatio, quæ ex natalibus elicitur, legis ſit teſtimonium, *Bald. d. l. filium, n.* 11. a quo Judex recedere non debet. *Bald. l.* 1. *C. qui accuſ. n.* 52. Hinc ſequitur, quod ſi quid contra natalium cauſam afferatur, quod neceſſario aliter rem ſe habere demonſtret. tunc 3
cum legis præſumptio ad impoſſibilia non deducatur, *c. qui veriſimile de præſumpt*, & exceptio à regula ſupra dicta verè probetur, jam relicta priori conjecturā, ad hanc contrariam erit divertendum. Quid enim ſi maritus per biennium abſens, domum reverſus, anniculum repererit? Quid ſi ſeptuagenarius extiterit, aut alias coêunti vires defecerint? *Souz. Jun. conſil.* 86. *n.* 45. *in* 3. Quid ſi infirmitate impeditus uxorem cognoſcere non potuerit? num merito filium interea domi natum ex uxore, uti alienum & translatitium debebit expellere? *d. l. filium.* Indubitatū hoc quidem eſt, cum hujuſmodi rationibus urgētibus facilis adulterinus partus deprehendatur. *c. cauſa.* 1. *q. fil. legiti. ubi Abb.* 1. *Not.* Illud ambiguum magis videtur, cum filius domi quidem natus eſt, ex adulterio tamen eum genitum mater affirmat, cumque ejus aſſertione, & vicinia, & hominum fama conſentit, cenſent enim Doctores, cōtra filium præſumptiones has recipiendas, *Alex. conſil.* 82. *in* 7. 4

Caſt.

Caſt. conſi. 175. *col. fin. Bal. d. l. filium.* cum lex matris teſtimonio plurimum tribuat, *Hoſt. c. officil. de pœn. & rem.* nec probabile ſit, illam tam infamem adulterii notam, contra veritatem ipſam, ſponte fuiſſe ſubituram, publica præſertim fama accedente. *Ancharan. conſil.* 225. Idem & eo caſu tradiderunt, cum mulier diù ſterilis tandem à marito divertiſſet. aliquotque poſt diebus reverſa, filium domi peperiſet nec enim hunc, niſi à patre ut filius agnoſcatur, neceſſario viri filium habendum ajunt. *Abb. Felin. c. per tuas.* & generaliter, quoties contra filium, matris aſſertio, cum contrariis obſequiis, aut apellatione, vel communi openione conjuncta eſt, tunc ſolam matrimonii præſumptionem in favorem filiorum infirmari contendunt. *Corn. conſ. in* 3. *litera* z. *Alex d. conſ.* 88. *Ale. reg.* 3. *præſum.* 57. *n.* 9. 10. *Gozaconſ.* 12 *n.* 22. 25. Sed ego, cum ſupra docuerim, eſſe nobis in his quæſtionibus ab Ulpiano regulam cõſtitutam, *d. l. filium.* ab ea temerè non puto diſcedendum. Ideo ne his caſibus, contra filii natales, & matrimonium quiſquam auſim judicare: *Pariſ. conſ.* 11. 12. *n.* 234. *in* 2. cum ea, quæ contra objiciuntur, rem ita eſſe neceſſario non probent, parentumque teſtimonium prodeſſe tãtum, non filiis obeſſe poſſit. *L.* 1. *§. ſi quis, cum Gloſ. ad Carbon.* atque hæc matrimonii præſumptio, & natalium, nedum famam ſed & omnes ferè alias ſuperet conjecturas. *Abb. c. tranſmiſſæ, qui fil leg.* Quod ſit, ut ſi uxor ſterilis, quæ diverterat, nunc reverſa filium ediderit, hic non ideo adulterinus ſit ſuſpicandus, cùm ſcribat Plinius, *lib.* 7. *ca.* 13. mulieres aliquas ſemel tantum parere, alias poſt certum tantum tempus, ut poſt inventam, alias ſecundum varios cœli & Syderũ motus, nunc fœcundas, nunc prorſus ſteriles reddi, ita ut cõjectura hæc neceſſaria ſit, ob quam regulam eam miſſam faciamus. Movetque; me maximè exemplum id, ſuper quo clariſſimi duo Juriſconſulti reſponderunt, *Alex. conſilio* 88. *in* 7. *& Corn. conſil.* 1. *in* 3. ubi cum filius in domo adulterinatus eſſet, educatus nominatus, legitimatus, inſtitutus, atque ita & matris maritus, mater, filius, adulter. & vulgò omnes, eum ut adulterinum prædicarent, adhuc tamen ob ſolam matrimonii præſumptionem, valde in ea re extricanda laborant, & tandem, quoniam maritus eo tempore aberat, quo filius conceptus eſt, contra matrimonium reſponderunt: *Corn. d. conſil. litera a* 2. tanquam cætera omnia contra hoc unum ſatis eſſent infirma. Atque hoc argumento infinitæ propé quæſtiones decidi poſſunt, uti, uxor per duos menſes procul a marito cum adultero morata eſt, inde poſt ſeptimum menſem domum reverſa, parit, licet enim frequentius id ſit, ut fœminæ novem menſibus uterũ ferant, juſtus tamen & ille partus eſt, qui ſeptimo menſe editur. *L. ſeptimo, de ſtat. hom* Unde quam diu ex marito concipi potuit, nunquam ex adultero procreatum dicemus. *Abb. c. officii, de pœn. & remi. d. l. miles §. defuncto.* Niſi fortê malit quis peritorum conſilium adhibere, eorumq; judicio acquieſcere. *Doct. l. Galus, in princi. Guil Bene. c. Raynutius, in* 3. *part. ver. quæ filium*

lium n. 16. *& seq.* Sed ego, ut di-
7 xi, in dubio semper secundum regulam, id est, pro matrimonio pronuntiarem, *cap. si. de rejudic.*

CAPUT XXV.

Quid, si quis nunc filius, nunc alienus habitus fuerit. Et quando plura invicem repugnant.

SUMMARIUM.

1 *Natus ex matrimonio adeptus est jus proprietatis & possessionis filiorum.*
2 *Fama an tollat alias præsumptiones in favorem filiorum.*
3 *Quando ultima derogent prioribus.*
4 *Jus alicui mea causa quæsitũ, eo ìnvito non possum revocare.*
5 *Posterior tractatio potest filiis prodesse, non nocere iis invitis n.* 6.
7 *Testimonium patris vincit famam viciníæ.*
8 *Tractatio paterna prævalet soli nominationi.*
9 *In probanda filiatione, duo testes sufficiunt.*

QUid verò si dominatus quis sit, & à parentibus etiam filij loco habitus, postmodum ab iisdem uti alienus rejiciatur, famaque illum omnino illegitimum atteſtetur, anne contra filium posteriores has præsumptiones recipiemus? Affirmant hoc aliqui, cum ultima derogent præcedentibus, *l. pacta novissima C. de pact.* & quem aliquando parentes filium negarũt, si deinde ut ex se natum agnoscant, hoc quod novissimo loco actum est, attendi soleat: *Felin. c. per tuas, de prob. num.* 14. *Ver. amplia sec.* quemadmodum, & cùm varius rumor de alicujus ingenuitate vagatus est, semper enim posteriorem famam sequimur *l si mater. c. ne de sta. defũct.* quod præter Corneum *cons.t.vol.* 3. doctiss. etiam Gozadinus opinatus est *cons.* 13. *n.* 40.

Ego tamen contra sentio, nam- 1
que is qui ex matrimonio natùs præsumitur, si etiam filii loco quandoque habitùs fuit, dicitur nedum proprietatis, quod ex natalibus oritur, sed & quasi possessionem ex ea re adeptus, *Dec.* 2
d.c.per tuas num. 4. merito cùm utrunque penes ipsum sit, invitus inde ejici non poterit. *Bart. l. filium de his qui sui sunt.* Cedit enim semper fama natalibus, *Abb. c. transmissæ, in fin. Qui fil. legit.* & prior parentum observatio, quæstat a matrimonio, & delictum excludit, alliis contrariis gestis præferenda est, negligimus etenim hic famam contrariam natalibus, non quia plerunque & possessionem perturbare, atque etiam proprietatem proba re, apta non sit, *Corn. de consi.* 1. *litera b.* 2. sed quoniam, cum ea indubio rebus veris convenire censeatur, hic, cum de proprietate constet, *d. l. filium* jam illi locus amplius esse non potest, contra veritatem Juris testimonio probatam *Bald d l. n.* 11. Cùm igitur jus proprietatis quæsitum filiis ex matrimonio non possit invertere, minus certe, & possessionem valebit adimere, cũ

nec

nec contraria parentum assertio, filios inde valeat dejicere, *l.* 1. §. 1. *cum Glos. ad Carbon* nuncq; cúm, & proprietati conjuncta sit' facile se ipsam ab aliena injuria & apprehensione possit tueri. Nam quod dicitur, ultima prioribus derogare, verum id est, cum ea omnia novissimê concurrunt, quæ initio rei gerendæ affluerunt, *dict. l pacta novissima.* tunc enim secundum naturam est, quo quid vinculo inductum eodem etiam dissolvi: *L.*
4 *nihil tam naturale, de reg. jur.* Verúm cùm non ita omnia conveniunt, tunc prævalet proculdubio quod priore loco factum est, idque quod subsecutum fuit, quanvis adversus præcedentia videatur, quia tamen non jisdem adminiculis munitum apparet, rejici solet. Veluti si tibi aliquod jus mei unius opera esset acquisitum, vellemque id deinde cõtrario actu revocare, non enim id mihi ampliú te invito licebit, *l. fi. de pact. l cùm à socero C. de jur. dot.* eo quod oportuit tuum quoque nunc, sicuti initio, cõsensum inter fuisse, *L. ab emptione de pact.* alioquin quod contra ego te nolente egerim, irritum totum est, quanvis novissimo loco
5 factum. In proposita igitur quæstione licebit quidem parentibus, eum quem ut alienum semper respuerunt, ut verum deinde filium agnoscere, eo volente, non tamen è contrario, qui filius aliquando habitus fuit potest invitus ex illa possessione detrudi, *Guil. Ben. ca. Raynutius ver. quæ filium n.* 19. *in* 3. *par.* atque ita ve ré Filinus loquitur, *in d. ca. per tuas num* 14. quod nec Cornæus etiam negasse videtur, qui in exemplo à se tradito, nunquam illum ut justum filium observatum fuisse præsuponit. Quin etiam, & Gozadinus ea potest ratione defandi, quod de commodo filii agebatur, ut posterior tractatus prævaleret, qui casus longè à nostro diversus est, cum nos quæramus, an in ejus odium, id inspiciendum sit, quod ultimo loco actum est, tunc enim omnino affirmamus, si domi ex uxore sit natus, atque illi se ut filio, parentes aliquo tempore præbuerint, non posse ampliùs illum invitum, vel mille inde conjecturis adversantibus ex illo statu deturbari, quam, & Alexandri fuisse sententiam proculdubio contenderem. *In d. consil.* 88. *vol* 7. Planè si filius ipse postquam primo sub alicujus ut parentis vixit patrocinio, inde ab eo ejectus, in alterius se domum, & curam contulerit, aliumque loco patris habere cœperit, cúm ipsemet sibi jus suum imminui patiatur, incipiatque novam sibi in alio solo possessionis causam quære, non ampliùs audiendus videtur, si iniquum erga se prioris parentis judicium velit accusare, cùm ipse ultimis his obsequis sponte consentiendo, anteriora omnia gesta prorsus videatur improbasse. *Fel. d. c. per tuas n.* 14. *vers sed istud. & Ruin. cons.* 52. *in* 5. *n.* 9. Fingamus nunc parentum testimonium cum viciniæ opinione pugnare, quid erit respondendum? Solet potior multó semper esse parentũ assertio, quam quæcunque vel publica fama, hæc enim naturalem illam erga filios dilectionem, nobis semper ob oculos proponit; illa quandoque unius vel improbioris hominis voce excitata, inde per multorum ora latiùs fusa, adhuc sæpe

error

errore, & mendacio non caret, *c. Ossus, cum Glos. de elect.* Unde dicitur:

Tam ficti pravique, tenax, quam nuncia veri.

Quod sit aliquem ut filium quis enutriat, atque in eum paterni omne genus officii conferat, alius illum filium appellet tantùm, at-
8 que ex se genitum prædicet, dubitandum plane non puto, quin educatio isthæc uti veræ erga liberos pietati magis consentanea nudæ filii appellationi non sit præponenda; *Bald. L. non ignorat. Cod. qui accus. non pos. num.* 14. quemadmodum de eo dicitur, qui se uti parentem omnibus in rebus gerebat, filium tamen illum á se susceptum negabat, res enim & facta, verbis ac cuicunque nominationi sunt præferenda. *L. si instituta §. 1. de in offic. testam. L. si posthumus, §. fin. de lib. & postum.* Eliditur tamen & hæc ipsa præsumptio quoties cum validiori concurit, veluti quod quis dominatus sit, idem tamen ab alio educatus, cùm enim natalium causa proprietatem respiciat, educatio verò aut nominatio possessionem: *Dec. d. cap. per tuas n* 4. nemo ignorat proprietatem pluris quam possessionem esse æstimandam: *C cum dilectus, de causa pos. & proprie.* Quæ omnia, uti cæteris in rebus duo testes sufficiunt, *L. ubi n. de testib.* sic & ipsa duorum testimonio rectè probabuntur, traditum enim est, filiorum causam hac
9 sola authoritate optimè posse defendi. *Castr. L. errorem C. de test. Dec. consil.* 272.

CAPUT XXVI.

An illegitimi se ex certo patre natos probare. possint.

SUMMARIUM.

1 *Illegitimi sparsim geniti putantur Jure civili.*
2 *Hodie Jure Can. aluntur, & patrem ostendunt.*
3 *Quibus conjecturis eum agnoscant.*
4 *Natus ex muliere, quam quis sumptibus suis sustinet, an præsumatur ejus filius.*
5 *Quid si ex ea, quam quis sæpe cognovit.*
6 *Quid de eo, qui natus est domi ex ancilla.*

EXistimant multi, quæ cunque de filiis probandis legibus tradita sunt, ea ad justum tantùm & legitimos pertinere, aut ad eos quoque, quos leges non improbarunt, naturalesque appellati sunt: *Ang consil.* 191. *Jas.* 102. *in* 4. Reliquos enim adversus legum præcepta procreatos, illos idcircò auxilio destitutos ajunt, quod ij nullo certo parente, sed vulgò concepti existimantur, *L. vulgo de sta hom.* unde & Spurij, proprié nominari solent, *§. si adversus Instit. de nupt.* Quis autem eum ut filium velit asserere, quem lex non ex se, sed sparsim ex collectitio veluti semine genitum putet. Etenim si, ut diximus, hæc filiorum ipsa probatio Juris ut plurimum conjecturis nititur, quid ineptius esset, quam eo illum tueri præsidio, quod totum in ejus odium, & injuriam 1

natum, paratumque videatur? Jus enim contra hos omnia in deteriorem feré patrem intrepretatur, quomodo hi ergo ex regulis aut præſumptionibus Juris in hac re unquam poterunt adjuvari? Quæ igitur ſuprà de filiis probandis diſſeruimus, ea legitimorum tantùm propria, nec cum his quiſquam commune habere volunt. Sed hæc ego ſummo quidem Jure civili recepta crediderim, quo iſti omni humanitate indigni habentur, nec filii etiam nominantur: *Aut ex complexu.*
2 Abſunt hæc tamen loge ab æquitate Pontificia, quæ quanvis omnem complexum, uxorio uno excepto, damnet, non tamen inde natos, omnis prorſus cõmodi expertes eſſe patitur, quin cùm alimenta ſaltem eis hoc Jure debeantur: *C cum haberet in fi. de eoque dux. in matrim.* negare haud poſſumus, & in his illam filiorum quaſi poſſeſſionem eſſe
1 ſpectandam alioquin ſupervacanea hæc Juris Pontificis ſanctio redderetur: *Dec. ca. per tuas de prob. 1. col. Gozad. conſ. 13. n. 47. 55. Pariſ. conſ. 10. n. 35. in 2.* colligimuſque hoc apertè multis ex locis, ubi & ſpurii in quaſi poſſeſſionem conſtituuntur, & patrem certum videntur demonſtrare: *C. tranſmiſſ. qui fil ſunt legi c. Michael. & tot. tit. de fil. presb. Bald. d. l. vulgo.* Nos quoque ex variis Doctores reſponſis ſuperiori capite multa attulimus exempla, quæ ad illegitimum quem alicujus filium probandum, idoneo poſſint eſſe argumento:
3 *Anchar. conſ. 225. Alexan. 88. in 7. Corn. 1. in 3.* Adeo ut ea ferè omnia, quæ de legitimis filiis ſupra ſunt diſputata, & ad hos pertinere poſſe veriùs videatur. Si quis enim ab aliquo uti Spurius filius nominatus, enutritus, tractatuſque proponatur, atque ita de eo publicè homines ſentiant, quin hic ab illo deinde paternì officii Jure alendus ſit, minimé dubitandum eſt, cùm ex iis jus quodammodo filii adeptus videatur, quo ampliùs privari illum non decet. In eo tantũ hos fateor, quo ad hanc rem à legitimis differre, quod habent illi potiſſimam ſemper præſumptionem, quæ oritur ex contracto parentum matrimonio, ex qua neceſſariò ferè ſe filios ſemper probare ſolent, quanvis alia repugnarent indicia, *diximus ſupra c. 24.* Hi cùm ex matrimonio non ſint profecti, tali non poterunt auxilio uti contra parentes. Sed tamen, & alia pro his conjectura recepta eſt quæ vice illius ſit, quæ pro matrimonio facit in legitimorum favorem; traditum enim eſt, ſi quis mulierem quamcunque apud ſe conſuetudinis gratia domi propriæ alat, & retineat, partum inde editum illius ferrè ſemper judicandum. quamvis, & ab aliorum concubîtu illa interim non abſtinuiſſet, quod ad uxoris & concubinæ exemplum inductum eſt. *Abb. c. per tuas 1. col.* Hincque ſi quærat aliquis, an mulier quæ non eadem in domo cum aliquo degebat, ſed ejus ta- 4
men ſumptibus alio in loco ſuſtinebatur, filium ſuſceperit, cum ad eam illi uni tantûm viro, non cæteris liber aditus pateret, ipſa tamen furtim, & aliis jungi cõſueviſſet, ſitne pater ille potiús cenſendus, cujus ſtipendio mulier alebatur, an communis verò omnium partus, qui cum ea verſati aſſent, quaſi vulgo, & is cõceptus

ceptus. Reſponderem ego, illum filii parentem declarandum, in cujus manu mulier erat, cujuſque dominatu regebatur, quāvis, & aliis ſui copiam quandoque fecerit. *Dec. d. cap. per tuas in* 1. Introducta eſt enim hæc præſumptio ad matrimonii ſimilitudinem, in qua ſatis habet quis docere ſe domi ex viro, & uxore ſimul habitantibus natum, licet aliæ adverſentur conjecturæ. *L. miles. §. defuncto, de adulte.* Unde, & cúm hic arbitratu ſuo mulierem retineret, filios ſuſceptos ei adiudicabimus, quod, & is cum illa habitare diceretur, licet non omni temporis momento cum ea verſaretur, L. *ſi quis ita. de cond. & de mon.* & negotium hoc ſatis domi factum videatur, ex quo domicilij appelatio, & ad domum ſive conductam, ſive gratis aut hoſpitio receptam rectè refertur. L. *lex Corn. §. domum de injuriis.* Quòd ſi nihil de hac iſtius mulierem poteſtate appareat, ſeque non ei unitantum fœmina addictam eſſe voluerit, tunc ex eo quis aliquē ut filium agnoſcere cogendus non erit, quòd cum ea quandoque rem habere conſueverit. *Alber. in* L. *filium.* Nec enim veriſimile eſt, quæ alicujus libidini patere cœpit, eandem etiam non plurium virorum periculum facere voluiſſe, licet ipſa ex certo tantùm parente genitum aſſereret. *Alex. conſi.* 157. *in* 5. Sicuti nec is uti pater eo ſolo judicatur, quód ejus ancilla domi apud ſe filium pepererit. *Bald. d. L. filium. 2. col.* Si tamen probare ea poſſet, cum illo uno tantùm ſibi commercium interceſſiſſe, tũc filius omnino recipiendus videretur. *Alciat. reg.* 3. *præſump.* 37. Sed hoc ſanè manifeſtiſſimis eſſet rationibus demonſtrandum, cùm in dubio Doctores affirment, maximam eſſe pro mulierum libidine, & incontinentia ſuſpicionē, *Albe. d. l. filium. Dec. d. cap. per tuas Alex ſuprà d. conſ.* videaturque hæc rara avis, quæ unius tantûm viri conſuetudine contenta ſit. Quod, & ego in his quidem, quæ pudorem ſuum jam cœperint abjicere, maximê probo.

CAPUT XXVII.

In teſtamentis, an filii appellatione, naturalis contineatur.

SUMMARIUM.

1 *In conditionibus verba aliter quàm in diſpoſitionibus accipi.*
2 *Naturales nati in figura matrimonii cur olim ſubſtit. non excluderent, hodie ſecus. numer.* 5.
3 *In ſubſtitutionibus liberorum, ij cenſentur vocati, qui poſſunt ſuccedere ab inteſtato.*
4 *Intel. L. filius familiàs. §. cùm quis, de leg.* 1.
5 *Naturales in figura matrimon. cur. magis nomine filiorum veniant, quàm cæteri naturales.*
6 *Verba teſtatorum, ſecundum legis diſpoſitionem accipiuntur.*
7 *Ex teſtatoris voluntate, naturales ſubſtitutum excludunt,*

dūt, & quomodo ea agnoſcatur.

8 *Mulier gravata, ſi ſine liberis, an naturalibus ſuſceptis, extinguat conditionem.*

9 *Quando nomine filiorum veniant Spurii.*

CUm filius proprié is dicatur, qui ex viro, & uxore naſcitur, *L. filium. de his, q. ſuì ſunt.* dubitari ſolet, an eo nomine naturales quandoque comprehendantur. Quæ quæſtio, quoniam laté patet, ut quæ, & hominum actionibus, & legum conſtitutionibus, & aliis plurimis negotiis poſſit applicari. Ideò commodum eſſe duximus, eam in capita aliquot partiri, ac primó ab hominum actionibus exordiri, quæ in hac re poſſunt dupliciter conſiderari. Quod enim à nobis profertur, aut ad ultimam pertinet voluntatem, aut ad alium inter vivos actum. Primò igitur quomodo in teſtamentis, inde quemadmodum in contratibus hoc nomen accipiendum ſit, differemus, quibus poſtremò, quam in legib. vel ſtatutis interpretationem admittat, adjungemus. Solent igitur teſtatores duobus feré modis hoc filiorum nomine uti in teſtamentis, aut in conditionis vim, aut ſimplicis enunciationis, quæ quoniam inter ſe differunt, *Bartol. §. & quid ſi tantùm, col. 2. Imol. L. ex facto. §. ſi quis rogat. ad Trebel. colum.* 3. erunt, & ipſa ſeparatim quoque tractanda. Finge ergo teſtatorem ita dixiſſe, Titium inſtituo, & ſi ſine filiis deceſſerit, Cajum ſubſtituo. Quid ſi Titius naturales tantùm filios reliquerit, hos ne Cajum excludere dicemus? Ego omiſſis longiſſimis Doctorum in hac re controverſiis, *in d.* L. *ex facto. §. ſi quis rogatus. in c. in præſentia, de prob. in L. generaliter. §. cum autem C. de inſt. & ſub. ubi Ang. ait, non poſſe dari certam doctrinam.* quæ ſolæ per ſe juſtum volumen poſſunt occupare, tam multa ab his in hanc materiam fuerunt cumulata, aut verius implicata, *Pariſ. d. cap. in præſentia, per.* 29. *col. Alex. Rip. latiſſime. d. §. ſi quis rogatus*, diſtinguendum cenſeo vetus Digeſtorum jus anoviſſimis Imp. conſtitutionibus. Si enim ſecundū priſca tempora loquamur, credo ſub 2
ea conditione olim nunquam naturales filios ſive ex ſervili contubernio, ſive ex concubinatu fuiſſe comprehenſos. Cujus rei argumento ſunt leges quàmplures, in quibus cùm de filio fit mentio, naturales tamen ſub matrimonii ſpecie natos, qui cæteris favorabiliores eſſe ſolent, *diximus ſuprà c.* 14. non aliter contineri volunt, niſi ea fuerit, manifeſta teſtantis voluntas. *L. ſi. de Jur. de lib. cum pater. §. volo, de leg.* 2. *d. L. ex facto §. ſi quis rogatus* Ut cúm hinc videamus, ab his tunc tantum excludi ſubſtitutos, cùm ita teſtator declaravit, jam inde apertum ſit, in reliquis quibuſcunque caſibus ſecus dicendum regulamque in contrarium potiús ſtatuendam. Hoc autem ego tunc ita factum exiſtimarem, 3
propterea quod abinteſtato ijs nihil eo tempore conſequebantur. *Aut. quib. mod nat. ſui. princ.* at veró in ſubſtitutionibus cùm liberorum fit mentio, hi regulariter tantùm vocati cenſentur, qui ſubſtitutos ob legitimam ſucceſſionē valeant excludere. *Soc. L. cùm avus, de cond & demon. num.* 65. *verſ. mihi videtur Tiraquel. L. ſi unquam. C. de revoc. donat. verſ.*

ſuſ.

1

ſuſceperit liberos. nu. 86. Receptum etenim communiter illud eſt, conditionem illam, ſi ſine liberis, filiorum ipſorum favore appoſitam ſemper eſſe, *Alex. conſi.* 109. & 185. *in* 2. *Curt. conſ.* 46. tametſi ex teſtamento iis quidem verbis non vocentur, eis tamen jus ab inteſtato ſuccedendi, unde ſubſtitutos excludant, ſit reſervatum, *L. Lucius. cum Gloſ. in fin comuniter pba. de hær. inſti. Dec. L.* 1. *C. de pa. num.* 25. quo fit, ut in his conditionibus neceſſariò de iis tantúm filii ſit intelligendum, qui ab inteſtato valeant hæredes eſſe, *arg. d. gloſ. in* L. *Lucius, Zuchar. L.* 1. *C. de pact. num.* 70. niſi fortè aut teſtatoris, aut facto ipſorum proprio excludantur *Bar. L. filiusfam. §. cum quis in fi. de leg.* alioquin ſi lege prohibente non poſſent ſuccedere, tunc nec favorabilis conditio illis unquam haberetur, nec directè filii dicerentur, cùm legitimi ab inteſtato non eſſent ſucceſſores, quod proprium filiorum eſt. L. *ſi mater. C. de ſuis & le.* & §. 1. *Juſt. de hær. quæ abinteſt.* Credoque abſque ullo ſcrupulo hanc Martiani ſententiam in quodam reſponſo extitiſſe: L. *filiusfam. §. cum quis de leg.* 1. *& ibi diſti Bart. circa fi.*
4 *convenit oponi, noſtræ* dum de tali conditione loquitur, quamvis ibi Accurſius filios eos quoque in hac conditione contineri dixerit, qui ex teſtamento tantum capaces ſint licet abinteſtato non admittantur, quod ſanè adverſus reſponſi illius mentem arbitror, tum rationib. ſupra dictis, *Cl. d. L. Lucius Soz. d L. cùm avus n.* 65. tum quia verbum, hæres. *De quo in d. §. cum quis*, in dubio de eo accipitur, qui ab inteſtato vocatur: *Bart. d. L.* 3. §. *de illo pro ſocio.* Concludo itaque filios in conditionibus eos comprehendi tantùm, qui ab inteſtato ſuccedere apti ſint (exceptis adoptivis liberis, quorum gratia fideicommiſſo facilè fraus fieri poſſet, *L. fideicommiſſ. de cond. & demon. Dec. conſ.* 399. & paucis aliis caſibus, quos infrà attingemus) hacque ratione olim ad naturales filios talem conditionem non pertinuiſſe, quod hi ab inteſtato legibus non agnoſcerentur. *Aut. quib. mod. nat. ſui. in princ.* Hodie verò cùm nati in ſervili conſortio, cum primum ad libertatem pervenerint, á Juſtiniano æqué ac legitimi fuerint approbati: *Inſtit. de ſerv. cogn. in princip.* crediderim in his Jure optimo omnia ac in juſtis filiis eſſe obſervanda, ab hiſque, & fideicommiſſum extingui. *Arg. L.* 1. §. *lex. falcidia. ad L. Falc.* Naturales autem cæteros ex concubinis natos, quis ab inteſtato in duabus unciis ſuccedunt. *Aut. th. licet. C. de nat. lib.* pro eadem etiam portione, & ſubſtitutum ſemper excludere, quoniam quo ad hanc tantum partem, ubi quis de his aliter expreſſè non ſtatuit, eos liberorum loco lex habet, *facit* L. *fi. C. de confir. tut.* juſque novum ita ad illos extendi debet, *d.* §. *lex Falcidia.* Cùm enim in ſubſtitutionibus de his ſemper actum cenſeatur, qui gravato poſſint hæredes eſſe, *d. L. filiusfam.* §. *cum quis* jam ſequitur, ut pro qua portione, eos ut filios lex agnovit, ad eandem teſtator illos vocare voluiſſe exiſtimetur. *d. L. hæredes mei.* §. *cum ita. & Soz d L cùm avus numer.* 65. Ateque ideò quod objiciebat Decius, *in c. in præſentia. n* 31.

5

in

in conditionibus verba veré, & propriè accipienda, *L. qui hæredi. de cond. & demoſt.* nec naturales verè filios eſſe, *d. L. filium, d. his qui ſui.* ſatis ex hoc tollitur, quód hujuſce portionis ratione, & hi filii habeantur ex legis conſtitutione, ad cujus normam, cùm, & teſtator omnia ſua negotia dirigere præſumatur, *Bar. L. ut juſſjurandi. §. 1. de ope. lib.* propterea illius mentem, & in his conditionibus verborum anteponimus proprietati. *L in conditionibus, de cond. & demon.* Hanc quidem diſtinctionem ſi ſequamur, quam ego doctiſſimo Præceptori meo Auguſtino Beroo placuiſſe ſcio, *in c in præſentia*, ita, & Bartolum Panormitano, quos inter ſe acriter diſſidere ferunt, licebit conciliare, ut alterum ex priſcis legibus, quæ naturales ab inteſtato non admittebant, alterum ſecundum jus noviſſimum loquutum dicamus. *Bartol. d. §. ſi quis rogatus. num. 2. Abb. c. in præſent. n. 22.*

Sunt tamen hæc in teſtatorum conditionibus, de quibus agimus, non legum accipienda, quæ juſtam ſobolem ſemper exquirunt, atque à teſtantium verbis longé diverſæ ſunt. *L. generaliter. §. cum autem. Cod. de inſt. & ſubſtit. ubi Jaſ. num. 6. ait hanc communem ſol. & Alexan. d. §. ſi quis rog. nu. 1. 12. Sozin. dect. L.*
7 *cum avus num. 61. 65.* Et teſtatorum etiam quotiens eorum mens non eliter expreſſa fuit, aliquin dubium non eſt, & vulgares hoſce naturales, & olim, & hodie ſubſtituti potiores haberi potuiſſe, ſi ita defunctus voluiſſet. Cujus mens ex eo deprehendi ſolet, ſi illum gravavit, qui non niſi naturales filios poterat ſuſcipere. L. *hæred. §. ſi ad Trebl.* Cùm enim de facto tantúm impleri poſſit hæc conditio, æquè jam videtur, ac ſi veré, & propriè fuiſſet obſervata, *arg.* L. *pe. C. de cond. inſt.* cùm verba ſecundum ejus conditionem ſint intelligenda, in quem conferuntur. L. *plenum. §. equitii, de uſu & hab.* Idem & ſi de iis in alia parte teſtamenti mentionem feciſſet, cum aliquo eorum commodo, & honere, L. *q. filiabus.* L. *ſi ſervus plurium. §. ſi ae leg. 1. Bart. d.* L. *ſi quis rogatus*, aut eo in loco Municipalis lex, naturales æquè ac legitimos ad ſucceſſionem vocaret, *Bart.* L. *hær. §. 1. ad Treb. Alexan. d. §. ſi quis rog. num. 10.* aut teſtator ipſe naturalii eſſet, quis probabiliter ejuſmodi ſobolem non debuit contemnere. *Dec. d. c. in præſent. n. 36.* aut ſi genere, & dignitate inſignis quiſpiam infimum aliquem, & obſcurum hominem per fideicōmiſſum ſubſtituiſſet. Sat enim ex eo conſtat non eſſe ſibi humiles abjectaſque 8
perſonas, idcircò odioſas, quód longé á ſua ipſius ſanguinis claritate abſint. *Ripa. d. §. ſi quis rog. n. 16.* Atque hæc ita in filiis maſculis gravatis communiter ſunt recepta, ſecus in fœminis traditum eſt, *Bart. d.* L. *hæred. §. fin. Abb. cap. in præſentia num. 21.* quorum naturales filios, veriſimile vix unquam eſt á teſtatore vocatos, cùm abſque turpi pudicitiæ nota ſuſcipinequeant, in mulieribuſque maior quám in viris, vitæ honeſtas ac caſtitas requitur. *Gl.* L. *palam. §. qui in adult. de ric. nupt.* Sed ego cùm ſupra docuerim ex Scævolæ regula, quoſcunque aptos ab inteſtato ſuccedere, eosdem, & conditionem illam extinguere, d. L. fili-

filius fam. §. cum quis secundum verum intel. adduci non possum ut credam, naturales filios matri nihil prodesse, cùm ei legitimi semper hæredes existant. *§. vulgo Instit. de succe. cogn.* Etnim si lex concubinatum permittit, & naturales filios sic matris justos successores probat, ut & si illustris fuerit, adhuc tamen illi dedecus non putet, quos simul eũ legitimis filiis hæredes habeat. L. *pen. C. de Orfic.* Quid probabilius est, quam testatorẽ ad hanc legis constitutionem se tacité conformasse? L. *hæredes mei. §. cum ita ad Trebel. ubi Bart. Alex.* Quæ enim ex hac matris ignominia oritur, si lex eos quam maximè fovet? Immo cùm filii spurii ejus qui fideicommisso gravatus est, nunquam substitutum excludant, eó quod filii non possunt appellari: *Bart. §. siquis rogatus num. 4.* acrederem ego si fœminæ hoc fideicommissum sit injunctum, quæ spurios non tamen ex damnato coitu genuerit, ab iis etiam secundum Justiniani distinctionem, *d. L. pen. C ad Orfic.* substitutum posse excludi, & hoc casu tantũ
9 ratione scilicet matris filii nomẽ etiam in spuriis admittetur. Sed æquius in hac re fortasse fuerit, ad Imo, & Alex distinctionem recurrere. *Imo Alex. d. §. si quis rogatus n. 7* ut fœminæ conditionem consideremus, que fideicommisso gravata est, essetne testatoris filia aut extranea, ut si filia, sane ex præsumpta patris mente naturales minimé vocati censeantur: sin extranea, tunc supradictæ nostræ sententiæ sit locus. Quod & aliis rationibus non ineptè à recentioribus confirmatum est. *Paris d. c, in præsentia de proba. n. 53. 54.*

CAPUT XXVIII.

Quomodo accipiatur conditio. Si sine liberis ei injuncta, qui religionem profitetur.

SUMMARIUM.

1 *Gravatus, si sine lib. intelligitur de iis quos habere potest.*
2 *Natus ex religioso, servus efficitur paternæ ecclesiæ.*
3 *An ullo casu possint religiosi filios justos quærere.*
4 *Quando dicatur impossib. quod pendet à voluntate Principis.*
5 *An ecclesia sit loco filii.*
6 *Clericus potest filios adoptare, & n. sequ.*
7 *Filii adoptivi non excludunt substitutum.*
8 *Conditio, si decesserit sine lib. an sit duplex, vel simplex.*
9 *Conditio necessaria quæ dicatur, & quomodo impleatur.*

MAior in ea specie cadit dubitatio, cum quis sacris initiatus hæres institutus est, gravatusque idem, si sine liberis decesserit, hæreditatem alii restituere. Cum enim suprà statuerimus, conditionem hanc plerumque naturales filios complecti ex testatoris voluntate, propterea quæstio nunc est, an de spuriis verisimile sit eum sensisse his verbis eo quod is qui religioni nomẽ dedit, illegitimos tantũ, non amplius justos filios possit procreare 1
conditio autem à testatore de his

filiis

filiis utique accipi ſoleat, quos gravatus gignere aptus erat: *L. hære §. fi. ad Treb.* Quam ſententiam Ang. fuiſſe literis proditum eſt: *Ang. L. ſi quis poſthumos de li. & poſth.* Mihi tamen ea nunquam placuit, cum filiorum nomen ſpuriis nequaquam conveniat: *Aut. ex complexu.* nec in illis, conditio ea, ſi ſine lib. unquam impleatur: *Bart. d. §. ſi quis roga. Dec. c. in præſent. n.* 33. nec credendum ſit, de tam nefaria prole á defuncto cogitatum, quam ſuſcepiſſe, ſummum eſſet illi clerico dedecus, ſummaque ignominia, *tot. ti. de eo hab. cle. & ti. de fil presby.* cúm & filii hujuſmodi, ſervi ejuſdem eccleſiæ, cui pater miniſtrabat, perpetuò eſſe teneatur *c. cum multæ.* 15. *q. ult.* quanvis conſuetu-
2 do hodie aliter obſervet: *Gloſ. d. c. cum multæ Abb. c.* 1. *in fin. de tre & pac. Fab. §. ſervitus Inſt de jur. perſ.* præſertimque cúm alias admittant hæc verba interpretationes: *reſponſio ad l. hæredi §. fin.* & longé honeſtiores, quibus in dubio hærendum eſt *arg. l ſi cui de ſervit.* Dixerunt alii, *Ripa d. §. ſi quis n.* 19. de veris, & propriis filiis hanc conditionem intelligendam, nec à verborum proprietate recedendum, poſſe
3 enim & eum qui religionem profiteatur, legitimos acquirere filios, ſive ex probabili quodam matrimonio, quod putativum dicitur: *C. 2. c. ex tenore, qui fil. ſint leg.* ſive ex ſummi Pontif. indulgentia, qui eum legibus ſolvat, ac jus illi connubii permittat. *Gloſ. c. de illo* 32. *diſt &c. cùm olim, ubi Ab. de cle. con.* Etſi fortaſſe dicat quis, id impoſſibile
1 in Jure haberi, proptereaque non conſiderandum, cum Pontificis conſenſus ſit expectandus. *L. apud. Julianum §. fin. de leg.* 1. Reſpondens illi, quod ſicuti Spurii inſtitutio collata in id tempus, quo is natalibus reſtitutus fuerit, valida eſſe cenſetur: *Ang. Imo l. illa. Inſtitu. de hær. Inſtit.* quanvis hæc reſtitutio ſolius Principis authoritate fiat: *L.* 1. *de nat. reſt. Bart* L. *non ambigitur, in fi. de legib.* ſic & volunt eam conditionē hunc ſenſum rectè poſſe admittere, & ſi ad eam implendam ſupremi Principis venia ſit neceſſaria. Sed mihi nec iſta probantur, cum eiqui divino cultui ſe jam dedit, nunquam aut perrarò, ideque ex graviſſima aliqua cauſa jus matrimonii Pontifex ſoleat permittere: *Ca. cum ad monaſterium, in fin. de ſtamon. c. ſemel deo, de reg. ju. in* 6. *ubi* 10. *Andr. & alii.* Quæ verò adeò difficilia ſunt, ut à Principe impetrentur, ea & impoſſibilia utique ſolent in Jure exiſtimari. *d. L. apud Julianum §. fin. Bart. l ſi C. de ſent. paſ. cō.* 2. At quod impoſſibile eſt, id & nullum eſt: *L. impoſſibilium de reg. jur.* Non ita quidem *reſponſio ad d.* L. *in tempus. de hare. inſt.* & cætera omnia ſunt quæcunque á Principe peti neceſſe eſt, multa ſunt enim in quibus permittendis, ſatis eum benignum regulariter ſolemus experiri, veluti in natalium reſtitutione plurimis in caſibus, ut vulgò conſtat: *Auth. quib. mod. nat. eff. leg. Doct. ca. per venerabilem & in §. & quid ſi tantum* & ideò quanvis ſpecialem ejus juſſum exigant, non tamen impoſſibilia cenſentur, cùm hæc ſæpé concedi conſueverint: *Caſt. Aret.* L. *continus. §. cum quis. de verb. oblig. arg.* L. 1. *§. permittitur de aq. quot. eſt.* Cùm igitur quantum

tum vel ad matrimonii leges violandas, vel perſonis minimé ideoneis concedendas attinet, hoc totum difficilimum negotiũ id eſt, impoſſibile dicatur: *Abb. c. ſuper eo. de cond. ap. &c. cum ad monaſterium, deſta. mon.* non crederem conditionem illam, ſi ſine lib. ad hunc caſum trahendam inter quem & natalium reſtitutionem multum intereſt, ut modò dixi, & quidam quoque ſimili feré exemplo adnotarunt: *Jaſ. L. apud Julianum §. fin. n. 16. de leg.* 1. Quod autem de putativo matrimonio dictum eſt, non poteſt id huic facto ulla ratione cõvenire, cùm juſtus nullus error patrem clericum queat excuſare, qui cõditionis ſuæ ſatis erat ignarus, & prudens, *arg.* L. *ſi. pro uo L. quanque ad velleian.* in huuſmodi verò matrimonio error, & maximè probabilis neceſſarius eſſe ſoleat. *C. fin. §. 1. de cland. deſpon. Abb. ca. 2. qui fil. legit.* 5 Bartolus verò credit *Bar.* L. *hæredibus §. ſi ad Trebell.* hanc cõditionem in iis filiis intelligendam, quos loco juſtorum liberorum lex habet, ſcilicet in eccleſia, quæ inſtar filii eſt, cùm quis ei ſe dicavit: §. *ſed & hæc præſenti. Aut. de ſanct. epiſt. ca. in præſentis, de prob.* quam opinionem plurimi deinde ſecuti ſunt. *Alex.* L. *ſi quis poſthumos n.* 8 *Paríſ. cum multis, ca. in præſentia, n.* 47. Sed & de hac Dec. dubitavit, *d. c. in præſentia num.* 32. ego quoque ſubſiſto. Inprimis, quia verum id non eſt eccleſiam eſſe loco filii, nam, & ſi ita vulgo prædicetur, apud eruditos tamen hoc nunquam receptum eſt: *Bart. Auth. niſi C. ad Trebel. Bald. d. l. filium de his qui ſui ſunt Fel. ca. in præſentia n.* 74. Deinde quia cùm teſtatoris verba ſub conditione ſint prolata, videntur ea ſecundum conditionis naturam interpretanda, quæ rem incertam ſignificat, à futuroque eventu pendentem. *Barto. L.* 1. 6 *in princ. de condi. & demonſt.* Aſt qui religioni ſe devovit, certus eſt omninó de ſtatus ſui fine, cum ille inſtitutum vitæ curſum nequeat deſerere, *cap. ſemel Deo de regul. jur.* 6. eccleſiaque ipſa nũquam moriatur. *c. liberti.* 2 12. *q.* 2. Quarta fuit in hacque opinio, *Bal. Imol. Alexan. ſi quis poſth. de lib. & poſt arg. illius l* ut filiis legitimi tantum, hoc eſt, adoptivi excludant ſubſtitutum enim clericis vidètur interdictum tales ſibi filios aſſumere. *L. ſi pater §. fin. de adopt. Abb. cap.* 1. *de cogn. leg.* Immò cùm non alios niſi hos honeſté filios habere poſſint, volunt hanc proculdubiò voluntatem teſtantis extitiſſe, *arg. L.* 2. *de lib. & poſt.* & L. *ſi quando, de leg.* 1. ut ob hos legitimos filios deficiat fideicómmiſſum. Sed ego nec hoc ſequor: video enim generaliter id conſtitutum, ne hi adoptivi contra ſubſtitutum admittantur: *L ſi ita quis § fin de leg.* 2. puto, quia fideicomiſſo facilè fraus fieri poſſet. L *fideicommiſſum de cond. & demon. Dec. conſ.* 399. quæ quidem ſuſpicionis ratio eó rectiùs hïc quoque cadit, quo faciliùs huic multo erat quam cæteris filios adoptare, cùm ſciret is ſe non alios juſtos liberos habere poſſe. *arg d.* L. *ſi pater §. fin. de adopt.* Reſponſumque id quod ab eis in hanc rem adducitur, *dict.* L. *ſiquis poſthumos* aliũ & longe à præſenti diverſum caſum reſpicit: *Ripa d. §. ſiquis n.* 35. dubitoque id etiam, an qui ad ſacros ordines adſciti ſunt, poſſint

ſint ampliùs liberis vel legitimis tantum operam dare, *arg. c.* 1. *neclet. vel mon. Port Inſt. ae adep. n.*5. Ultimam quinto loco ſententiam proditam reperio, quæ Auguſti. Beroi præceptoris clariſſimi fuit *in c. in præſentia pa.* 103. Ut cum hæc conditio duas habet partes. Si deceſſerit, & ſine liberis, valeat eatenus, quatenus impleri poteſt. L. *qui dotem de dot. præle.* Et ita quo ad alia verba, ſi deceſſerit, extet utique conditio, tunc cum morietur: Quo ad illa verò, ſi ſine liberis, quia hoc impoſſibile eſt, non adiecta potius habeatur, ne quod utile, per inutile vitietur. *C. utile, de regu. jur in 6.* Qua ex re concludit intelligi hunc clericũ gravatum poſt mortem ſtatim hæreditatem reſtituere, nec quicquam illa verba. Si ſine liberis, aut obeſſe, aut prodeſſe. Ego verò nec præceptori in hac re omninó ſubſcribo: eſt enim unica tota illa conditio, cum ea qualitate: *Bart.* L. *Aurelius* §. *idem quæſit. de liber lega in fi* ſi ſine liberis, propterea nec ſcindi poteſt, quia detracta qualitate conditioni ſatisfactum non intelligitur. L. *Titius de mil. teſt. l.* 2 *de aur. & arg. le. Bart.* L. *ex facto. de vulg. & puco* 2. Quin cum hãc conditionem ſimplicem eſſe fateatur, fieri non poteſt, ut eam in illis tantum verbis accipiamus. Si deceſſerit, certum eſt enim eum omninò moriturum, L. 1. *de cond & demon.* at conditiones incertæ eſſe debent, in futurumque tempus collatæ: L *itaque ſi cer. pet Bart.* Jam nos quid dicemus? Ipſe hanc quæſtionem ex Bartoli verbis decidi poſſe arbitror, qui hujuſmodi conditiones neceſſarias vocat, & pro puris haberi inquit. *Bart. L.* 1. *in princ. de cond. inſt.* Videtur enim in hoc facto quid ſimile fuiſſe expreſſum à teſtatore, ut clericus ille, ſi liberam vult hæreditatem, cogatur filios quoque ſuſcipere, & ſi non ſuſceperit, veluti pœnæ nomine eam alii reſtituere teneatur Sed prior conditio, Jure utique impoſſibilis eſt, adverſus clericorum honeſtatem, votum & bonos mores; *arg. L. filius de cond. inſt.* ergo alia quæ priori eſt contraria, ſcilicet ſi non ſuſceperit liberos, neceſſaria dicetur, cum neceſſarium dicetur, cùm neceſſarium id ſit, cujus contrarium eſt impoſſibile. *Bald. L. non quicquid. de judic.* Cûm verò quælibet neceſſaria conditio pro pura habeatur, *L. ſi. pupilus* §. *ſub. conditione de novat.* ſic ſequetur etiam, ut clericus hic pure poſt mortem reſtituere hæreditatem gravatus ſit, ut Bartolus ipſemet declavit: *Bart. d. L.* 1. *de cond. inſt.* nec multum à præcedenti Præceptoris diſtat opinione. Quæ tamen intelligenda ſunt, ubi non ante alios legitimos legitimatos filios clericus habuiſſet, ii enim ſemper ſubſtitutum excluderent. *Doct. d. L. ſi quis poſthumos.* 9

CAPUT XXIX.

Filii in teſtamento purè nominati, an de naturalibus intelligantur.

SUMMARIUM.

1 *Ubi adſunt legitimi, naturales filiorum nomine non veniunt.*

2 *Quid ſi deinde legitimi decedant.*

3 *Pro-*

3 *Probabilior est erga legitimos, quam naturales filios affectio.*

4 *Media tempora haredi rectè instituto non nocent.*

5 *Sermon in futurum prolatus, ad tempus evenientis conditionis, non dispositionis refertur.*

6 *Substitutio compend. quandoque vulgaris, aut pupil. an fideicom. fingitur.*

7 *Filii vocati quì nondum nati sunt, videntur sub condtione, si nascentur.*

8 *Intell. l. placet. de lib. & posth.*

9 *An sit differentia inter verbũ liberos, & filios.*

SEquitur quotiens de filiis testator mentionem facit, de iis quid simpliciter statuendo, ut si bona aliquot se filus suis relinquere dixerit, aut simili modo filios purè in testamento nominaverit, tunc enim si quærimus, an eo nomine, & de naturalibus senserit, longe aliter quidem, quam in præcedenti capite existimo statuendum, cûm multum interfit, quo ad vim verborum, sitne oratio purè, an sub conditione prolata. *Bartol. §. & quid si tantum. Alexan. d. §. si quis nu.* 15. 16. Nunc igitur ego multipliciter distinguendum, varioſque casus considerandos putarem.

Primus sit, cum testator filiis suis aliquid se puré relinquere dicit, adsuntque illi nedum naturales, sed & justi filii. Et credo ego naturales tunc eo nomine
1 non contineri, quin à legitimis excludi tum quia verborum proprietati hæredum est, quæ natos tantum ex matrimonio filios vocat: *L. filium de his qui sui sunt. L. 2. §. legitimos de exetut.* tum quia naturales extantibus legitimis, veluti extranei ab intestato habentur: *Auth licet C. de nat. lib.* ideo nec eos cum aliis simul admitti æquum est, *arg. no. pet. Bart. L. ut jusiurandi §. si liberi. n. 5. in fin de ope. liber.*

Secundus sit, ubi tempore testamenti extarent liberi, alli justi, alii naturales post vero ante aditam hæreditatem legitimi decessissent, naturalesque dein solum supercssent. Puto & hoc casu naturales non succesſuros, eò quod cum semel testator de veris filiis senserit, amplius ab hac ejus concepta significatione discedendum non videtur, cum præsertim sermo illius puré prolatus ad tempus testamenti non mortis referri soleat: *L. si ita, de auro & arg. L. si §. 1. de leg. 2. Dec. in sum. cons. 95. col. 4.* & quia cum naturales initiò ex mente testatoris non comprehenderentur, quãvis post legitimi sublati sint, nunquam tamen naturales vocati intelligi possunt, *arg. L. quod initio, de reg. jur. L. qui res. §. aream, de solu.* cùm & voluntas mutata præsumatur, nisi quis hanc de naturalibus interpretationem admittat, ut ita actus potiûs sustineatur, *L. quotiens, de reb. dub.* quod tamen durum est. 2

Tertius sit, quando dum testamentum fieret, nulli legitimi aderant, sed natureles tantum, post verò antequam fato fungeretur, & legitimos procereavit. Adhuc existimo naturales non admitti, etsi initio de iis forte testator potuerit cogitare, conjectura enim paternæ voluntatis hoc suadet, ut si dum testabatur, filios se veros habiturum existimasset, iis plane bona sua fuis- 3

 set

set relicturus: *L. Titius §. Lucius, de libe. & posthu.* verosimileque est satis, si de hac re interrogatus fuisset, cum ita utique respondorúm: *Glos.* L. *tale. §. fin. de pact.* cúm desideria morientium ex arbitrio vivëtium colligamus *L. quoniam C. de nat. lib.* Videmusque in multis similibus exemplis, agnoscentibus novis liberis voluntatem testatoris mutatam, semper à lege præsumi: L. *si unquam C. de revoc. de Bart.* L. *Tisia §. Imp de leg.* 2.

Quartus sit, cum testamenti tempore naturales tantum extabant, post verò & legitimi procreati ab eo sunt, qui tamen, & ante aditam hæreditatem periere, ita ut naturales adhuc soli supersint. Sentio omninó naturales hoc casu succesturus: *arg. posthumus, in princip. de injust. rup. test.* nihil enim iis impedimento legitimorum natales esse debuerunt, ex quo moriente patre, ipsi antea è vita cesserant, nec media tempora hæredi rectè instituto quicquam nocere solent: L. *si alienum, in fin. de hær. inst.* & L. *sed. & si §. solemus ff. eod.* adest præterea mens testatoris, qui de his initió sensit, ut mox dicam. 4

Quintus sit, cùm nulli legitimi unquam nati sunt, testatorque filios puré nominavit, cùm naturales tantùm haberet, qui jam in lucem prodiebant. Credo proculdubiò tunc naturales ab eo vocatos intelligi: L. *Lucius §. si de leg.* 2. & *arg.* L. *hære §. fin. ad Treb.* & L. *quib. dieb. §. dominus de condit.* & *demon.* cum verisimile sit de his eum sensisse, quos præ oculis habeat: *Glos.* L. *plenum, §. equitii, ver. sensisse de usu.* & *hab. Rip. §. si quis rogatus n.* 12. & ubi sermo dispositivé, ut dicunt Doctores, prolatus est, in eo latior multó, & benignior, quam ubi sub conditione fiat interpretatio; *Bart. Alex. §. & quid si tantum.*

Sextus, cùm testamenti tempore naturales tantum aderant, sermo tamen testatoris, de filiis dispositivè loquens, refert se non ad præsens, sed futurum tempus. Exempli causa, si velit filios suos in certis bonis succedere post mortem alicujus, aut eueniente aliqua conditione. Puto hic, quando casus ille extiterit, si & alii justi liberi nati erunt, tunc naturales ab iis sane excludi, eò quod quotiens in futurum ventum confertur oratio, tempus evenientis conditionis non dispositionis attendatur: *Alex. cons. 26. in fi. vol. 3. & 12. in 4. Deci. cons. 253. consi. & 229. n* 8. Et quia probabilis hæc est mens testatoris, ut & modò attingimus, *in 3. casu.* Quod si eveniente cõditione soli adhuc naturales existant, qui & tempore testamenti nati erant, non dubito, tunc ad eos bona pertinere, *ut in præced. casu*, atque ita testatoris voluntas, de quibusdam filiis senserit, a futuro eventu declarationem sumet, *arg.* L. *sed & si quis §. interdum, de usufr.* prout de compendiosa dicitur substitutione, quæ secundum varios casus nunc fideicommissaria, nunc vulgaris, nuc pupillaris, usque initio fuisse fingitur, *Bart.* L. *centurio col.* 3. quod & in pupillari tacita, quæ sub expressa continetur, cùm mater posteá de medio sublata est, dici solet: *Bald.* L. *fi. C. de inst. & sub.* 5 6

Ultimus sit, cum testator filios pure nominavit, tunc tamen

men filii adhuc nulli nati erant; Ut quia Titium instituit, gravavitque; eundem, post mortem filiis suis hæreditatem restituere, qui Titius liberos tunc nullos habebat, sed deinde naturales tantum, non legitimos suscepit. Mihi videntur hoc casu naturales minimè vocari, *arg.* L. *generaliter* §. *cùm autem C. de instit. & substit.* quoniam hæc verba ad conditionem magis quam simplicem dis-
7 positionem referuntur, si quidem tacitè sub intelligitur, ut filius restituatur si quos habuerit; L. *interdum, de verb. oblig.* quocirca cum de conditione agamus, succedit regula, ut naturales filiorum nomine non contineantur, nisi secus de voluntate te-
8 stantis appareat. L. *cùm pater.* §. *volo de leg.* 3. L *fin. de jur. delib.* Atq; ita Ulpiani legem interpretor, qui in posthumi institutione, posthumum tantum ex uxore vocatum dixit: L. *placet de libe. & posth.* quoniam & hæc institutio sub conditione est, scilicet si posthumus nascetur, L. 1. *in fin. de cond. & demon.* ast in cõditionibus verborum proprietas maximè solet attendi. L. *qui hæredi* L *Mævius de cond. & demonst.* Ex quibus patet, quantum Imolensis uterque, & reliqui sint decepti, *Imo Alex. d.* §. *si quis rog. n.* 16. *Jas. d.* L. *placet n.* 17. qui in
9 solvenda hac Antinomia tantoperé insudarunt, unde materiam hanc in innumeras, & illas obscuras sectiones distinxere. Non omitto, quod Panormita, & cæteri tradidere, *Abb. ca. in præsentia n.* 22. *Doct. d.* §. *si quis rogatus*, si testator liberorum verbo usus fuerit, nunquam naturales venire, eo quod liberorum verbum juris sit, non naturæ, L. *liberorum de Verb. sign.* at verò filius ad naturales aptius referatur. L. *tutelas de cap. dimi.* Ipse tamẽ id vix ausim probare, cum hæc tam subtilis differentia legibus recepta non videatur, animadvertamusque utrumque verbũ etiam in materia promiscué plerunque capi, & qui modo liberi dicti sunt, eosdem statim filios vocari: L. L*ucius. in fin. de leg.* 2. & *d.* §. *si quis rogatus.* Deinde si liberorum nomen sub se filios, nepotes, pronepotes, veluti genus complectirur, *d.* L. *liberorum.* Sané sicuti filios naturales dici certum est, ut & ipsi fatentur, sic igitur, & liberos eodem sensu accipi posse necesse erit, nam cui speciei nomen convenit, eidem, & proprié generis vocabulum aptum esse debet, cum genus de eo omni prædicetur; ad quod & species pertinet. L. *semper in generalib. ubi Dec. de regul. jur. Bart. Rub. solu. matrim.* Utuntur tamen hoc liberorum vocabulo authores sæpè pro justis tantum filiis. Quintil. L*ib.* 3. *c.* 8. Nisi forte & hic finitionem movet, an liberi sint etiam non legitimi. Et Catullus loquens ad Hymenæum:

Nulla quit sine te domus

L*iberos dare, nec parens,*

Stirpe dicter.

CAPUT

CAPUT XXX.

Emphyteosis Titio, & filiis concessa, an ad naturales pertineat.

SUMMARIUM.

1 *An filiorum appellatione contineantur fœminæ ex proprietate verborum.*
2 *In contractibus nomine filiorum veniunt naturales jam nati, nisi ut n. 6. & seqq.*
3 *Naturales quandoque succedunt in feudo.*
4 *Alteri quando liceat stipulari.*
5 *Stipulatio pro se, & filiis intelligitur ordine successivo.*
6 *Naturales nondum nati, non veniuntur nomine filiorum.*
7 *Fœmina naturalibus, & quandoque spuriis aquirit emphyteosin.*
8 *Extantibus legitimis, naturales excluduntur.*
9 *Naturales ad feuda non admittuntur, & quare.*

QUid verò in contractibus, an filiorum verbum etiam ad naturalees extendemus? Finge, stipulatus quis est emphyteosim sibi, & filiis? Utrumne naturales his verbis comprehendentur? Negant Angelus, Decius, & quidam alii: *Ang* L. *generaliter* §. *cùm autem Bald.* L. *filium, de his que sui Dec. ca. in præsentia n.* 40. tum quia in contractibus verba strictè, & propriè accipi debent, L. *Quicquid astringendæ deverb. obl.* naturalis autem propriè non est filius, L. *filium, de his qui sunt.* tum quia in dubio verba semper contra stipulantem interpretamur, qui legem potuit apertiùs conscribere. L. *veterib. dépact.* Exemplo illud est, & maximé simili, quòd cum appellatione filii, & fœminæ quoque comprehendi regulariter soleant, *L. si quis ita de test. tu. L. si ita scriptum de leg.* 2. emphytheosis tamen, & filiis concessa, ad fœminas non dicitur pertinere, *Arch. cap. si quis suadente* 17. *q.* 4. *Rom. cons.* 35. *Alex.* 61. *in* 1. eò quòd vocabulum id filii, illas non adeò proprio sensu, sed vi magis extensionis complectatur, L. *pronuntiatio, in prin. de verb. sign. L. quisquis* §. 1. & §. *filias. C. ad L. Jul. ma.* quantò ergo magis, & naturales his verbis excludi debebunt? Quam sententiam quandoque, & Bartolus ea ratione comprobavit, *Bart. d.* §. *si quis rogatus.* quòd scilicet pater iis, cùm extranei sint, non potuit stipulari, §. *alteri. insti. de inu. stip.* quemadmodum nec mater filio. L. *debitor. in fi ad Trebel.* Contrarium tamen à plerisque est approbatum, videturque hæc crebrior sententia. *Alex. d.* §. *si quis, num.* 22. Ego, quoniam nec hos, nec illos omninò sequor, ut clariùs tota hæc res constare possit, sic censeo pronunciandum: Si quis sibi, & filiis fuerit stipulatus, siquidem tunc naturales habebat, & de iis omninò actum censeo. Primum, quia verba hac simpliciter sunt enunciata, quæ ex proprietate, & naturales complecti apta sunt. *L. Lucius* §. *fi. de leg.* 2. Deinde, quia etsi ea non esset verborum proprietas, in conventionibus tamen contrahentium voluntatē po-

potiús quàm verba ſpectaremus, L. *conventionibus.de verb ſign.* ex eo autem hunc naturalibus ſtipulari voluiſſe hoc caſu colligimus, atque in iis utrunque ex contrahentibus conſenſiſſe, quòd ſcilicet ſoli tunc hi filii ipſi ſtipulanti aderant, *Marſ. lib.* 1. §. *ſi ſervus*, *de. quæſt. num.* 9. quod optimum eſt voluntatis argumentum, ut Caſtrenſis tradidit *Caſt. d.* §. *ſi quis num.* 5. *facit* L. *hæredib.* §. *fi. ad Trebel.* Nam, & cúm
3 aliàs naturales in feudo non ſuccedant, *cap.* 1. §. *naturales*, *ſi de feudo fuer. contro. int. dom.* ſi tamen quis naturalem filium habet, ſibi, &, filiis præſentibus, & futuris ſtipuletur, naturalis etiam admittetur, *Aluat. d.* §. *natural col.* 5. quoniam contrahentium mentem ex præſenti eorum ſtatu, & conditione colligimus. L. *plenum.* § *equitii*, *cum Gloſ. de uſu & hab. Rip. d.* §. *ſi quis n.* 12 Quocircà verba hic contra ſtipulantem non debemus interpretari, cûm de mente conſtet, *L fin.* C. *quæ res pign. obl.* & non improprio ſenſu ſub iis naturalis etiam contineatur. *L. Lucius. in fi. de leg.* 2. cujus filius natura ſit nomen, L. *tutelas*, *de cap. dimi.* naturaque omnibus æquè communis ſit, L. *hos accuſare.* §. *fin. de accuſ.* & ij tantùm filii appellari non poſſint, qui ſpurii ſunt, non naturales. *Aut. ex complexú.* Minùs repugnat Bar-
4 toli argumentum, nam ut, & ipſe alio in loco docuit, *Bart. L. qp. dicitur*, *in fin de verb. ſi quis num.* 22. licet cuilibet ſuper re ſua, vel quæ futura ſit ſua, alteri ſtipulari. *L. publia*, *de poſ. L. pe. C. ad exhib Bal. Alex.* §.
5 *ſi ſtipulet*, *in* 9. *Fallen.* Hinc crederem tunc, & in his id obſervandum, quod, & in juſtis filiis ſolet, ut ſcilicet ordine ſucceſſivo poſt mortem tantùm patris admittantur. *Doct.* L. *Gaius.* §. *quidam rectè*, quo tempore res veré illius jam effecta fuerit. *Alex.* §. Quamvis enim hi non omninò juſti ſint filii, in quibus tantum ſucceſſivus ille ordo ſpectari ſolet, *c. Rayn. ubi Abb. nu.* 5. *Jaſon.* §. *quidam recte*, *numer.* 24. non tamen prorſus, & extranei cenſentur retinentque filiorum quandam imaginem, *c. fi.* 32. *q.* 4. *Auth. licet. C. de nat. lib.* Veriſimileque eſt multum, patrem illis gradatim, id eſt poſt mortem ſuam, non priùs fuiſſe ſtipulatum *Afflic. Deciſ.* 99. ad exemplum legitimorum filiorum, ne aliàs plus hac ſtipulatione hi naturales, quám cæteri veri filii conſecuti dici poſſint. *Pariſ. ca. in præſentia*, *nu.* 91. Declaro tamen ſupradictam regulam, *Vide quæ diximus cap. præced.* ut. ita demúm naturales contineantur, ſi tunc extabant, cùm ſtipulatio inita eſt, alioquin ſi poſt id tempus in lucem fuerint ſuſcepti, ſecus arbitrarer: ceſſat enim tunc mentis coniectura, de qua ſupra, ſtipulatioque ipſa ſub conditione concepta cenſetur, licet ſi filii naſcentur, *L. interdum de verb ob L.* 1. *in fi. ubi Bart. num.* 25. *de condi. & demon.* ut ſuperiori capite diſſervimus, in conditionibus autem vix unquam à vera, & propria verborum ſignificatione ſolemus recedere. *L. Mævius*, *de con. & dem.* Accedit quod in conditionibus ij vocati cenſentur, qui ab inteſtato hæredes eſſe poſſunt. L. *Lucius.* 2. *cum Gloſſ. de hare. inſt. L. filius fam.* §. *cum. quis ſecundum verũ intel. de le.* 1. filiis enim ut hæredibus

dibus ſtipulamur. *Gloſ. L. ſi tibi. §. pactus, de pact. Alex. d. §. quidam rectè. num.* 8. Sed hi cùm legitimi non ſint hæredes, §. *fin. Auth. quib. mo. nat. ſui.* meritò nec ad amphyteoſim vocati intelligentur, niſi fortè ſecundum eam diſtinctionem, ſuprá á nobis latiùs relata eſt, *ſupra ca.* 27. quæ ratio ceſſat, quoties tempore ſtipulationis jam nati ſunt: tunc enim conſtat iis omninò patrem
7 acquiri voluiſſe. Atque ideò affirmo, quòd ſi fœmina ſibi, & filiis hanc emphyt. fuerit ſtipulata, ſemper naturales, quandoque, & ſpurios contineri, quoniam quo ad matrem, nihil ij à legitimis differunt, atque ei ab inteſtato ſuccedunt. §. *noviſſimè. Inſt. ad Orfic. L. pe. C. eo Ab. ca.*
8 *in præſentia num.* 24. Tunc etiam ex pronunciato noſtro naturales admitti negamus, quoties vel tempore ſtipulationis vel poſt legitimi filii ſupereſſent, cùm enim hoc filiorum nomine diverſas perſonas complectatur, ordine ſucceſſorio ij priùs ſemper vocati intelliguntur, quorum ab inteſtato potior eſt cauſa. *Barto. L. jusjurandi. §. liberi de oper. liberi. Boz. §. quidam rectè, numero.* 4. ideó æquum eſt, ut, & hoc caſu naturales á legitimis excludantur, qui, & in adeunda hæreditate, iis quocunque caſu longè ſunt inferiores. *Auth. licet. C. denat. lib.* Rurſus,
9 & ad naturales hæc tunc non pertinere dicuntur, ubi defendi agitur ſucceſſione, *c.* 1. §. *naturales. ſi defud fur.* ad id enim naturalibus non licet aſpirare, ſeu ob rei ipſius, ſeu domini fortaſſe concedentis dignitatem. *Doct. d. §. naturales.*

CAPUT XXXI.

Emphyt. Eccleſiaſtica, an ad naturales traſeat, an etiam ad legitimos.

SUMMARIUM.

1 *Naturales abſque peccato ſuſcipi non poſſunt.*
2 *Eccleſia naturalib. eſt favorabilior, quàm jus ſivile.*
3 *An legitimati adhuc cenſeantur infames.*
4 *Emphyt. eccleſiaſtica illegitimo conceſſa, etiam ad ejus naturales deſcendit.*
5 *Emphyt. acquirí poteſt ſpuris loco alimentorum.*

POſtremo limitant ſuprá traditam regulam omnes. *Doct.* 1
§. ſi quis rogatus. & Canon. c. in præſentia. In emphyteoſi eccleſiaſtica, quam ad naturales id circó nolunt pertinere, quod hujuſmodi filii abſque peccato concipi nequeant, *cap. meretrices.* 32. *q.* 4. quod cùm maximé eccleſia abhorreat, *c. fi. de præſcript.* veriſimile non eſt, de tali ſobole eam unquam cogitaſſe. Ego tamen in hoc ſubſiſto, aut enim de naturalibus nondum natis loquimur, aut de natis jam, cùm emphyteoſis conſederatur. Priore caſu, communem quidem limitationem ſequor, non tamen cômuni ratione, ſed ea, de qua modò egimus, quod in talibus filiis conditio ſub intelligitur ſi naſcentur, L. *interdum, de verb. obli.* quæres facit, ut de juſtis tantùm filiis verba hæc accipiantur. Aut verò de jam natis quærimus, &

ipſe

ipſe quidem cõtrà centio. Primó, quia peccati in his committendi nulla vertitur ampliús ſuſpicio, ex quo jam erant procreati Deinde quia etſi qua peccati ad eſſet dubitatio, neſcio cur eam magis in his, quàm in cæteris privatorum bonis velimus vindicare, cúm omnibus generaliter concubinatus hodie ſit interdictus, *c.* 2 *nemo*, 22. *q.* 4. Quòd ſiquid in alterutro diſcriminis eſet conſtituendum, faciliùs forté hi, quó ad eccleſiaſtica, quàm profana bona poſſent obtinere, *De bonis tantùm loquor. non patris ordínib. aut ſacerdotis, quæ illegitimis nunquam dantur. cap.* 1. 2. *de fil. preſb.* 6. ſiquidem videmus eccleſiam multò quàm alias leges his benigniorem, & propenſiorem, *arg. cap. cúm haberet, in fi. de eo q. dux in matr.* nec enim quo ad eam quid intereſt, quomodocunque quis natus conſeptuſve ſit, *c. dominibus* 56. *diſt.* cùm ea cujuſque virtutes, vitiave tantûm reſpiciat, quæ non ex ſemine, ſed ex propria voluntate contrahuntur. *Cap. naſcì, ea diſt.* Cùm igitur in privatis certum ſit, eam peccati ſuſpicionem nihil officere, quominus naturales quandoque ad enphyteoſim admitantur, cûm ex illa conditione, nulla delinquẽdi patribus præbeatur occaſio, ut adverſus Ruinum, *Ruin. §. & quid. ſi tantum.* recentiores latê, & ſubtiliter oſtenderunt, *Rip. §. ſi quis num.* 50. & L. *ſi unquam, num.* 78. *Pariſ. c. in præſentia. num.* 47. 49. cur in eccleſiaſticis bonis diverſum jus conſtituemus? Cùm præſertim hodie quod ad ſucceſſionem, jus civile tantùm obſervetur. *Abb. cap. tanta, qui fil. leg. col.* 2. Contrariam tamen opinionem, ut modò dicebam, eatenus Doctores afirmant, ut licet quis natalibus reſtitutus eſſet, adhuc tamen eccleſiaſticæ emphyteoſis ſucceſione excludendum cenſeant, *Bal.* L. *general. §. cùm aunt. Imo. L. quod dicitur, de ver. oblig. Alexan. conſil.* 94. *in* 1. *Dec.* 171. *in princ.* quoniam adhuc, & legitimatis infamiæ quædam nota 3 inhæreat, *De hoc an verum ſit, dicam inf. cap.* 55. quam maximè eccleſia deteſtatur. *Alex.* L. 3. *de lib. & poſt. num.* ſed hoc intelligendum eſt, niſi per ſubſequẽs matrimonium legitimatus fuiſſet, cùm tunc nihil prorſus à veris, & juſtis filiis differat. *§. dubitatum. Auth. de incenupt: Aucha.* 229. *Alexan. §. ſi quis numer.* 18. Aut niſi expræſſè ad bona eccleſiaſtica eſſet legitimatus, *Gloſ. cap.* 1. *§. naturales, ubi Docto ſi de feu. fuer. Alexand.* 87. *in* 2. ab eo videlicet, qui ſuper rebus eccleſiæ poſſt ſtatuere, qualis eſt ſolus Pontifex, *c. per venerab. qui fil. leca bene quidem* 96. *diſt.* atque ille cui ab eo ſpecialiter hæc facultas conceſſa foit, *cap. quod tranſlationem, cùm Gloſ. de off. le.* Cùm enim Pontifex, & de ipſis matrimonii initiis, & origini poſſit decernere. *c. tanta, qui fil. leg. c. non debet, de conſang. & aff* cur non, & infamiam quamlibet, ac turpitudinis maculam delerè? *Soz.* L. *Gallus. §. ſi ejus. numer.* 5. *cap. innotuit, cum Gloſ. de elect.* Hoc tamen ut dixi, eſſet ab ipſo Pontifice exprimendum, nec ſufficeret generaliter legitimorum jura dediſſe, ſed de bonis eccleſiaſticis mentio in primis eſſe facienda. *Gloſ §. naturales, cap. cum Vinton. cum Gloſ. de elect.* Addidit etiam Baldus. *Bald. c.* 4

quæ in eccleſiarum. de conſtit. n.51. quòd ſi initiò hæc emphytheoſis ab eccleſiâ illegitimo alicui pro ſe, & filiis fuerit conceſſa, ejus deinde, & naturales filios in ea poſſe ſuccedere, quoniam ex hoc conſtat, hujuſmodi hominũ genus ab ea non omninò deſpici. Sed hoc plerique reprobant ea ratione, quia ſi naturalis quiſpiam gravatus fuerit, ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem reſtituere. non tamen deficiat hæc conditio ob naturales tantùm verum ob juſtos, & legitimos liberos. *L. generaliter §. cum autem, ubi Jaſ. in fin. C. de inſt. & ſubſt.* Ego tamen cum Baldo ſentio, & ad argumentum reſpondeo, procedere id in conditione tacita, quæ à lege fuit inducta, ut ſucceſſio ad filios tranſmitetur. *L. cum acutiſſimi. C. de fideic.* Quocirca naturales non comprehendit, quoniam fruſtrà in iis ſubintelligeretur, cùm ab inteſtato hæredes eſſe non poſſũt, ut acutiſſimê, & latiſſimè á Sozino traditum eſt. *Sozi. L. cum av. n.* 65. Hic longé diverſum eſt, ex quo illegitimus eſt is qui ſtipulatur, unde elicitur concedentis animus, qui talem ſobolem non aſpernatur. *Ripa. §. ſi quis n.* 66. *Bald. d.c. quæ in eccleſiarum.* Hæc aut omnia in propoſita tantúm quæſt. affirmamus, ubi de filiis
5 ſolùm mentio facta fuit. Quód ſi expreſſé pater emphyteoſim ſibi, & filiis ſuis naturalibus, aut etiam ſpuriis ſtipulatus eſſet, tunc ſunt, qui dicantur, emphyteoſim illis rectè acquiri, quod alimentorum loco cenſeatur, & pro ea tantùm parte iis ſit decernenda. *Afflict. deciſ.* 99

CAPUT XXXII.

Utrum in lege communi vel municip. filiorum appellatione, illegitimi comprehendantur.

SUMMARIUM.

1 *Variæ opin. in quæſt. propoſita.*
2 *Teſtamen. inter filios naturales factum cum duob. tantum teſtib. non valet.*
3 *Quando filii nomine veniat illegitimus.*
4 *Immunitas conceſſa patri ob numerum filiorum, intellígitur de legitimis.*
5 *An verum ſit unquam illegitimos legitimis favorabiliores eſſe.*
6 *Maior pœna maiòr: plerumque bono oritur.*
7 *Exempla varía ubi nomine filiorum non contitentur illegitimi.*
8 *Regulariter filii nomen ad illegitimos non pertinet.*

ARdua in primis, & difficilior cæteris. *Alexan. L. ex facto. §. ſi quis rogatus, ad Treb. num.* 25. illa eſt diſputatio, an in legis diſpoſitione, filiorum vocabulo naturales contineantur. *Cyn. L. cùm pater. §. volo, de leg.* 2. Quidam enim ocioſè nimis diſtinxiſſe videntur, ut in legis diſpoſitione contineantur, in hominis ſecus. Alii. *Bald. L. Libertinum. C. de int. marr.* conſiderandum eſſe duxerunt, an negando, an 1 ne-

negando, an verò enunciando lex disponeret. Alii. *Cast. d. §. si quis rogatus.* latiùs differentes, actum naturalem á civili, delictum patris à filii, incommodū ejus ab alio secrevere. Plumbinus, *In disput. Statuto pis. ult. pa.* quoque naturalem materiam à civili, favorem ab odio, rursus quòd odium ratione niteretur, ab alio sejungendum arbitratus est Joan. *d. §. si quis.* Imol. adeò verbosè locutus est, ut non sit expeditum ex regula aliqua loqui ex ejus distinctionibus, & subdistinctionibus, sed quod de norma lesbia ajunt, regulam ad factorum eventus inflectere doceat. Alex. varios quandoque casus consideravit, multipliciterque distinxit, *consi.* 60. *in* 2. *num.* 18. alibi pro regula constituendum censuit, *d. §. si quis num* 31. filiorum appellatione naturales non venire, subinde tamen de ea limitandum, cùm lex pœnam filiis imponeret, *Glos. cap. statutum* 2. *de hæ in* 6. vel cum ratione naturali niteretur. L. *parentes, de in jus voc.* Sed cùm legamus filiam, cujus pater artem ludicram exercuerit, senatorio viro nubere non posse, nec id in naturali locum habere, L. *lege* §. 1. *de rit nupt.* velintquæ plerique testamentum duorum testimonio munitum inter naturales filios, irritum haberi, L. *Alexan. d §. si quis n.* 45. & *& in §. ex inperfecto C. de testa. Dec. consil.* 610. & tamen naturali ratione inter justos filios admissum sit, *d. §. ex imperfecto, ubi Doct.* quo jure in ore duorum stat omne verbum, *cap. cùm esset cap. relatum, de test.* vixque sit legum invenire, quæ naturali aliqua ratione non fulciatur, *cap. erit autem* 4. *dist.* non sat firma videtur Alex. doctrina, ut alia omittam, quæ in contrarium adduci possent. Alia etiam Cyni Jacobique distinctio, quæ communiter recepta esseritur, *Alexan. d. §. si quis num.* 28. 30. non satis præsentem explicat difficultatem. Panormitanus paucis rem absolvi posse existimavit, *In cap. in præsentia, in* 1. *Glos. ver. nunc. attende*, nempe ut attandamus verbis, nec legis aut ratione naturales comprehendantur. Et Bartol. *Bart.* L. *tutelas, de capi. d.* L. *pronunc. §. familiæ, de Verb. sig.* nihil temerè dijudicandum, sed materiam subjectam, & mentem disponentium attendendam credidit, quod, & doctiss. Alciatus comprobavit in familiæ vocabulo. *d. §. famil. ad fin.* Alii alia etiam tradiderunt. *Corn. cons.* 9. *in* 4. *litera c. Ru in consi.* 9. *in* 4. In tanta igitur difficultate, Felinus cùm immensum videret pelagus, pedem retulit, sequæ ei committere ausus non est, *Fel. d cap. in præsentia, n.* 33. unde, & nos subsistimus. Quòd si nostram sententiam profetre cogamur, à Bartolo, & Panormitano, in idem propè conveniehtibus, doctissimis, & fidissimis juris nostri interpretibus recedere non auderemus, ut ex subjecta materia dijudicemus, spectemusque, & verba, L. *non aliter, de lag.* 3. L. *labeo, de sup. leg.* & rationem legis L. *nominis, §.* 1. *de verbor. sign.* ut si expressa sit ratio, vel una, & certa adduci possit, ubi de filio lex loquitur, eaque vigeat in naturali, sine dubio naturalem contineri dicamus, quia hic nulla est extensio de persona ad personam, sed legis dispositio, & comprehensio, L. *his solis. ver. satis tacitè.*

C. *de revodon.* ut communiter approbant juris interpretes, *Cast. Jas. quamvis n* 6. *C. de fideicom.* lege enim cautum dicitur, non solum quòd verbis, sed, & quod mente, & sententia comprehenditur. *dict.* L. *nominis.* Quòd si nec verba, nec ratio expressa, vel unica inclusa naturales complectatur, à verbi propria significatione, quæ filium ex justis tantùm nuptiis procreatum appellat, L. *filium, de his qui sui sunt.* recedendum non arbitrarer. *d.* L. *non aliter. d.* L. *labeo.* Et brevi hac Bart. & Panorm. distinctione, omnia quæ per Doctores congeruntur, & involuuntur, digeri, & componi posse arbitror. Sic igitur pro regula, in legum dispositione, filios
1 eos accipi, qui justi sunt, *d.* L. *filium* non naturales. L. *Senator. cum Glos.* L. *liberos, cum Glos. de Senator.* Unde statutum, quòd extantibus filiis masculis fœminas à successione repellit, de naturalibus non intelligitur, sed de legitimis *Tiraq.* L. *si unquam, n.* 48. *ver. susc. liber.* C. *de rev. don.* & dicemus immunitatem patri ob numerum filiorum concessam, tunc demùm locum habere, si justi sint. L. 2. §. 1. *de ex cus. tut.* Et cùm filiam, cujus pater
4 ludicram artẽ exercuit, Senatorio nubere lex prohibet, de ea intelligendum, quæ justa sit filia, non etiam cujus pater naturalis tantùm artem illam secutus sit. L. *lege.* §. 1. *de rit nupt.* Ex quibus cernere est, justis filiis, patris vel honorem, vel turpitudinem, & prodesse, & nocere,
5 illegitimis non æquè. Unde, & dictatum illud à Doctoribus sæpe jactum, *Alex. in d.* §. *si quis Doc. in c. in præsentia. Auht. de testi. & ea quæ par.* nunquam illegitimis quàm legitimis subueniendum, ne castitati luxum, libidinemquè anteponamus, non semper utique firmum erit. in universum quidem fateor, dictum id locum obtinere posse, *d. Auth. de restit.* Verùm cùm ad particularia quædam inde derivantia respicimus, nonnunquam secus est. Ecce enim cùm quid alicui beneficii, & muneris loco conceditur, quis eum non dicat cæteris, qui ejus participes non sunt, longè esse favorabiliorem? Plerunque tamen lucrum id incommodum aliquod subsequitur, *Bal.* L. *quod favore, in 7 limita.* C. *de legibus*, quod à præcedenti beneficio sejungi nequit, *L.* 1. §. *pro secundo C. de cad. tollen* facitque ut cæteri ad 6
quos id commodum non pertinuit, gratiores ideò esse videantur, quòd eo onere sint liberati, cùm tamen res longè aliter se habeat, siquidem maior pœna à maiori etiam plerunque bono descendit, ut ait Bartolus. L 1. *C de dign lib* 12. *n.* 88. & *Fel. cap. cùm quædam de jurejuran.* Sic, & justus filius, non ideó quòd patrî acquirat, *L. placet, de acq. hær* illegitimus sibi. L. *si ubi Docto. C. de nat. lib* ille sub. alieno jugo, hic sui juris sit, ideó absoluté felicior erit illegitimus, cùm in universum longè sit melior justi conditio, qui omnia patris bona capere poterit, honores, dignitates, quæ illegitimo interdicuntur. Atque hæc ego ita declaranda censeo, licet aliqui aliter senserint. *Paris. ca. in præsentia, n.* 81. *in fi.* & *seq* Sic interdictio facta patri, ne servus alienet in adulterio fi- 7
liæ, de justa filia intelligitur. *L.*

3. *C.*

3. C. *de adulter.* Sic lex permittens patri inter liberos duobus testibus testari, solùm in justis filiis locum habet, *Dec. cons.* 610. *Alexan.* & *Natta in §. ex imperfecto. q.* 14. Et lex Municipalis cogens quoscunque de omnibus sibi relictis, aliquid solvere fisco, exceptis filiis, naturales nō excipiet, cū enim ea sit ratio excipiendi filios, quia magis quòd suum jam erat, *L. in suis, de lib.* & *posthu.* Dec. *L. fi. n.* 11. 12. *C. de eaict. diu. Adr* consequi, quā lucrum quære videantur, nec naturalibus paterna hæreditas præter alimenta debeatur, *Aut. quib. mod. nat. sui. §. antepn.* meritò aliud jus in eis statuendum fuit, nec à verborum proprietate recedendum. Nam si aliàs videmus, ubi eodem verbo plura significantur, quæ sine ulla suspicione, & delicto, à jure sunt approbata; verbum tamen ipsum absolutè prolatum in nobiliori tantùm sensu capi, L. 1. §. 1 *si ag. vect. vel emph.* quo magis id in casu nostro dicendum fuerit, ubi alterum delictum sapit, nec nisi certis casibus tali nomine dignum existimatur, *Facit c. fin. de restit. spol in 6. arg* L. *hoc leg. de leg.* 3. & *L. fin. C. de his qui ven. æta.* Ex his in fertur, si lege Municipali pater filii condemnationem redimere teneretur, de justu inteligendum, *Alex. d. §. si quis, num.* 30. ea enim videtur fuisse statuendi ratio, quia jure patriæ potestatis à filio emolumentum capit, *d. L placet.* L 2. 3. *Cod. depatr. pot.* & jure patriæ potestatis potuit eum compescere, *d.* L. 3. *C. depatr. pot.* ideo, & in commodum, & mollioris suæ educationis pœnas, non iniquum est eum sustinere, L. *secundum naturam,* & *reg. jur.* qui enim potuit rebus proipicere, & eventus quosdam impedire, si hæc omisit, culpæ reus est. *l. quod quis ex.* & *lex. qui non facit de regul. jur.* Sic quoque, si lege vel rescripto Regi concedatur, ut ipse cum filiis intra domesticos parientes facere rem divinam possit, hic illegitimi filii non comprehendentur, cum generaliter hoc cæteris sit interdictum, *Glos. Clem. 1. de bauptis. Alex. d. §. si quis n.* 25. nec enim est verisimile, quos ecclesiastica constitutio detestatur, & à sacris repellit, *C. per venerabi. in fi. qui sil. leg ca* 1. & *tot. tit de fil. præbyt.* eos generali lege vel rescripto in rebus divinis adjuvari. C. *fi. de resp. spol. in* 6. *arg.* Et generaliter ubicunque non erit expressa ratio, vel certa assignari possit, qua naturalis comprehendatur, sive communi, sive Municipali lege, de filiis fiat mentio de justis intelligemus, ne à verbi proprietate, autà regula facilé recedamus. *Glos. L. omnis definitio. Bar. L. quoties si quis caution.*

CAPUT XXXIII.

Quando in legibus nomime filiorum, veniant illegitimi.

SUMMARIUM.

1 *Illegitimi patrem in jus sine venia non vocant.*
2 *Filii patrum exempla solent imitari.*

3 *Pater injuriam illatam naturali filio potest prosequi, & contra.*

4 *Statutum de causis compromitten. inter patrem, & filium, pertinet etiam ad naturales.*

5 *Intell. l. 3. C. de adult.*

6 *Cur mater inter naturales filios cum duobus testibus testetur, non pater.*

7 *Appellatione filiorum, in dubio non veniunt illegitimi.*

8 *Ex communi usu loquendi, secus.*

9 *Aliud est dici filium, simpliciter, aliud dici filium spurium.*

UBi verò expressa erit in lege ratio, vel certa deprehendi poterit, quæ ad illegitimos pertineat tunc, & de iis actū
1 in lege dicemus, quamvis illi expressè non sint nominati: *L. nominis & rei §. 1. de verb. sign.* Unde & multo magis hoc affirmabimus, quando verbis etiam legis absque alia interpretatione contineantur. Ecce ait lex: parentes in jus sine venia vocari non licere: *L. 4. de injus vocàn.* hic sane, cum nulla aliá sit ratio nisi quod honorem is habere æquum sit, qui nobis benefici adeò fuere, ut eis vel vitam vel libertatem acceptam feramus, *L. 2. C. de in jus voc.* meritò & naturali patri eum honorem deberi dicendum fuisset, quanvis lex non expressisset: L. *parentes de in jus voc. Jas. §. pœnales Inst. de act. n. 60.* Sic & in matrimoniis, cum pudor naturalis attendatur, L. *adoptivus, §. 1 de ri. nupt.* meritò inter naturales etiam ac illegitimos observatur, *d. §. 1.* & L. *& nihil eod. tit.* Sic & fraudis suspicio, cum impediat matrimonium inter tutorem & ejus filios, in potestate vel extra potestatem vel etiam extraneos hæredes, vel filios præteritos, vel exhæredatos: L. *non est* L. *non solum* L. *libertum 2. de ri. nup. ubi expressa ratio* ideo, & naturales comprehendet, L. *Libertinus C. de interd. mat.* ex sententia legis removentis eos, in quibus inest fraudis aliqua suspicio, propter affectionem & communem naturam tutoris in eos, *d.* L. *libertum d.* L. *non solum* & L. *hos accusa §. si. de accus.* Pari ratione coërcentur filii naturales ob paternum lesæ majestatis crimen, quia in filiis similia metuuntur: L. *quisquid §. 1. C. ad* L. *Julia. ma.* at potissimum naturales, & illegitimi paternæ nequitiæ sunt imitatores, *c. literas 1. & fi. de fi. presbyt. c. si gens 56. dist. Alexan. d. §. si quis rogatus n. 25.* qua ratione si statuant cives, ut rebelles, exules, hæretici, cum filiis, ab officiis, honoribus, & urbe arceantur, naturales quoque filii ex-
3 cludentur, *Alexan. post Imo. d. §. si quis n. 31. licet Bal. cum Angel. quondoque aliter, ut ibi* eò quod illa exclusionis est ratio, quia paterna exempla veremur. Sic naturalis pater, injuriarum agere poterit adversus eum, qui filium naturalem læserit, quoniam ea competit actio, quotiens iis injuria infertur, qui potestati aut affectui nostro subjiciuntur, L. 1. *de inju.* sed naturales quoque ad dolorem ignominiamque; nostrā pertinent. L. 3. 2. 1. *in fi. de lib. ca. l. adoptivus §. 1. ver. pudor. desit. nup. cum* L. 1. *§. usque adeo pudorem de injur. Alexand. d §. si quis n. 38.* Nec aliud dicendum est, cum lex permittit filium pro patre agere, vel è converso, ea

enim

enim est ratio, quod confidit lex fidelis futuros naturali illa affectione & pietate, quam interdum in naturalibus maiorem intuemur, *Alex. d. §. si quis n.* 39. *& seq.* Sic & lex Pompeia de parricidiis, vel alia quælibet infesta filiis, qui patrem occiderunt, naturales etiam arctabit, quod affectionem lex consideret: L. 1. *in prin. C. de his quæ par.* & naturam communem, L. *hos accusare §.* 1. *de accus.* qua etiam inductum est, ut accusare naturalis possit, & patris necem vindicare, *Bart.* L. 2. *de acus.* expressa enim ratio, vel certa quæ exprimi potest, hoc operatur,
4 ut supra demonstratum est Hinc cum Paulo, Alexandroque *d.§ si quis rogat. num.* 33. existimarim, cum lege Municipii cavetur, ne filius cum patre in Judiciis ordinariis consitat, sed in communes amicos compromittat, naturales quoque contineri: *Mar-Blan. in tract. de compro. q.* 3. *n.* 7. 13. quandoquidem honorem, & reverentiam, quæ patri debetur L. 2. *C. de in jus voc* L. *parentes* | *C. eod.* à statuentibus consideratos; verosimile est, & quoniam inter tales domi cogruentius res transigitur, *L. congruentius. C de*
5 *pa. potest.* Generaliter ergo à regula recedemus, quotiens expressa ratio in nova lege, vel certa, diversos nos trahet. L. *si quis tutor §. quid ergo, de ri. nupt.* Nec quenquam movere debet, quod mater, in cujus potestate filia nō sit, quæ adulterium commisit, servos suos intra legitimum tempus manumittere nequeat, & tamen pater naturalis possit, *L.* 3. *C. de adult.* nam cum verba legis super hac re disponentis, & sententia vel ratio, quæ forte fuerat expressa, sint sublata Imperatoris testimonio affirmantis & verba, & sententiam legis, justum tantum patrem arctasse, *d. L.* 3. credendum est, nec divinandum à nobis adversus Imperatoris testimonium: L. 1. §. *hoc etiam C. de ver. jur. enuc.* Quin illa Imperatoris sanctio maximè nostram hanc distinctionem firmat in præsenti materia, ut scilicet legis verba, ratioque po- 6
tissimum inspiciatur. Nec rursus qúod supra diximus, testamentū à patre factum duobus tantum testibus inter naturales liberos non subsistere, cum in matre aliud sit, absonum videri debet, & si Speculator, *Spec in ti. de inst ed. §. compendiosé ver. quid si pater naturalis Imo. d. §. si quis.* Imola & recentiores quidam: *Nata in Repet. §. ex imperfecto q.* 14. *in fin.* aliter sensisse videantur, nec enim ratio certa est, eadem in patre naturali ac matre, siquidem matris etiam naturalis bona, ab testato filiis vel spuriis debentur, nisi sit illustris: *L. si qua illustris ubi Doct C. ad Orfic* unde & ei, ac per ejus lineam cognatis, conjuncti dicuntur: *Felin. cap. sunt, & al í de resc. n.* 53. at secus in patre naturali: *Alex. d §. si quis n.* 41. 42. Constitutionis autem Imperatoriæ, *d. §. ex imperfecto* ea videtur fuisse ratio, ut inter liberos testamentum duob. testibus valeret, quia nihilominus ab intestato ad eos perventura esset hæreditas. *Jas.* L *hac consulttiss.* C. *qui test. fac. n.* 4. *Dec. n.* 37. Ideo cum certa ratio non urgeat, à regula non fuit recededum. Nil ergo in re dubia cō-
stituemus, sed subjetam materiam 7
verba, & sententiam novæ vel antiquæ legis considerabimus, et-

si certa ratione ducemur, ut etiam naturales filios nominemus; id faciemus: sin ratio aperta non sit, sed varia vel multiplex afferatur, tunc à regula non discedemus. *Gloss.* L. *omnis definitio*, *de reg. jur.* Quæ quidem ego ita se de jure habere arbitror.

Quod si communis usus loquendi in filiorum appellatione diversus esset, illegitimosque etiam æque ac legitimos com-
8 plecteretur, ei tunc magis sané quam legum rationibus, & regulis esset deferendum, tuncque nulla esset dubitatio, in quacunque dispositione, ubi de filiis fieret mentio, & de his actum esse. *Bart.* L. *pronunciatio* §. 1. *de verb. sign.* & L. *fin. C. eo. Ang. consi.* 30: *Anch.* 187. *col. fin.* Nam & in testamento si naturales filij nominentur, veniunt etiam spurii, ob communem usum loquendi, *Jas. cons.* 51. *in* 3. quamvis proprié spurii à naturalibus valde differant. In eo tamen cavendum erit,
9 ne decipiamur, an spurii ex cõmuni usu loquendi filii simpliciter, an verò filii spurii nominentur, & ita cum hac adictione spuriorum. Nam tunc si statutum de filiis tantum loqueretur, forté nec communi usu continerentur, ex quo vulgò non filii alicujus simpliciter, sed filii illius spurii vocantur, qua in re multi errare solent, ut Angelus respondit, *Ang. consi.* 401. *col. fin.* Remoto verò hoc communi usu, tunc difficilimam omnino hanc quæstionem esse censeo, pro qua tamen decidenda, clarior mihi & expeditior præ cæteris nostra hæc sententia visa est, quam duplici tantum capite complécti voluit, quod ex his duobus veluti fontibus cæteræ omnes quæstiones manant, quæ sanè infinitæ sunt ob idque singulas latius persequi non libuit, quod operæprecium non putavi, cum adhæc duo capita omnia facilime, & brevissimè redigi possint, longiùs in unaquaque separatim disputando, tempus frustrà consumere, quod nimis ocioso hominis esset, & accutioribus etiam ingeniis fortasse molestum.

CAPUT XXXIV.

An L. si unquam C. de revoc. don. habeat locum in illegitimis filiis.

SUMMARIUM.

1 *Naturales æque ac legìtimi à patre videntur diligendi, & n.* 7.
2 *Legitímatione filii donatio non revocatur*
3 *Naturalis præteritus à patre non impugnat testamentum, nisi ut & numero* 10.
4 *Ubi lex subaudit filios, semper intellígit de justis.*
5 *Liberorum nomen Juris est.*
6 *Naturales non videntur filii.*
7 *Quare si naturales secundum naturam sunt, affectio patrís erga eos non præsumatur.*
8 *Naturales pro qua parte rescindere donationem possint.*
9 *Naturales, & spurii quandoque revocant donationem matris.*
10 *Ratione alimentorum, spurii prætéritì, patris testamentũ rescindunt.*

Caius

CAius Martius liberorum ſobole carens, ex mera liberalitate, & munificentia, bona ſua omnia Sempronio donarat, aliquotque pòſt diebus filium ſibi illegitimum quæſivit. Dubitatum eſt, an ex Conſtantini conſtitutione, L. *ſi unquàm C. de revoc. do.* hæc donatio eſſet revocanda. Qua in re Doctores reperio, variè, prout, & in præcedentibus ferè omnibus quæſtionibus, ſenſiſſe. Namque Oldradus vir graviſſimus ob legitimam tantum ſobolem repeti donationem factam tradidit: *Oldr. conſ.* 278. *col. ſi arg.* L. *qui libertinus §. pen. de ope. liber.* qua in ſententia Baldus etiam ſæpe fuit. *Bald. ca. in notuit. n.* 8. *de elect. & conſilio* 129. *in 2. col fi.* Alexander in ſpuriis quidem idipſum affirmavit, eorum procreatione donationem minimé revocari, aſt de naturalibus valdè dubitavit, nihilque de iis certò pronunciare auſus eſt *Alex. conſ.* 40. *in 4. n.* 14. Ripa apertè diſtinxit, *in d.* L. *ſi unquam n.* 65. 73. naturales filios perinde ac legitimos donationem antea factam, ſtatim irritam reddere, ſpurios non reddere. Recentiores deinde alii indiſtinctè voluerunt; *Tiraq. d.* L. *ſi unquam ver. ſuſceperit liberos num.* 45. 51. quoſquunque filios ſeu naturales ſive ſpurios nihil donationi jam factæ nocere, cùm id tantúm in legitimé natis ſervetur. Ex quibus res ſatis dubia videri poteſt: quod tamen ad ſuſpirios attinet, in his omnes conſentiunt, & ego quoque affirmo, eos ad infirmandam talem donationem minimé admitti, niſi ut infrà dicemus. Sed de naturalibus videbatur Ripæ opinio prima quidem fonte ſatis eſſe probabilis, illos ſcilicet donationem prorſus valere infringere, non ſolum quod videmus naturales à legibus plurimis in rebus ut filios agnoſci; *L. parentes, ubi Bald. de in jus voca.* cúm & eis ab inteſtato certā ſucceſſionis partem in bonis paternis tribuant: *Auth. licet. C. de nat. lib.* verum etiam quia cum illa Conſtantini ſanctio ea ſolum nitatur ratione, quod veriſimile non eſt, patrem ſi exiſtimaſſet ſe liberos habiturum, ita res ſuas extraneis voluiſſe donare. *Arg.* L. *cum avus, de cond. & demonſt.* L. *cum acutiſſimi C. de fideicom.* cadit hæc quoque præſumptio 1
erga naturales filios, ſiquidem affectio hæc parentum in liberos, ex Jure naturali potius, quam civili ſpectatur: L. *Lucius §. amiciſſim. de exc tut.* L. *hos. §. pen. de accuſ.* L. *adoptivus §. ſerviles de rit. nup.* Aſt Jure naturæ nulla fit differentia inter legitimos, & illegitimos, *§. natura. Aut. qui. monat ſui.* æqualiſque erga omnes pietas & benevolentia patris eſſe cenſetur: *Bald. c. quæ in eccleſ: de conſt. col. fin. Anchar.* 225. *colum. pen.* igitur & exemplo legitimorum filiorum à naturalibus tota hæc videtur donatio retractanda.

Ego tamen hanc ſententiam, aut conſulendo, aut judicando nunquam ſequerer, credo enim legitimos opus eſſe filios agnoſci, ut jus perfectum donationis reſcindatur, ſuntque innumera, quæ hoc rectè probant argumenta, quæ tamen ego uti non valde neceſſaria in præſenti miſſa facio. Conſidero verò id in pri- 2
mis dubitare Doctores ſolere, an ſi poſt donationem legitimetur filius, ex hoc donatio revocetur, frequentiuſque omninò conclu-

dere non revocari: *Bald. L. 2. in fi. C. ſi inſr. patr. Jaſ. Rub. de li. & poſth. n. 4. Tiraq. d. L. ſi unquam verſ. ſuſceperit. n.* 58. Quod ſi id in filio natalibus reſtituto ita obtinet, quis jam locus erit quæſtioni de naturali tantûm, cui benignũ illud principis lumen nondum affulſit, ſed nube adhuc illa circumfuſus jacet? Volunt hi quoque actus inter vivos difficilius multò, quam ultimas voluntates reſciendi: *Bart L. tale pactum, in fi. de pact. Tiraq.* L. *ſi*
3 *unquam ver. libertis num.* 52. Sed certum eſt filium naturalem à patre præteritum in teſtamento, ſive ante, ſeu poſt teſtamentum natus fuerit, illud impugnare non poſſe: *Gloſ. l.* 1. *verſ. naturales & Bart. de contrata Alex. conſi.* 74. *in* 2. *in fin. Gui. Pap. qu.* 632. *col. fin* cùm ei non debeatur legitima ab inteſtato, quæ ſola jus nobis tribuit adverſus judicium patris, L. *omni modo* L. *quoniam* C. *de in of. teſt.* Quominus ergo donatio cujus favore ut ſuſtineatur, multa adverſus regulas juris ſunt recepta: L. *ſi quis argentum §. fin. C. de dona.* hac ſola naturalis filii procreatione reſcindetur? Accedit quoque, quod ubi lex mentem alicujus interpretatur, ut filios ſuos in aliquo
4 actu excludere noluerit, quamvis de is nihil ibi expreſſerit, *prout in d.* L. *ſi unquam.* ſemper de juſtis, & legitimis filiis intelligit, non naturalibus. L. *generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſt.* Unde in hoc differre dicunt: *Alexan. §. ſi quis rogat. n.* 11. 12. *Jaſ. dict. §. cum autem. n.* 6. An conditio illa, ſi ſine liberis, à teſtatore fuerit prolata, an verò tacitè à lege ſub intellecta; quod priore caſu quandoque & naturales ex mente comprehenduntur: *L. ex facto. § ſi quis rog. ad Trebel* poſteriore nunquam, *d. §. cum autem.* Sed cùm in caſu noſtro hæc conditio (ut ſi filii naſcentur, donatio nulla ſit) à lege ſubaudiatur: *Bar.* L. *Titia. §. Imperator, de leg.* 2. Propterea fatendum eſt legitimos oportere filios naſci, non naturales tantum. Omitto hic 5
etiam liberorum nomen, *de quo in d.* L. *ſi unquã ibi, poſtea ſuſceperit liberos.* juris eſſe, & ideo de juſtis tantum intelligendum, cùm verba ſecundum jus non factum accipi debeant. *L.* 4 *§. condemnatum, de re judic.* Omitto, & quæ alias diximus de legum interpretatione, cùm oſtendimus ubi leges de filiis aut liberis mẽtionem faciunt in dubio de legitima tantùm ſobole hæc omnia accipienda. *L.* 2. *§. legitimos, de excutut. & ſupra c. præced.* Præterea & illud, quod cùm illa cõſtitutio, *d. L. ſi unquam* ſit adverſus regulas Juris: *L. perfect. C. de quæ ſub mo. L. ſi donationem. C. de revoc. do. L. ſicut. C. de act & obl.* debet ſtrictiſſimé accipi, & in vero tantum ac proprio, non ficto caſu impleri: L. 3. *§. hæc verba, ubi Bar. de neg. geſt.* Quid plura? Extat ferrè hujus ipſius facti, aut parum certè ab ſimilis, Diocletiani Imperatoris deciſio: *L. ſi totas* C. *de inof. don.* qua cavet ut filii aut nepotes ex legitimo matrimonio nati inofficioſam donationem poſſint accuſare, quaſi ſentiat: *Argu. à contrario,* alios illegitimè natos ab hac re excluſos eſſe, ut verba illa ſatis innuunt. Non obſtat ergò, quod 6
& naturales filii videantur, eò quod in certis bonis ab inteſtato patri ſuccedunt. Immò enim

hæc

hæc ratio ſuadere videtur, hos filios non eſſe, cûm in omnibus bonis non ſint hæredes patri, ut filii ſolent, nec ejus nobilitatem aut agnationis jus retineant, *Bar. Jaſ. L. ſi col. 3. C de verb. ſign.* nec eis quicquam de bonis patris eo invito debeatur: *L. fin. C. de nat. lib.* quæ omnia à vera filiorùm conditione longe ſunt aliena. Ita ut dici poſſit, quamvis ab inteſtato quandoque duas paternæ hæreditatis uncias capiant, id pietatis potius cauſa ita eis concedi, quam quod ut filii tractentur, & tales Jure habeantur. Alia etiam ratio, in contrarium adducta, quæ adſtruit eandem parentum charitatem, & dilectionem 7 in naturales ac legitimos, nullatenus vera eſt. Nam jure naturæ omnes & nomine, & re ipſa erant veré legitimi, nec talis ſoboles adhuc in lucem venerat, ut alias oſtendimus. *cap.* 1. & 2 Autſi qui erant eo quoque tempore illegitimi, potuiſſet tunc tantùm ſupradicta ratio procedere, ſi adhuc natura ipſa priſtinam illam tam variæ libidinis, incertique concubitus libertatem retinuiſſet. Aſt ubi legibus ſcriptis, huic paſſim vaganti hominum libidini frenum injectum eſt, ad certosque fines hæ hominum conjunctiones redactæ, certe limitata quoque, & affectio paterna in iis tantum filiis eſſe cenſetur, quos lex probat, cum unùſquique ea vellé & cogitare præſumatur, quæ ſecundum leges ſunt, L. *hæredes mei. §. cúm ita ad Trebel. ubi Bar Alex Sozin.* ob idque fit, ut cum naturalium lex nullam ferè rationē habeat. *d.* L. *generaliter §. cum autem.* nec pater quoque de iis valde ſollicitus fuiſſe exiſtimetur. *Tiraq. d. L. ſi unquam ver. donatione largitus n.* 247. Quæ ſané conjectura eo magis hodie probanda eſt, quo conſtat tales filios abſque gravi peccato concipi non poſſe, ex quo concubinatus nunc quibuslibet interdictus eſt. *C. nemo. 32. q.* 4. Quis enim aliquem præſumat, de ea re in dubio cogitaſſe, quæ æternæ ſa- 8
luti ſummum eſt diſpendium allatura? Occurrit mihi nunc tamen alia opinio, de qua me antea latè diſputaſſe memini, *cap.* 27. Ut dicamus, pro qua parte naturales ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur, pro eadem etiam ut filios Jure haberi, & propterea ſicuti conditionem illam, ſi ſine liberis quo ad duas uncias extinguunt, ſic quoque donationem hanc pro eadem portione poſſe revocare, ut ſemper patris voluntatem ex Juris diſpoſitione interpretemur. Quā quidem ſententiam, cum alias pluribus rationibus aſſeruerim, ſi quæ ibi dicta ſunt, fortè ſubſiſtunt, credo ex iis quoque præſentem quæſtionem adjuvari poſſe, ad quæ hoc caput rejiciendū erit. Hæc verò ita ſe habent in 9
naturalibus filiis, ubi à patre donatio facta eſt. Aſt ſi mater hanc liberalitatem exercuiſſet, poſteaque naturales ſuſcepiſſet, credo tunc in totum donationem revocari. quia & hi in univerſum ab inteſtato illi ſuccedunt: L. *pen. in fin. C. ad Orfic.* Idemque dicendum erit de ſpuriis, dumtamen ex damnato concubitu non ſint, eos matri quidem quo ad revocandam donationem prodeſſe, quia & ei poſſunt ſuccedere *d* L. *pe. cum illius diſt.* patri verò, quia ab ejus legitima hæred. repelluntur, nihil prodeſſe. *Ripa d. L. ſi unquam numer. 65. 66.* Ho-

die tamen cum & ſpuriis à patre neceſſario ſemper alimenta debeantur, *C. cum haberet in fin. de eoqui dux in ma.* dici poteſt rationе alimentorum, nunc & hanc donationem patris quo ad eam partem reſcindi, quia & quo ad hanc patrem teſtamentum illius à ſpurio impugnari poteſt. *Dec.* 3 L. 1 *C. de contra tab. n.* 11. Aut alia ratione ei judicis officio conſulendum erit, ut donatarios ex rebus donatis illis ad victum neceſſaria ſubminiſtret: *Ripa d. L. ſi unquam n.* 71. Unde, & inferri poteſt, ſi pater antea ſpurio filio donaſſet, quantum ratio alimentorum ei debitorum exigeret, ſuſceptis deinde legitimis filiis hoc ipſum non revocari, quia ei neceſſario ſolvendum fuerat. *Ruin. conſi.* 124. *in* 1. *col. fi.* Et in ſũma, quæ alias de ſucceſſione naturalium, & ſuperiorum diximus, *C.* 38. *& ſeq.* eorum multa, & huic quæſtioni valdè convenire poſſe, ex illiſque ea, quæ huc pertinent, ſumenda eſſe putamus.

CAPUT XXVX.

An jure digeſt. naturales parentibus ſuccederent, & an cives Rom. haberentur.

SUMMARIUM.

1 *Naturales uſque ad Conſtantinum ignoti.*
2 *Et tamen in Digeſtis nominati.*
3 *Alciati opinio de naturalium ſucceſſione.*
4 *Contra Alciatum probatur, ante Antoninum naturales ſucceſſiſſe.*
5 *Naturales quidam non cives Romani.*
6 *Apud Græcos, an naturales cives cenſerentur, quid apud Rom.*
7 *Olim niſi civem Rom. hæredem à cive Rom. inſtituiſſe potuiſſe.*
8 *Civis quomodo quis dicatur.*
9 *Illegitimos ſequi matris originem.*
10 *Omnes ſubjectos Pop. Rom. hodie cives Rom. eſſe.*
11 *Dignitates illegitimis Romæ permiſſas.*
12 *Multa conſtituta ab Imper quæ tamen in Digeſtis reperiuntur.*
13 *Jure veteri naturales ſemper ex teſtamento ſucceſſiſſe.*
14 *Apud Græcos certam bonorum portionem nobis conceſsam.*

AGrediamur jam ſucceſſionum uberrimam materiam, imprimiſque arduam illam quæſtionem pertractemus, an olim naturales filii à parentibus poſſent hæredes inſtitui, aut aliquid ſaltem ex eorum teſtamento capere. Habemus enim leges aliquot ſic inter ſe repugnantes, ut non immeritò Doctores noſtri in re tam obſcura facile titubantes, nil certi aut explorati ſuper hac re ſcriptum relinquerint. Et quem planè vel Juris peritiſſimũ non hæc torqueret controverſia, ancipitemque redderet? Cùm Juſtinianus in Novellis ſuis Conſtitututionibus, naturalium nomẽ priſcis Romanorum temporibus, uſque ad Conſtantinum penitus neglectum, & ignotum fuiſſe aſſerat, eumque primum de his in legibus

legibus ſuis mentionem feciſſe: *Aut. quib. inod. nat. ſuſ. in princ.* idem vero alibi affirmet, primos Valentem & Valentin. de iis cœpiſſe in conſtitutionibus ſuis curam ſuſcipere. §. *diſcretis d. Auth.* Nos autem contra hæc, eos
2 in Digeſtorum libris ſæpiùs memoratos legamus, non unoque in loco nunc à patribus hæredes in univerſum inſtitutos, L. *fin. de Jur. de lib:* nunc cum legitimis ſimul ſucceſſiſſe, L. *Lucius, de vulg. & pu.* nunc iis fideicomiſſa relicta, *L. Lucius §. fi. de leg.* 2. nunc ſuper illis Senatuſconſulta aliquothabita fuiſſe, §. *fi. inſt. ad Tertyl. & §. pe. ad Orfic.* quarum rerum cùm Jabolenus, Paulus, Hermogenianus, & alii authores fuerint, mirum eſt ſatis, quomodo hos uſque ad Conſtantinum ignotos fuiſſe dicat Juſtinianus, & deinde primos Valentem, & Valentinianum nominet, qui in eos benefici extiterint, quos ducentorum aut amplius annorum ſpacio poſt eam Jurisconſultorum ætatem, in imperium adſcitos, hiſtoriarum monumentis traditū eſt. Cauté igitur interpretes noſtri egiſſe videntur, qui cum difficilem hunc nodum ſatis commodé ſolvi non poſſe animadverterent, plerique vel intactam prorſus quæſtionem relinquere, vel commentitiis quibuſdam opinionibus, nec relatu dignis rem totam involuere conati ſunt, vel ſe hoc omninò ignorare aperte ſunt profeſſi: *Alex. Jaſ. Ripa L. Lucius, de vulg. in princ.* Unus Alciatus divini vir ingenii, & omni doctrinæ genere præſtantiſſimus
3 vilius eſt Antimoniam hanc nova quadam temporum diſtinctione ſervata, apté conciliare: *Alcuat. parerg. 4. cap. 5.* Tradit is enim uſque ad Antonini Pii tempora, nunquam cum naturalibus teſtamenti factionem fuiſſe, propterea quod hujuſmodi filii latinæ ſeu libertinæ conditionis cenſerentur, & ut Juſtinianus ait: *Auth. quib. mo ſui. in princ.* id eſt, tanquam peregrini, & ab omni civitatis jure alieni, qui nihil ex Romani civis teſtamento capere poterant. *L.* 1. L. *nec apud C. de hære. inſt.* Poſteà verò quam Antonius quibuſcunque populo Rom. ſujectis, jus etiam civitatis permiſit, peregrinoſque in civium numerum coóptavit: *L. in orbe. de ſtat. hom.* ex eo tempore natarales agnitos ait, conceſſumque tunc patribus eos cohæredes juſtis filiis dare, vel ſubſtituere, aut arbitratu ſuo quomodo eis legare. *L. Lucius de vulg. L. Luci. §. fin. de leg.* 2. Quæ deinde ſibera naturalibus filiis relinquendi facultas, cum plerunque legitimis liberis grave afferret detrimentum, primùm Conſtantinum eam inquit quibuſdam caſibus coarctaſſe, atque iis patribus, qui inſigni aliqua dignitate eſſent præditi, interdixiſe, L. 1. *C. de na. lib.* quod & inde á Valentiniano magis anguſtatum, mox ab Arcadio, & Honorio, tandemque Juſtiniani cōſtitutione prorſus fuit immutatū, qui unciam duntaxat eis relinqui poſſe ſanxit, ſi alii legitimi extarent, alioquin ex aſſe etiam hæredes inſtitui. *Auth. licet. de lib.* Hæc Alciatus, quem tamen ego in hac re nunquam probarim quamvis ingenioſè ſatis hæc ſcripta videantur. Vult is in primis
4 ante Antoninum cum naturalibus filiis teſtamenti factionem nunquam fuiſſe. Sed quæſo, nonne Trebatius ait, naturalem libertinum

tinum hæredem inſtitutum filii appellatione comprehendi. *L. fin. de jur. delib.* qui Trebatius tot annorum ſpaciis ante Antoninum extitit, cùm uſque ab Auguſtini temporibus, & ante ejus etiam imperium florere cœperit, ut Cicero, *ad quem ſcribit Topi.* Suetonius, *in Auguſt.* & Juſtinianus ipſe teſtatur? *Inſt. de eo.* Nonne, & Tertyllianum Senat. conſul. quod Adriani temporibus factum eſt, *Inſt. ad Tertyl. §.* 1. Antoninique faſces præceſſit, de ſpuriorum ſucceſſione ſæpe locutum eſt: *§. fi. eo ti. L.* 2. *in princ. ff. eod.* Nonne, & Doctores omnes ſpurios affirmant olim à quibuſcunque omnia capere potuiſſe, excepto ſolo patre? *Alex. L.* 6. *vul. num.* 4. Ait ſecundo loco, poſt Antoninum ſtatim, licuiſſe parentibus eos hæredes inſtituere. Sed quid tam apertè contra Imperatoris noſtri verba dici poterat? Inquit enim Juſtinianus *Auth. quib. mod. nat ſui in princip.*

Naturalium nomen Romanis legibus non erat in ſtudium, & alienum omninò á Repub. putabatur, á Conſtantini verò temporibus in Conſtitutionum ſcriptum eſt libris. Ergò non poſt Antoninum hoc receptum eſt, ſed tantúm poſt Conſtantinum.
5 Tertiò ſcribit ante Antoninum, illegitimos filios cives Romanos habitos non fuiſſe. Ego veró ita argumentor, Aut de iis loquimur, qui ex externis mulieribus ſuſcipiebantur, & eos quidem ante Antonini conſtitutionem, *de qua in* L. *in orbe*, *de ſta. hom.* cives non fuiſſe fateor, non tamen quia naturales tantúm eſſent, ſed quod ex iis procreati, cum quibus connubii jus non erat, atque ex duobus Roman. civibus non eſſent orti, unde jus civitatis acquiri ſolebat. Si verò de aliis Nothis accipimus, ex duobus Romanis civibus genitis, citra tamen matrimonii fœdus. Ego ſanè nuſpiam repetio eos cives cenſeri non potuiſſe. Legimus quidem apud Athenienſes, Nothos olim á cenſu, & aliis civilibus muneribus fuiſſe excluſos, 6
nec in gente adſcriotos, *Demon. contra Ariſtocra. & contræ Macartatum.* dicitur tamen Pericles eam legem deinde abrogaſſe. *Plutàr. in Pericle, in fi.* Et quicquid apud Græcos ſervatum fuerit, mihi ſat eſt: neminem ex probatis authoribus laudari, qui apud Romanos tale jus fuiſſe cõmemoret. Quin quantum conjecturis, & argumentis quibuſdam aſſequi licet, rem contrá potiùs ſe habuiſſe ſané comperimus. Ait Quintilianus, *lib.* 3. *cap.* 8. *& lib.* 7. *c.* 8. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius fit, poſt legitimum natus, tantúm civis. Quòd etſi exempli cauſa relatum ab eo ſit, veriſimile tamen eſt, eum non adeò fictis, & falſis exemplis uſum fuiſſe. Si verum etiam id eſt, quod notat pro Cecinna Cicero, olim à cive Romano inſtitui neminem potuiſſe, niſi, & is Romanus civis 7
eſſet, *Vgl. Inſti. de hær. inſt. in princ. verſ. permiſſum*, hinc ſatis conſtare poteſt, illegitimos ex civium numero non excluſos, cùm, & ij ex teſtamento capere poſſent. *L. fi. de jur. delib. & §. fin. ad Tertyl.* Videmus quoque concubinatum, unde naturales oriuntur, legibus damnatum nũquam fuiſſe, L. 3. & 10. *tit. de concub.* quin eam conjunctionem minimé turpem aut in honeſtam

olim

olim existimatam. *L. massurius in fi. nbi Alci. de verb. sign.* Cur ergo inde genitos filiòs civitate privatos volumus arbitrari? Præsertim verò cùm nemo hoc literis scriptum reliquerit, quod si verum fuisset, vix credendum est, ab omnibus ita silentio transigi potuisse. Scimus nos præterea Senat. consulta olim de iis locuta esse, *tit. ad Tertyl.* quæ tamen ad cives tantùm pertinebant, cùm peregrini, & ex Romanorum legib. non uterentur, sed viverent. *L.* 1. *Cod. de hær. inst.* L. 1. §. 2 *quibus, de leg.* 3.

8 Accedit quoque, quòd natale solum civem cujus sit loci, satis per se demonstrat, L. *cives. C. de incol. lib.* 10. (nisi fortè aliter legibus Municip. caveatur) præsentim si, & pater inde originē suam ducat, *L. assumptio, cum Glos. ad Municipi.* nec enim quis sine civitate nascitur, cùm, & in vico ortus, eam habeat patriam, cui vicus ille subest: *L. qui ex vico, ad Muncip.* quòd si pater fotasse incertus esset, tunc maternam eum sequi originem certum est, ut propriè de his vulgò conceptis leges tradidere. L. 1. *in fin. L. ejus qui eod. tit.* Si

9 igitur ex Rom. parentibus Romæ quis nasceretur, cur non, & Romanus civis statim judicaretur, aut propria, aut materna saltem origine, quamvis non ita legitimè conceptus esset? Quam enim aliam ille civitatem habere potuit, cùm ingenuus natus sit: *d. L.* 1. *in fin. ad Munic. Fel c. Rodolphus. de resc. num.* 26. 27 Quid plura? Tametsi illegitimi quondam cives non essent, quod tamen ipse non concesserim, ve-

10 rumtamen nunquam fuerit, Nothos omnes generaliter Antonini Constitutione agnitos, & adjutos fuisse. Cùm enim is quoscunque Populo Roma. subjectos civitate donasset, ita ut qui ex patre vel matre alienigena genitus esset, dum tamen sub Romanorum ditione, is in civium quoque numero censeretur, quod antea non licebat. *Auth. ut lib. de cæt. §. fin.* Nescio, quid iis naturalibus aut Spuriis ea constitutio potuerit prodesse, qui ex duobus civibus concepti essent, cûm Antoninus iis tantùm hoc tribuerit, qui antea nati erant vel ex utroque, vel alterutro tantúm patre aut mater, non civibus Romanis. Quòd si nihil de his Antoninus sensit, legimus nos tamen Spurios ad maximas dignitates evehi potuisse, *L. generaliter. §.* 1. *L. Spurii, de Decurion.* quod absque ulla dubitatione admittit Ulpianus, *d § 1. vers. nulla dubitatio est.* tanquam id ita semper apud Romanos servatum fuisset, num hic liquidò probatur, eos quocunque tempore ab aliis civibus non fuisse segregatos? Cùm publici honores, & munera, non nisi Romanis civibus decernerentur. L. 3. §. 1. *de mun. & hon.* Sed longum nimis esset, si singula, quæ contra totum id Alciati caput, ubi de hac re agit, aliàs collegi, nunc recensérem. Quin ista quoque me hercle nunc referre, quasi suppudebat, tanta est mihi adversus ejus commentarios loqui, religio. Coëgit tamen veritatis indagandæ studium, ut hæc qualiacunque proferrem, & calamo liberius indulgerem, cùm, & ipse verioribus me rationibus à quocunque convinci, dum veritas ipsa emergat, facilè sim passurus. Ut igitur ad propositum redeamus,

cùm

cùm tota hujus quæſtionis difficultas in eo verſetur, quo pacto ſcilicet dicat Juſtinianus, naturales nunquam uſque ad Conſtantinum cognitos fuiſſe, cùm nos in libriſ Digeſtorum tam multa de iis variis in quæſtionibus legamus, Ego in tanta legum perplexitate quæſtionem hanc aliás ſolebam ratione diſſiniri, quam à clariſſimo doctiſimoque Juriſconſulto Mariano Socino Junio-re acceperam, pluribuſque in locis veriſſimã eſſe animadverteram Dicebatis, *in L. 1. de legat.* 1. fieri plerunque, ut quæ Juſtinianus, & recentiores Imperat. de novo ſanxiſſent, etiam in Digeſtorum libris ita conſtituta reperirentur, nec idcircò aut mendacii Juſtinianum arguendum, aut ullam inter eam repugnantiam exiſtimandam, ſed quód cùm id Juſtiniano maximé curæ fuiſſet, ut quo ad ejus fieri poſſet, leges omnes ad concordiam redigerentur, *L. 1. §. nulla C de vet jur. enucl.* non dubitaſſe deinde eandem ſententiam, cujus author ipſe fuiſſet, nunc Ulpiano, nunc Paulo adſcribere, ut ita faciliùs leges veteres cum recentioribus convenirent, *d.* L. 1. §. *hoc etiam. & §. ſed neque*, ut in legatorum materia, & multis aliis locis facilè eſt animadvertere. L. 1. *de leg.* 1. *cum* L 2. *C. com. de leg.* L. *ſi non mortis, de inoff. teſt. cum L. omnimodo C. eod. & L. 2. de injuſ. rup. cum L. hac conſultiſſ §. ſi quis C de teſtam.* Quorum ego authoritate motus, id quoque in præſenti dubitatione affirmari poſſe putabam, ut quicquid in veteribus libris de naturalibus filiis inſtituendis cautum reperiretur, id totum ex quadam veluti novarũ legum preſumptione dictum eſſet, idque á Juſtiniano, Compilatoribus, non á veteribus illis Juriſcon. conſcriptum fuiſſet, reque vera naturales ipſos non niſi à Conſtantino, & Valentiniano primis eſſe agnitos. Cùm tamen mihi deinde ingens ſe legum ſylva in Digeſtis offerret, ubi de naturalibus hæredibus inſtitutis fit mentio. L. *ex facto §. ſi quis rogatus. ad Treb.* L. 6. L. *Lucius, de vul.* L. *cùm pater §. volo.* L. *Lucius. §. fi. de Jur. delib.* L. *natural. de confir. tut.* Sat conſentaneum viſum non eſt quod Coſtantinus primus caviſſet id tot locis nunc in Trebatium, nunc in Jabolenum, Labeonem, Paulum, & alios rejici, cúm quæ ſuprà in contrarium attulimus, ea vix uno tantùm in loco, & tanquam dicta reperiantur, Itaque in aliam ſententiam huic penitus repugnantem tranſij ſtatuique mecum omninó, & ita concludo, Jure etiam veteri naturalibus filiis aliquid in teſtamento relinqui, quandoque, & in univerſum hæredes inſtitui potuiſſe. Movit me cùm tot Juriſconſultorum ſuprá relatorum authoritas, qui hoc ſæpê atteſtantur, tum veró in primis, quod cum digeſtorum Jure ij memorari ſoleant, cùm quibus teſtamenti non erat factio, *Gloſ. §. legati. Inſt. de leg.* nuſpiam tamen de ſpuriis hoc traditum comperimus, ſicuti hodie deinde quia ſuccedere eis interdictum eſt, variis in locis manifeſtiſſimè declaratum extat. Hujus rei & illud argumento eſt, quòd ſicuti apud Athenienſes bona non nulla Nothis ſemper relinqui potuiſſe legimus, *Demoſt. contra Ariſtocr.* ſic, & apud Romanos aliquid ſimile licuiſſe ſatis eſt veriſimile, cùm eos à Græcis le-

legum, & consuetudinum suarum primordia sumpsisse notum sit. §. *& non ineleganter. Inst. de ju. nat. gen.* Et hæc res mea quidem sententia parum dubitationis haberet, dum illa non obstarent, quæ antea memoravimus, quæ ut omninó submoveantur, ea nos, quoniam subtiliore indigent speculatione, altiusque repetenda sunt, propterea in sequens caput latius declaranda differemus.

CAPUT XXXVI.

Quis primus de naturalium successione apud Romanos aliquid sanxerit.

SUMMARIUM.

9

1 *Tres leges prima facie valdé repugnantes.*
2 *Usque ad Constantinum leges Rom. de naturalium succes. nihil eavisse.*
3 *An ante id tempus succedere prohiberentur.*
4 *Cur naturales olim potiùs matrì quam patri succederent.*
5 *Primus constantinus legem de naturalibus tulit.*
6 *Quid Valens, & Valent. postea constituerint.*
7 *Constantini acerbitas in naturales.*
8 *Alciati opinio confutata.*

SI naturales filios Jure Digestorum istitui potuisse volumus, & parentibus succesisse, quomodo ergo eos usque ad Constantini tempora ignotos, & neglectos fuisse tradit Justinianus? 1
Auth. quib. mod. nat. sui. in princ. Rursus, si hoc Constantino tribuimus, quomodo deinde primos Valentem, & Valenti in eos humanitate uti cœpisse, idem Justinianus scripsit? §. *discretis. d. Auth.* Sunt enim hæc tria inter se, è diametro, ut ajunt, pugnantia, nec facilé conciliari posse videntur. Quocirca nil mirum est, si hactenus interpretes omnes, in hac re explicanda, valde ingeniis cecidisse videntur, cùm re vera, & acutissima judicia hæc perplexitas superet, & nescio an quid æquè prima fronte oscurum, & implicitum, nostra hæc Juris scientia contineat. Nos tamen aliorum difficultatib. minimè deterriti, quos ali fluctus trajicere non potuerunt. *Alexan. Jas. Ripa* L L*uci. de vulg. & pupill.* facilè Deo duce evadere posse speramus, tamen æquus nobis judex lectorque contingat. Diximus supra Jure veteri, naturales á patribus hæredes institui semper potuisse Nunc illud addimus, rectè id etiam se habere, quod Justinianus dicit. *in d. Auth. in princ.* Naturalium nomen Romanis legibus usque ad Constantinum ignotum omnino fuisse, eumque primùm de iis in Constitutionib. suis mentionem fecisse. 2

Ego enim sic hæc interpretor, Romanorum legibus nihil unquã usque ád Constantinum de naturalium successione cautum fuisse nec in eorum honorem, nec in contumeliam, propterea quòd illi tunc temporîs, ut novi quidam homines extraneorum numero habebantur. Unde necesse visum non fuerat, quicquam de iis legibus constituere, prout

3 nec de cæteris, qui alieni erant, & nobis non conjuncti. Interim verò nihil prohibebat, quo minùs hæredes instituerentur, nam sicuti extraneis, sic & iis, quibus legari licebat. Ab intestato ergo non quidem admittebantur, quoniam de iis nihil lex statuerat, & hoc est quod Justinianus ait, *d. Auth. in princ.* Naturalium nomen Romanorum legibus usque ad Constantini tempus neglectum fuisse. Nam quæ ab intestato nobis deferuntur hæreditates, illæ ex lege propriè obvenire dicuntur, L. *lege obvenire, de verb. sign.* at in testamentis hominum potiùs studium versatur, ideò ex testamento rectè capere poterant, id enim lege non erat interdictum, & huc pertinent omnia ea exempla aliàs nobis relata, quæ ostendunt, & institui, & iis legari, & per fideicommissum relinqui licuisse. Hæc tamen, quo ad patris successionem tantùm locum habebant, cujus ratione ij non filii ab intestato, sed alieni cencebantur, & quo ad hanc partem à legibus non nominàbantur. Ast quo ad
4 matrem pertinebat, ut filios olim etiam à legibus agnitos credo, cùm illi ab intestato hæredes esse possent, L. 1. *unde cog* & Senat. consulta eos ad successionem expressé vocarent, L 1 §. *sed vulgo ad Tertil.* quod quidem potuit ita fortasse admitti, quód mater semper certa erat, L. *quia semper, de in jus voc.* & cognationis jura cum illo retinebat, pater non æqué, nam quo ad eum ij videbantur nisi quatenus ipsemet, non legis vinculo, sed sponte, & volens se illis parentem exhibuisset, Leges igitur illos ut terræ filios quo ad patrem negligebant, nec ulla fuerant mentione dignati, illis nec successionem deferendo, nec etiam interdicendo, *L. naturali, de confir. tut.* quæ ita se usque ad Constantinum habuere. Constantinus verò, qui ut rerum potitus est, animum statim ad multa veterum moderanda, aliaque de novo constituenda adiecit. 5
Cùm leges severissimas, quám plures tulisset, ut Eutropius, Victor, Sabellicusque referunt, dicituris quoque primus de naturalium successione, de qua nihil à legislatoribus eousque fuerat sancitum, constituisse. Cùm enim tunc omnibus passim liceret parentibus, in naturales filios, quæ vellent bona conferre, edidit duas ille leges: alteram, qua senatorum, & virorum illustrium cum infimis personis connubia damnavit, eorumque filios exclusit, quæ & adhuc extat: *L.* 1. *Cod. de nat. lib.* alteram, qua naturales filios quicquam ex patrum seu testatorum seu intestatorum hæreditate consequi prohibuit, hocque modo primus de naturalibus sanxisse dicitur, eó quód expressé patribus interdixit, ne quid iis relinquerent, quod antea ut extraneis licebat, *facit. L si C. eo verb. quasi sacris.*
Et hæc deinde multis post annis 6
usque ad Valentis, & Valentin. impèrium sic servata sunt. Postquam verò ad imperii fastigium hi fuerunt evecti, tunc cœptum est cum naturalibus multò mitiús agi, quàm antea per Constan leges liceret. Quapropter posterior ejus constitutio, qua naturales filii expellebantur, abrogata statim est, ex aliarumque legum albo penitus deleta, unde nec hodie ulla ampliûs ejus extant

extant vestigia, nisi quatenus de ea ab alis Imp. fit mentio. *In Novel. Mar. tit. de matrim. sen. §. fi.* Constituerunt igitur hi, ut naturalibus filiis, ubi legitimi alij non supereſſent, tres unciæ à patre relinqui possent, ubi, & alii legitimi extarent, uncia tantùm. Quæ cònstitutio integra adhuc in Cod. Theod. legitur, cujus verba hîc etiam volui adscribere, ut ex his, unusquisque cognoscat, vera esse quæ modó diximus, videlicet Costantin. naturales filios penitus excluſisse, primosque Valent, & Valentin. illos ad successionis partem invitasse. Ait enim Valens, *in* L. 1. *de nat. lib. in C. Theodos.*

Placuit manentibus cæteris, quæ de naturalibus liberis Constantinianis legibus cauta sunt, hæc tantummodò temperare, ut is qui hæredem hæredisve filios ex legitimo matrimonio, vel nepotes, qui filiorum loco, habiti sunt, patrem quoque matrem ve dimittit, si ex consortio cujuslibet mulieris naturales susceperit, unam tantùm bonorum suorum, & hæreditatis unciam naturalibus vel mulieri donandi, aut relinquendi habeat facultatem. Si quis verò nullo ex his quos excepimus, superstite moriatur, atque ex muliere, quam sibi adjunxerat, naturalem, pluresve dimittat, usque ad tres tantùm uncias, tam in mulierem, quám in naturales, quo malverit, Jure transcribat. Dat. Grat. & Probo COSS.

Hac lege lata, postea Arcadius, & Hon. idem quoque statuerunt, paucis tamen adjectis, quæ in Valentin. lege non continebantur, quæ & hodie in Codice nostro extant. L. *matre C de nat. lib.* tandemque, & Treodosius Junior, nova constitutione prædicta omnia confirmovit, ut in Theodos. Codice legitur, cujus verba hæc sunt. L. 2. *C. de nat. lib. in C Theodos.*

Naturales liberi, eorumque matres, nec parentum arbitrio in successionib. cæterisque modis quibus rei mobilis & immobilis dominium comfirmatur, passim, & sine legis distinctione congrua permittantur, nec tamen legis quæ nuper lata est, asperitate premantur, cùm satis sit secundum priorem constitutionem, aut extantibus justis liberis, aut etiam non extantibus, id tantùm consequi, si partris deferatur arbitrio, quod per eam justa moderatione decretum est, cæteris quæ de eorum matribus, libertis libertinisque novam constitutionem decreta sunt, in sua manentibus firmitate. Dat. Tauro & Felice COSS.

Meminit, & hujus Constantini asperitatis, contra naturales, Theodosius in Novellis suis. 7
§. illi etiam parti. in Novel. Theo. tit. de eo. decur. & nat. fil. Ex quibus omnibus intelligimus, quæ antea adeó difficilia, & inter se contraria videbantur, satis nunc plana, & simul composita reddi, nec ullum amplius scrupulum in his reliquum esse: cùm verum primò sit, De Naturalium successione usque ad Constantinum nihil legibus cautum fuisse. Verùm illud etiam Valentem, & Valentin. primos naturalibus indulgere cœpisse. Falsum illud verò, sicuti multa alia, quod Alciatus dixit, *parerg. li. 4. c. 5.* 8

Conſtantinianam legem à Valentiano reſtingi, cùm immo ex ea naturales cœpti ſint adjuvari, excluſaque Conſtantini ſeveritate, magnum naturalibus ob hanc commodum fuerituimpartitum.

CAPUT XXXVII.

Vera, & nova declaratio L. Lucius, de vulg. & pupilla.

SUMMARIUM.

1 *An ſubſtitui naturalis legitimo poſſit pupillariter, aut vulgariter.*
2 *Error omnium interpretum in hoc verbo naturales.*
3 *Naturalis pro filio vero, & juſto.*
4 *Filio naturali non fit pupill. ſubſtitutio.*

CUm ſuprà ſtatuerimus Jure veteri naturales ex teſtamẽto patri ſuccedere potuiſſe, quod pluribus ex locis conſtant: jam id ſequitur, ut intelligamus certane eſſet in hac re determinata portio, ad quam admitti poſſent, an veró in libero parentum arbitratu poſitum, qua liberet eos benignitate promereri Qua in re explicanda offert ſe nobis in primis Pauli reſponſum quoddam enucleandum, unde Doct. noſtri hanc quæſtionem colligere ſolent, L Lucius, *de vulg. & pupil.* in quo tamen percipiendo, ij tam procul à recta aberrarunt, ut nedum in re propoſita valdè ſint decepti, verùm & in multos alios deinceps errores graviſſimos inciderint, quos recentiores quidam ſubodorati, cùm nec tamen ipſi loci aſpiratatem evadere ſatis commodé noſſent, neceſſarium eſſe aliquid in hac re divinare profeſſi ſunt. *Ripa. d.* L. L*ucius num.* 3 *in fin.* Res autem ſic ſe habet, Nam dum quærimus, quænam olim naturalibus filiis bona poſſent relinqui, vix poſſunt Doctor, nec multis cum cavillationibus, & conjecturis inter ſe convenire, ideoque in cauſa eſt quod traditum quandoque dicunt, naturalem filium à patre ſubſtitui nō potuiſſe, alteri legitimo filio intra pubertatis annos, ita ut ex pupillari illa ſubſtitutione, & pupilli, & paterna omnia bona ſimul conſequeretur, propterea quòd illum lex integram parentis hæreditatem cernere prohiberet. L. *ſi is qui d. vulg.* Alibi verò á Paulo reſponſum, naturalem filium cum legitimo à patre inſtitutum, & ei vulgariter potuiſſe ſubſtitui, *d.* L. L*ucius*, quæ plané contraria apparent, quin contra juris rationem, eo quòd ſi in naturali filio vulgaris admittitur ſubſtitutio, cur non, & magis pupillaris, cûm perillam directo quis teſtatori, per hanc ipſi pupillo quis hæres exiſtat. *Inſt. de pupil. in princ.* Quamviſque nonnullas hujus rei rationes afferre conati ſint, *Bald. Aug d. L.* L*ucius Alexan. Caſt. d.* L. *ſi is qui.* non ſunt tamen illæ ſatis dignæ quæ referantur, tam facilè omnes rejici poſſunt, quod & non nulli abſque magno labore fecerunt. *Rip. d. L. Lucius.* Hujus igitur rei difficultas omnis ab hoc Pauli reſponſo pendet, quod uſque ad hæc tempora tam perperám ab omnibus acceptum eſt, ut nihil

nihil tam alienum ab ejus mente dici posſit, quám id quod inter-
2 pretes noſtri cogitarunt, vel po tiús ſomniarunt. Cùm enim in eo de naturali filio mentio fiat, tum ſtatim ſibi Doctores omnes perſuaſiſſimum habuerunt, de illo naturali intelligendum, qui ex concubinatu ſuſceptus eſt, ſuperque eo varias quæſtiones ſtruentes, tum omnia deinde veluti ſuperlabanti, & arenoſo poſita fundamento, vitium facere cœperunt.
3 Error igitur ille fuit, quòd ibi naturalis pro vero, juſto filio accipiendus fuit, id eſt, pro naturali, & legitimo ſimul, non naturali tantùm, quod, & apud bonos latinos authores ſæpiſſimé in hac ſignificatione reperitur, *diximus c* 18. ut cùm Suetonius in Tiberio inquit, filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptivum Germanicum patria charitate dilexit. Et in Jure etiam extat hoc eodem ſenſu, *Gloſ. L. quoties idem de reg. jur.* ſicuti, & naturalis pater, pro vero, & legitimo parente. L. *ſi pater naturalis, de ado.* & § *at. hi. Inſti de hære. quæ ab inteſt.* & §. *ſed hod. de adopt.* Maximé autem cùm leges de adoptivis, qui legitimi tantùm vocantur, & aliis juſtis filiis loqui volunt, ſemper ferè animadvertas, hos naturales ſimpliciter appellari: L. *non poteſt. de adop.* L. 1. §. *ſuos, de ſuis & legi.* L. 1. *imprinci. de bon. poſſeſſ. contra tab.* & *Inſt. de hæred. quæ ab inſt.* §. *minùs.* quòd proprie, & in præſenti lege contingit. Hanc autem germanam eſſe illius interpretationem, loquique proculdubiò Paulum de vero filio, non naturali tantúm, inde apertè patet, quod in fine reſponſi ait, liberos eos, ſi ejuſdem ætatis fuiſſent, nedum vulgariter, ſed, & pupillariter intelligi ſubſtitutos. Quomodo verò pupillaris filio naturali tantùm fieri potuit, cùm eos quibus ita ſubſtituimus, in poteſtate eſſe neceſſe ſit: *L. 2 in princ. de vulg.* naturalis autem initio ſui juris natus in patris nunquam ſit poteſtate, *Inſtit. de pa. pot.* eique hoc genus ſubſtitutionis minimè convenire omnes alibi fateantur. *Bart. L. 2. de vulg num.* 2. Sed rem clariſſimam pluribus demonſtrare operæprecium non eſt. Planè ita tolluntur omnes Doctorum ſcrupuli, ſic facilè nodi omnes, ab his compoſiti, diſſolvuntur. 4

CAPUT XXXVIII.

Naturales filii Quomodo olim, & quomodo hodie ſuccedant.

SUMMARIUM.

1 *Naturales olim extraneorum numero à legibus habebantur.*
2 *Leges loquentes de eo qui ſolidum capere non poteſt, quomodo ſint declarandæ.*
3 *Quid Conſtantin. Valentin. Theodoſ. de naturalium ſucceſſione conſtituerint.*
4 *Naturalis, cui pater unciam reliquit, an præter eam alimenta poſſit petere.*
5 *Quomodo naturales ab inteſtato ſuccedant.*
6 *Naturales matri ſuccedunt, perinde ac legitimi.*
7 *Naturales præteriti à patre in*

in teſtamento, an poſſint id impugnare.

8 *In ſucceſſione naturalium, an ſervetur Jus Canon. aut civile.*

9 *Naturales ex ſervili conſortio quomodo ſuccedant hodie.*

10 *Cur favorabiliores aliis videantur.*

PRopoſitum paulò ante id nobis fuerat, ut ageremus de naturalium filiorum ſucceſſione, quod negotium cùm jam aggredi vellemus, multa ſe nobis in ipſo veſtibulo obtulêre, quæ aditum quaſi præſtruxere, propterea maiore apparatu neceſſarium fuit, & priûs à recto itinere paulo divertere. Nunc verò ſemitam repetimus, & quod ſupra admonuimus, hoc quoque loco aſſeveramus, nihil quod meminerim, Jure veteri, de naturalium ſucceſſione in paternis bonis cautum fuiſſe, eò quia, quo ad hanc patrem, extraneorum numero à legibus cenſebantur, *facit L. natúrali de conſtut.* Quo fiebat, ut ſi pater non alios legitimos habuiſſet liberos, liceret ei utique in univerſum illos hæredes ſibi relinquere, L *omnes §. Lucius quæ in fr. cred. L. fi. de jur. delib.* quod ſi & legitimos ſuſcepiſſet, tunc & naturalibus aliquid quidem relinqui potuiſſe, vulgo ajunt, *Doct. L. Lucius de vulg.* cæterùm eſſetne in eo certus modus, aut lex præfinita, quantum ii capere poſſent, in hoc multi dubitaverunt. Ego ita exiſtimo, cum nihil de iis veteres leges ſanxiſſent, potuiſſe eos extraneorum exemplo, reſervata juſtis filiis legitima portione, in reliquum deinde rectè à patre inſtitui, *L. cum quæritur* L. *parentib. C. de inof. teſt.* Quod enim prohibitum expreſſe non reperimus, cur non permiſſum potiùs cenſeamus? Præſertim verò in naturalibus filiis quos lex vetus, & ſi non vocavit, non improbavit tamen: L. 3 *ubi Bar. de concub.* Quoniam vero huic ſententiæ contrarium quoddam reſponſum adduci ſolet, *L ſi is qui ex bon. de vulg.* quod in ore eſt omnium, & Doctores valdè fatigavit, ex quo colligunt, certos olim ac lege conſtitutos fuiſſe ſucceſſionis horum naturalium modos. Ego adhoc, & ſi qua hujuſmodi reperiuntur, reſpondeo, Ubi lex, de eo qui ſolidum capere non poteſt, loquitur, *ut in* L. *ex facto §. fin. de vulg* L. *cogi §. hì qui ad Trebel. L. ſi is qui de hær. inſt.* id non in naturali filio intelligendum dico, prout Doctores ajunt, nam nec lex hoc inquit nec de eò accipi poteſt. Verum damnato in metallum, deprotato, aut peregrino talia ve ba conveniunt, quibus præter alimenta nihil licuit relinqui, *L. 3. de his quæ pro non ſer.* L. *pen. de cap. diminu.* aut ſaltem aliis exemplis ea declaranda puto, quæ paſſim in Jure occurrunt, L. 1. C. *de ſe. nup. Aut. præterea. C. und. vir. & uxo.* L 1. *& fi. de bo. dā. l. 3. de interd. & relig.* cùm ſpecialiter de naturalibus nihil exprimant. Sed hæc olim. Conſtantinus autem, qui in naturales ſũma, ut diximus, *cap.* 36. uſus eſt acerbitate, cum primis deinde ſanxiſſet, ne cui naturales non ſolum ab inteſtato legitimi non eſſent hæredes, verum nec ex teſtamento quicquam poſſent capere, propterea intra id tempus nunquam alicui hi naturales ullatenus ſucceſſiſſe leguntur. Secuta

ta sunt Valentis, & Valantiniani tempora, qui mitius cum naturalibus agere cœperunt, patrique permiserunt, ut si non alios legitimos suscepisset filios, & utroque esset parente orbatus, tres uncias naturalibus, cum eorum matre communicandas ei liceret relinquere, alioquin unciam tantum, vel soli concubinæ semiunciam, §. *discret. Auth qui mosu* & L 1. *de na. li. in C. Theodos.* Et constitutionem hanc Arcadius, & Honorius, *l.2. in Cod. de na. lib.* inde Theodos & Valentinian. confirmavere. L. 2. *in Cod. Theod. de na. lib.* Justinianus autem horum omnium multò humanior, primum quidem sex uncias, legitimis nullis liberis extantibus, eos cosequi posse permisit, *l. huma* C *cod.* post etiam, rem omnem á veteri illa severitate ad summam mansuetudinem traduxit. Sanxit enim, ubi quis sine legitima prole decederet, eum naturalibus filiis, omnia bona sua, vel viventem largiri, vel in testamento posse relinquere, excepta ea portione, quæ superstitibus parentibus debetur. Ubi veró cum naturalibus, & alii justi filii adessent, tunc naturales ad unciam tantum vocari concesslit, cæterum quod ultra id esset legitimis deferri, §. *nos igitur Aut. qui mod. sui.* Unum tantum excepit casum, quo nec uncia naturalibus legari posset, ubi scilicet legitimus filius minus quam unciam è patre adeptus esset, noluit enim legitimos ulla in re naturalibus inferiores haberi, *l. cõmunium* §. *fin.* C. *de donat. lib.* Quod si pater nec unciam eis reliquisset, nec ullam de is mentionem in testamento feciisset, jussit nihilominùs eos ab hæredibus alii: *Auth. licet. C. eod*, quæ, & hodie in usu sunt. Sed oritur dubitatio. Pater in testamento 4
hæredes sibi legitimos filios suos instituit, naturali unciam tantum legat: naturalis præter unciam, & alimenta sibi ab hæredibus decerni postulat. An hæc Jure debentur? Et sane non puto, nam cum pater naturales filios omnino alere teneretur: §. *pen. cum Glos. Auth. qui. mod. nat. sui.* nũc quam eis unciam in testamento reliquit, videtur, compensandi potiùs animo legasse, *arg l. si eũ dotem* §. *si pater sol. mat. l hujusmodi* § *cum pater de leg.* 1. ex quo alimenta illa necessario legis vinculo iis debebantur, *arg. no per Dec. Aut. præterea Cod. un. vir,* & *ux n.* 11. *Alex. d.* §. *si pater. n.* 4. tum etiam quia non aliter hoc alendi onus patri, & consequenter ejus hæredibus incumbit, nisi quatenus aliunde se nequeunt filij sustinere. *Bart.* L. *libertis* 2. §. 1. *de ali & cib. leg.* Cúm ergo unciam sint habituri, omnium bonorum, quæ est necessitas, ut illis adhuc alimenta constituantur. Et sanè Jure civili hæc alimenta petere non possunt, cum immo lex id prohibeat, §. *ne igitur Auth. qui monat. sui.* minùs quoque Jure Canon. hæc exposcent, cùm jam victui necessaria sint consecuti. Relinquum est igitur, ut sola ea uncia contenti esse debeant. Sed hæc testamento facto ita se habent. Cum verò intestatus pater moritur, nullis aliis relictis liberis, tunc ad duas hæreditatis uncias, & alimenta etiam, naturales hodie, vocari solent. §. *si quis autem cũ Glo. ver. uncias & Bart.* § *consideremus. Auth. de trien. & semis.* Ast 5
ubi alii justi filii patri extarent,

aut

aut adoptivi etiam. *Angel. §. fin. Auth. qui monat. ſui.* aut ſola legitima conjunx, his caſibus, naturales nihil ex paternis bonis præter alimenta conſequuntur: *Auth. licet. C. de nat. lib.* Uſque adeò, ut etſi juſti filii eam hæreditatem repudiarunt, adhuc ſuperſtes uxor, naturales filios repellat, quod ita in uxoriæ dignitatis honorem fuit inſtitutum: *Imo Ripa l. Lucius n. 6. de vulg & pu.* Nepotes autem ex naturali filio nati, nuquam ab inteſtato, ſeu extantibus, ſeu minùs, aliis legitimis liberis, ad ullam portionem admittuntur, *L. fi in fi. C. de nat. lib. Angel. d. §. fi. nu.* 16. exceptis alimentis, quæ his
6 perinde ac naturalibus filiis debentur, *diximus cap.* 47. Atque hæc de naturalium ſucceſſione in paternis bonis ſunt intelligenda quod enim ad matrem ſpectat, aliud eſt, cùm ei in univerſum ab inteſtato ſuccedant, *§. pen. Inſt. de ſuc. cog.* & inofficioſum etiam illius teſtamentum dicere poſſint, *L. ſi ſuſpecta §. 1. de inoff. teſt.* atque à legitimis nihil prorſus differant, ita ut iis quoque extantibus, adhuc tamen naturales cum aliis æquè in hæreditate materna concurrant. *L. pen. in fin. C. ad Orſt. ubi Bald. Cor. & Cagno. num.* 34. 42. quod cùm Jure civili apertiſſimè ſit conſtitutum, *d. L. pe. in fi.* ſunt tamen qui hoc minùs rectè aut juſtè ſancitum, temeré audeant clamare. *Garz. tract. da ult fin. jur. Cano. num.* 125.

Pater autem ipſe neceſſe non habet, ullam de illis in teſtamento mentionem facere. *L. fin. C.*
7 *de nat. lib.* cùm nec his legitima debeatur, nec præteriti tale rũpant teſtamentum; *Gloſ. L.* 1. *verſ. naturales, & Barto. de contra tab. Traq. L. ſi unquam C. de reu. do verſuſceperit. n.* 47. verùm quod adeo proficiſcitur, id totum meræ ejus beneficentiæ acceptum ferendum eſt. Quæ ſané omnia, & hohie Jure Pont. firma eſſe ſciendum eſt, quamvis id, tales concubinarum conſuetudines valdè damnare videatur, 8
cap. nemo 32. *q.* 4. verûm cum ſucceſſionum materia propria ſit legum civilium, *c. ſi.* 1. *diſt.* non dubitamus jus quoque Pontificium ad eas redigere, & ſecundum civiles conſtitutiones interpretari. *Abb. c. tanta, qui fil. leg. num.* 12. *Rip. L. ſi unquam. C. de revo. don. num.* 78. unde naturales utroque Jure ad parentum bona juſta prædictas diſtinctiones vocabuntur. Obſervandũ tamen id eſt, non in omnibus paſſim naturalibus hæc ita ſe habere, ſed in iis tantûm, qui ex libero, & libera concubina geniti ſunt. At 9
qui ex ſervorum conſortio prodiere, ſive ex patre libero, & matre ancilla, ſive ex utroque ſervo aut matre libera, patre verò ſervo, licet hi quoque naturales appellentur, *ſupra cap.* 13. 14. ſi tamen ſimul cum parentibus libertatem fuerint conſecuti, hodie Juſtiniani conſtitutione, tam ſoli, quàm ſi cum aliis legitimis concurrant, ad parentum ſucceſſiones, agnationes tutellaſque vocantur, ac in omnibus legitimorum Jura adipiſcuntur. *Inſt. de ſerv. cog. in princ.* His etenim lex ideo magis quàm cæteris naturalibus favere voluit, ideó quòd probabile eſt hos verum matrimonium ſi licuiſſet, fuiſſe contracturos, aſt il- 10
los voluntas ſola à juſtis nuptiis celebrandis cohibuit. Meritò lex neceſſitatem, ut maiori dignam

huma-

humanitate, mitiús etiam prefecuta eſt, *arg. L.* 1. §. *merito de po.*

CAPUT XXXIX.

De Parentum, & tranſverſalium ſucceſſione in bonis naturalibus.

SUMMARIUM.

1 *Mutua ſucceſſio inter parentes & filios naturales.*
2 *Pater qui legitimos filios habet, an poſſit naturalibus ſuccedere.*
3 *Viciſſitudo in ſucceſſ. quomodo conſideranda.*
4 *Naturales nullos habent agnatos, ſed cognatos.*
5 *Naturales inter ſe quando ſuccedant.*
6 *De naturali utrinque conjuncto, & uterino tantùm.*
7 *In feudi ſucceſſione, utrinque conjunctus non ſemper aliis præfertur.*
8 *Naturalis ſuccedit fratri uterino æquè cum matre.*
9 *Differentia agnationis, & cognationis, an ſit, quo ad naturales filios, ſublata.*

1 SEd quæ modó diximus naturalium tantùm reſpiciunt ſucceſſionem in paterna hæreditate. Agendum nunc eſt, quemadmodum contra parentes, atque ex tranſverſo latere jucti, ad illorum bona vocentur. Et quoniam ſcimus, contraria omnia eadem ratione dijudicari: *L.* 1. *de his qui ſui ſunt.* ſicuti tradidimus naturales in duabus tantùm unciis patri inteſtato hæredes eſſe, ita & parentes ad filiorum ſuorum bona pro eadem portine admitti debent: §. *de nepotibus Auth qb. mod. ſui Dec. conſ.* 311. *in princ.* eodemque argumento, & mater patre non extante totam hæreditatem filii conſequetur, extante patre, illa decem uncias, pater duas legitimo Jure capiet. *Inſt. ad Tertyl* §. *fi. & Authen. licet. C. de nat. lib* Hincque exiſtimarunt multi *Matheſ de ſuc. ab inteſ.* 2. *memb.* 2. *ar. n.* 9. *Ubald.* 2. *part. n* 23. *Ang* §. *præferunt. Inſtit. ad Tertyl. num.* 17. patrem qui legitimos filios ſuſceperit, nullum ampliûs jus in naturalium filiorũ bonis ab inteſtato habere, propterea quòd nec ſibi, jidem naturales, extantibus aliis legitimis queant ſuccedere. Quin patrem faciliùs ab eorum hæreditate repellendum, quo magis ipſe in culpa fuit, cùm omnia hæc patris, non filiorum vitio, crimineve contigerint. *Auth. de inc. nup. in princ.* Sed ego contra; Nam in ſucceſſionibus admitto 3
quidem, viciſſitudinem eſſe ſervandam, ea tamen ab initio in genere, non ex eventu ſpectanda eſt. Ait lex, Ubi pater abſque legitimis liberis deceſſerit, naturalis ſuccedat. Ergo contra, ubi naturalis ſine filiis objerit, pater vocari debet, hæc enim eſt viciſſitudo, ut ſpectemus eum qui prior defunctus eſt, an liberos ex ſe ſuperſtites reliquerit, an minùs. In eo verò qui ſucceſſurus eſt, cur id inſpiciatur, cùm ita ſequeretur, numquam alteri alterius hæreditatem obvenire poſſe. Finge etenim jam prædeceſſiſſe patrem, plané ſicut ex eventu hoc conſtat, eum non ampliùs

filio hæredem futurum, sic & ea ratione dicendum esset, nec filium illi succedere debere, si eventum hunc, qui in persona successoris contigit, respicere vallemus. Sic & cùm frater fratri nullis extantibus descendentibus aut ascendentibus succedat *Aut. itaque C. com. de suc.* sequeretur quoque, ut si alter eorum liberos suscepisse, ampliùs alteri sine lib. decedenti non posset succedere, eò quòd cùm ipse filios haberet, fratrem jam omni sibi succedenti spe exclusisset, cùm filii sui ante alios ab intestato vocentur. *Aut. in successione.* C. *de suis & leg.* quæ tamen omnia quàm absurda sint, nemo est qui non videat Hoc igitur, & casu filii quidem legitimi, patri in eo proderunt, ut ejus hæreditas ad naturales non perveniat, non oberunt verò, quominùs is illis naturalibus sine liberis decedentibus succedat, nam hoc tantúm in eorum gratiam fuit constitutum, ut satis notum est, quod ita potiùs in odium converteretur. Quotiescunque igitur naturales absque filiis decesserint, pater etsi alios legitimos habeat, quomodocunque semper duas uncias capiet, reliquum ad matrem Jure legitimo pertinebit, *d. Auth. licet. & L. pe. C. ad Orfic.* quod

4 etsi pater prior obierit, tunc dubitandum non est, quin in solidum mater excluſiis legitimis filiis sit hæres, cúm naturali ipsi, cùm agnatis patris nulla intercedat conjunctio, existimeturque quo ad illos in successione prorsus extraneus: §. *filium. Auth. quib. mo. nat. off sui.* adeò ut etsi mater superstes non sit, in ejus tamen hæreditate, hi qui per lineam maternam proximioresſunt, semper cæteris quibuscunque à patre agnatis præferantur, nec illi ullo unquam casu admittantur. *L. si Spurius Unde cog.* Quin, & matre mortua, patre verò superstite crediderim eadem ratione patri duas tantúm uncias reservari, cæterùm proximioribus per lineam maternā cognatis deferri. Naturales autem inter se quidem ex patris latere tantùm juncti fuerint, nulla se omninò necessitudine attingunt, cùm tunc liberi patrem, & ejus agnationem sequantur, cùm legitimè nuptiæ interceſſerunt, *L. cùm legitimæ, de sta. hom.* hi verò omni agnationis Jure carere dicuntur, *d. §. filium.* ideoque nullo proximitatis nomine ad mutuam successionem possunt vocari. *Glos.* L. 2. *Unde cog.* Quòd si ambo ex eadem matre editi fuerint, retinent tunc cognationis jura, quæ à matre proficiscuntur. §. *fi. Inst. de succ. cogn.* rectèque ut cognati inter se atque aliis eodem exfonte prodeuntibus succedere possunt. L. *si spurius.* L. 2. *Unde cog.* quod, & multò magis esset affirmandum, si utrinque tam ex patris quàm matris latere essent conjuncti, licet semper ut cognati, tantùm, non ut agnati veniant, 6
Atque id circò cùm Mævius qui alterum fratrem utrinque conjunctum, alterum uterinum tantùm, sed naturales ambos habebat, decessisset, censebant omnes. *Mathes. de succ. ab inte. in 2. mem. 3. artic. prin. numer.* 11. & *seq.* ex communibus juris regulis, utroque latere junctum uterino esse præferendum, *Auth. cessante. C. de leg. hære. §. si igitur Auth. de hær. quæ ab intest.* cum duplici nexu quis arctiùs, quàm

quàm ſimplici tantùm vinciatur. A qua tamen ſententia ego longiſſimé abſum, cùm, ut ſuprà diximus, in his naturalibus nulla prorſus agnationis habeatur ratio, & nec minimum quidem cum patre vel jus conſanguineis commune habeant aut annexum, *d.*
7 *L. cùm legítimæ. d. §. filium.* Tantum igitur matris attenditur vinculum, quoniam alterum nihil ad rem facit, eſtque alieniſſimum ſicuti in feudo, utrinque conjunctus, aliis ex latere tantúm patris conſanguineis non præfertur, quoniam in eo agnatio ſola ſpectatur, cognatio negligitur. *Bald. cap.* 1 *§ his verò, de ſucceſ. frat. Ripa. L. re conjuncti. num.* 13. Qua ratione, & nunc uterinus tantúm, æquè cum aliis utrinque conjunctis ſuccedet, quoniam naturalis qui decedit, patri omnibus neceſſitudinis nexu devinctus eſt, ideo, & æquas omnibus deferet portiones, *arg. Aut. poſt frat. C. de legit. hæred.*
8 Et hoc argumento infinitas propè opiniones à Doctoribus communiter receptas infirmari poſſe puto, *Ubald. de ſuc. ab inteſt. in 2. par. numer.* 24. veluti cúm filium naturalem ſuperſtite matre á fratris uterini præmortui ſucceſſione excludunt, eó qudòlex fratres tantùm utroque latere junctos defuncto, ſimul cum parentibus æqué ad ſucceſſionem vocet, non qui altero tantúm ſunt connexi. §. *conſequens. §. ſi verò. Aut. de hæred. quæ ab inteſt.* Illud enim eo caſu ita á lege conſtitutum nemo non videt, quòd ſcilicet parens, tamquam frater utrinque conjunctus habeatur, qui ſemper quocunque fratre uno tantúm capite adjuncto, potior erit. *Bald. Auth. defuncto. C. ad Tertu. num.* 8. At nos matrem naturalibus filiis ſolo cognationis vinculo affinem eſſe affirmamus, parique gradu & naturalem illi conjunctum eſſe, *Inſt. de ſuc. cogn. § fin.* meritoque neutrum alteri præponendum Ut, & licet eodem in concubinatu, jiſdem ex parentibus uterque filius ſit procreatus, ſemper tamen unicum cognationis jus, non duplex conjunctio conſideretur. Plané mater quæ filios, alterum naturalem, alterum naturalem, & legitimum ſuſcepit: ſi legitimus decedat, ſola tunc naturali excluſo filio ſuo legitimo ſucccedet, quoniam tunc duplex adeſt vinculum, civile, & naturale, *Aut. defuncto. C. ad Tertyl.* atque ita communi ſententiæ locus eſſe poterit. *Ang. §. fin. Auth. quibus mo. nat. off. ſui.*

Quid verò ſi quisdicet, hodie æquè patri ac matri naturales filios debere ſuccedere, cùm omnis agnationis & cognationis differentia in ſucceſſionibus jam ſit ſublata: *§. fin. Auth. de hære. quæ ab int.* & ſola naturalis cauſa nunc inſpiciatur. *Aut. in ſuc. C. de ſuis & legit.* atque ita prædicta omnia quæ ſuprà relata ſunt jam ceſſare, cùm naturalis, qui jura cognationis cum matre retinebat, ob æquiparationem factam, & differentiam ſublatam, idem & veluti agnatus patri à legibus agnoſci debeat? Quid reſpondendum erit? Ego ſanè dicerem, cum qui ita exiſtimet, longè falli: Sic enim fieret, ut hodie naturalis filius, ſicut legitimus, patri ſuo ſuccederet, & cum legitimo æquè concurreret in hæreditate. Sic & Jura noviſſima Juſtiniani, ubi de naturalibus ſanxit. *Auth. licet. C.* 9

de nat. lib. & §. pen. & §. discr. Authen. qb. mo. na. sui. jam omnia correcta essent, omnia immutata, quod vel dubitare, maximè inceptum & ridiculum esse censeo. Quod ergo constituit Justinianus, ut nulla hodie inter agnatos & cognatos differentia servetur, id in legitimè natis tantùm procedit, qui poterant ab intestato succedere. Ad naturales autem non pertinet', quòd hi in minima vix parte unquam succedunt patri, idque; potiùs pietatis cujusdam causa olimque cognati illi poterant, & aliis agnati esse. Ast hi nullos prorsus agnatos unquam habere intelliguntur. Meritò ea constitutio de his illegitimé natis, uunquam accipietur, quod & ingeniosissimus Faber in commentariis suis tradit. *Fab. Inst. serv. cog. nu. 5. Caccia. si qua illustris colum. 23. C. ad Orfic.*

CAPUT XL.

An spurii a patre instituí in testamen. possint.

SUMMARIUM.

1 *Exquolibet illegitimo congressu spurij oriuntur*
2 *Spuriorum duo genera.*
3 *Mulieres quibuscum impunè licet rem habere. & num. 6.*
4. *Spurij quídam à patre institui possunt, alij non possunt.*
5 *Quare spurij patri intestato non succedant.*
6 *Damnatus coitus quis dicatur.*
7 *Triagenera filiorum.*

QUantum inter se differant naturales & spurij, licet adhuc sæpiùs ostenderimus, hoc uno tamen ex loco facilè est intelligere, qúod naturales quandoque patri hæredes esse possunt, spurij semper paterna indigni successione habentur. *Auth. licet, C. de na. lib.* Ego veró spuriorum nomine cùm omnes ij contineantur, qui ex illegitimis quomodocunque nuptiis sunt procreati: *L. vulgó. de sta. hom.* crediderunt etiam Doctores nostri generaliter spurios cunctos à patris sive testati, sive in testati bonis arceri. *Bar. L. fin. de his qui. ut indi. 1. col. Alber. Rubr. C. de nat. lib.* proptereaque & eos qui ex scortis, ancillis, aut infimis: hujus generis fœminis suscipiuntur nihil ex patris testamento capere posse, eò quòd ubi non justæ concubinæ loco nobis mulier juncta fuit, filij semper spurij, non naturales solent appellari. *Old. consil. 196. Bald. 129. in sec. & 206. in 3.* Colliguntque hoc Doctores, & ex Justiniani nonnullis constitutionibus. *Auth. quib. mod nat. leg. circa. fi. & Authen. de Nothis, aliàs qb mod. nat sui.* in quibus cùm de Nothorum successione, sive ex testamento, sive ab intestato plura agat, attestatur is deinde sæpiùs hæc se tantùm de naturalibus filiis sanxisse, nec id beneficium ullo pacto ad alios velle pertinere. *Aut. de trien. & sem. §. consideramus. & §. si quib. mo. sui.* Itaque spurios omnes penitus à paterna sueecessione exterminatos volunt, cùm nec dignos quidem putarit, quibus alimenta relinquantur. *Aut ex complexu. C. de inces. nupt.* unde & tam sæpè in Jure legimus, spurios nihil cum bonis patris habere cummune:

ne: L. *si spurius. un. cog.* nec illi aut agnatos, aut consanguineos esse. *Inst. de suc. cog §. fin.* Quæ sententia communi Doctorum omnium calculo ita est confirmata. *Oldr. consilio* 196. *Azo. in sum. C. de ince. nupt. in fin. Bart.* L. *fin. de his qui ut in dig. Goz. cons.* 21. *num.* 23. *Angel. in §. fin. Aut. quib. mo. sui. Bald. L. perpetuo, de condi. ob. turp. cav. Afflict. Decis.* 203. ut vix videatur effugere posse temeritatis notam, qui non pedibus manibusque in eam contendat. Sed Dij boni, quàm procul ab omni abest veritate & æquitate? Ego planè contrarium audacter affirmare nihil vereor, quod & recentiores quosdam sané acutè notasse video. Sed hi obiter tantúm, & levi, quod ajunt. brachio id attigêre. *Alciat. parerg.* 4. *ca.* 5. *in fin.* Ex istimo namque, non spuriis omnibus interdictum, ne omninò patri succedant: sed quosdam tam ex testamento, quàm ab intestato quidem patri hæredes esse non posse, quosdam si instituantur, tunc ex testamento succedere patri non prohiberi. Sciendum enim in primis est, spuriorum duo esse
2 genera. *Gl. pen. C. ad Orfi. Alex. cons.* 174. *in 5. & Bart. L. si de his qb. ut ind.* alios quidem ex concubitu profectos, qui jure civili accusari, graviterque vindicare solet, velut adulterium, stuprum, incestum: *§. item lex Julia. inst. de pu. jud.* Alios non adeò infames, ut qui ex vulgo prostitutis mulieribus suscipiuntur, quarum congressus nullà pœna mulctatur: *L. si ea. C. de adult.* quales sunt & hi, qui ex abjectis quibusdam & vulgarib. fœminis. *Cravet. consil.* 166. *num.* 6. uti ancillis, oriuntur, in quas propter generis obscuritatem, nec stuprum, aut adulterium, aut quid legibus prohibitum cadere potest: L. *quæ adult. C. de adul. Azo. in sum.. C. de concub. Bar. Ang. L. si uxor. de adul.* Cúm verò in his minorum, ut ita dixerim, gentium spuriis, multò minus, quám in cæteris vitium notetur, cúm illorum parentes, iis dando operam, nullam legibus pœnam fuerint promeriti. An non æquum est etiam cùm is mitiùs multò quàm cum cæteris agere, ut delicto æqualis pœna ubique compensetur: *c. non asseramus.* 24. *q.* 1. Equidem sic ipse sentio, sicuti diosiore illi spu- 4
rij, à bonis paternis quomodocunque semper excluduntur eó quód ex danato coitu sunt progeniti, ita hos qui ex congressu permisso prodierunt, saltem in testamento á patre agnosci posse, in hocque æquali cum cæteris lure non uti. Quæ opinio & ratione legis, & Justiniani verbis, & aliis pluribus suaderi potest argumentis. Videmus spurios cujuscun- 5
que generis, à patris intestati successione', duabus maximé de causis repelli, vel quia ex nefariis nuptiis fuerint concepti, quas maximè lex odio habet, idcircoque hoc exemplo patrem voluit coërcere vel quia cum quis legitimè natus non est, is & incerto patre, ac vulgò quæsitus existimatur, unde non tam facilé eum ad alicujus successionem ab intestato vocavit ut quem incertum esse, filij ne loco eum pater habuerit, sitne proprius an alienus, ad sitné an repugnet in ea re defuncti voluntas. *Aut. de trien. & sem §. consideremus. nam si hæc, circa fi.* Sed hæc duo in proposita quæstione nostra cessant, nam nec ex damnato eum concubitu ortum

præsup-

præſupponimus, minùs etiam, in certum nunc patrem eſſe, cùm ipſe ſemet parentem illius declaverit, certaque ejus ex teſtamento ſit mens. Cur ergo capere ex eodem teſtamento prohibeatur, cùm hic nulla legis ratio repugnet? Animadvertimus etiam, cùm de horum ſucceſſionibus loquitur Imperator, de inteſtato tantùm patre mentionem facere *Auth. quib mod. ſui. §. ſi quis autem. & d §. conſideremus.* Rurſus cùm modos præſcribit ex teſtamento ſuccedenti nuſquam tam legitimam concubinam, adeoque certos filios requirere: §. *ne igitur. Aut qui. mod. ſui.* quaſi hoc apertè ipſe nobis declaraverit, longè diverſam eſſe in hac re teſtati ab inteſtato cauſam. Probant & hoc idem ſuprà in contrarium citata illis verba: *d. Aut. §. fi.* qui natos tantùm ex nefariis congreſſibus, aut damnato coitu, quomodocunque ſuccedere vetat, quibus quidem verbis ſpurios hos, de quibus nos in præſenti agimus, non comprehendi ſat
6 manifeſtum eſt. Cùm enim damnatus tantum concubitus propriè is dicatur, in quem & criminalis accuſatio intentari, & ſeverà etiam pæna infligi poſſit. *Sox. conſil.* 148. & *Bal. ibi in ſubſcr. Salicet. Aut. ex complexu. Scueri.* & *Cagno. L. pe. C. ad Orfi. nu.* 13. Jam ſcimus ſpurios, qui ex meretricibus, aut humilioribus hiſce fœminis ſuſcipiuntur, nec ulli pœnæ affines eſſe. *Bar Ang. L. ſi uxor, de adult.* & talem congreſſum verè damnatum non dici. *Dec conſil.* 306. & 311. *Alexand.* 139. *in* 1. *Sozi.* 148. & L. *Gallus. §. qd. ſi num.* 5. ſequitur ergo Juſtinianum de his in ultima parte minimé locutum, nec hos excluſos eſſe. Quin cùm ille 7
filiorum tria genera diſtinxerit, legitimos, naturales, damnatos, ac damnatis quidem omnem penitus ſucceſſionem interdixerit, hinc, ut modò oſtendimus, damnati propriè non ſint, cæteris verò ex teſtamento capere permiſerit, credendum eſt potiùs hos in nataralium ordine contineri voluiſſe, cùm & ij largè naturales nominari queant, tametſi ex furtivo quodam coitu ſint procreati. *Dec. conſil* 155. 1. *col. Abb. c. per. venera. qui fil. leg. num.* 31. Nam cùm evidentiſſimum ſit, hos nec legitimos, nec damnatos eſſe, dicatque Juſtinianus ſe perfectè omnes filiorum ſpecies numeraſſe, *d. Aut. in fin.* non neceſſarium ferè eſt, hos in naturalium numero ferre, cum alium non poſſunt locum obtinere? Adjuvat hoc & exemplaris Græci authoritas, ubi de Nothis fit mentio. *Auth. Cræ. de Nothis.* quod verbum nedum naturales, ſed & ſpurios complecti poſſe, aliàs latiùs explicavimus. Cenſeo igitur ſpurios hos à patre rectè inſtitui in teſtamento poſſe, tum rationibus prædictis, tum maximè, quòd eorum natales, ſeu parentum concubitus ille nullâ à legibus pœna mulctatur, quod argumentum eſt, eos non uſquequaque juri odioſos eſſe, & ita etiam alios in ſignes Doctores ſenſiſſe reperio. *Salie. Auth ex complexu. Alcia parerg.* 4 *cap.* 5 *in fin. Cravet. conſi.* 166. *numer.* 11. *Boer. Deciſ.* 127. *num.* 6. Quæ ſi vera ſunt, ea tamen ſemper obſervanda duco, cùm pater eis quid vult relinquere, quæ ſuprà de naturalibus tradidimus, an ſcilicet alios pater legitimos habeat filios, an uxorem, an cætera, quæ antea copioſiùs

pioſiùs relata fuerunt.

CAPUT. XLI.

Nati ex pluribus concubinis poſſintne à patre inſtitui, & ſpurij quomodo ſuccedant matri.

SUMMARIUM.

1 *Sitne damnatus concubitus cum pluribus concubinis.*
2 *Naturales patrem in jus ſine venia non vocant.*
3 *Quiſpurij ſuccedant matri, & cognatis.*
4 *Qui ſuccedant ſpurio, ubi nullos cognatos habet.*

CUm dicat Juſtin. eos, qui expluribus concubinis nati ſunt, cum quibus pater eodem tempore conſuetudinem haberet, legibus odioſos eſſe, & à ſua conſtitutione procul excludendos: §. *ſi verò effuſa. Aut. qui. mod. nat. ſui.* Hinc quoque noſtra diſtinctio confutari videtur, quam modò de ſpuriis retulimus. Voluimus ſiquidem eos ſpurios ex teſtamento vocari poſſe à patre, quos ipſe ex congreſſu non damnato ſuſcepiſſet. Sed cùm hoc ipſum cum pluribus concubinis commercium, ad fornicationis
1 accedat ſpeciem, *d.* §. *ſi verò.* quæ legibus impunita eſt. *Abb. ca. inter opera, de ſponſal.* Cur negat deinde Imper. quicquam talium concubinarum filiis benignitatis eſſe impartiendum? Ego ut obicem hunc amoveam, id diligenter puto conſiderandum, ſitne hæc libidinis ſpecies, de qua agimus, inter damnatos coitus referenda. Mihi enim ut plurimùm ſanè videtur referenda, cùm perſpiciam Jure civili, ad in eundem cum honeſta muliere concubinatum, proteſtationem, ut evitetur legis Juliæ pœna, eſſe neceſſariam, *d. L. 2. de concub.* Quòd ſi cum pluribus quis verſari incipiat, difficilimum eſt hunc vel ſtupri, vel adulterij crimen poſſe evadere, ex quo Jus civile unius tantùm concubinæ conſuetudinem admittit, eamque denunciatione, quæ cùm uni ſemel facta eſt, jam cæteris nihil poteſt inſervire. *Eald. L. eam, quam. C. de fideicom. num.* 35. Ideoque nil mirum eſt, ſi tales liberos, ut ex damnato natos coitu expulit Juſtin. quod cum præcedenti capite noſtro conſentit. Si tamen tales eſſent hæ concubinæ aut potiùs meretrices, adeò obſcuræ & ſordidæ, ut iis nulla ſtupri nota impingi poſſet: *L. quæ adulterium. L ſi ea. C. de adult.* tunc dicerem Juſtiniani verba nequaquam in his eſſe intelligenda, propterea quòd illarum congreſſus extra legis pœnam ſit, ut aliàs tradidimus, aut etiam generaliter forté id afirmarem, qualeſcunque eſſent hæ concubinæ, illarum tamen filios à teſtamento patris non excludi, cúm ab inteſtato tantùm reiiciat eos Imperat. ob incertam forté prolem & indiſcretam, *ver. & hoc dictimus. nam ſi hoc non ſanciverimus. d. Auth.* non quotiens ex certo patris judicio, qui ad eos eſſet perventurum. Movetque me maximè, quod iidem matri legitimi ſucceſſores approbantur. *Bart. L. ſi. de his qui ut indi. num.* 3. patrem etiam in jus ſine 2
venia

venia vocare non possunt. *Imo §. si quis rogat. vol.* 4. quæ res sanè demonstrant, illos non omninò nefarios habendos, nec cæteris ex punito concubitu prodeuntibus æquiparandos. *Alex.* L. 2. *in prin. num.* 13. *de in jus vocan.* Et hæc sanè distinctio, ut considéremus, quales sint spurij, vulgares ne quidam, an ex damnatis nuptiis susceptí, ut primi ex testamento tantùm agnosci possint, ab intestato repellantur,
3 cæteri utroque remedio prorsus careant, sicuti patris ratione videtur æquissima, ita quo ad materna bona nullam habet dubitationem, siquidem fatentur omnes, spurium & vulgó quæsitum filium semper matri succedere posse, nedum ex testamento, sed & ab intestato, dum tamen ex eo complexu ortus non sit, qui accusari jure possit. *Glos. §. pen. Inst. ad Orfic. & in L. pen. C. eod. Aug. § fi. Ant. qui. mod. nat. sui. Bar. L. fin. de his qui. ut indi.* hincque tam frequenter compe rimus, illos legitimos matri, aut per eam lineam cognatis hæredes fieri: *L. si spurius. L. 2. L. Modestinus nu. cog.* L. *sine ing. ad Tertyl.* ab eaque eadem ratione esse educandos: L. *si quis à libe. ris. §.* 1. *de lib. agnos.* Recipit tamen & hæc regula declarationem, si enim mater illustris fuerit, & filios justos susceperit, spurij à legitimis in successione excluduntur, ita ut nec testamento, nec donatione quicquam ab ea capere possint: L. *pen. C. ad Orfic* Quód si soli spurij matri illustri adsint, aut etiam cum legitimis, sed matri non illustri concurrant, utroque casu contra Accursij sententiam. *Gloss.* 2. *fin. Inst. ad Tertyl.* eos matri succedere, & verius & recêptius est. *Ang. d. §. fi. & d Aut. §. fin.* Et hæc omnia pari ratione servanda erunt, si de succedendo ipsi spurio agatur: *§. de nepotibus. d. Auth.* quoniam traditum est mutuas esse in hac resuccessionis causa. *Dec. consil* 311. 1. *col. Alex.* 174. *in* 5. & 150. *in* 2. quamvis aliter in dispensatione, quæ strictissimè accipitur, nec ob maiorem etiam rationē ad alium casum extenditur. *Dec. c. at si clerici. §. de adult. n.* 18. *de Judic.* non ineptè quibusdam visum fit. *Capr. cons.* 1. *Quod videtur contra.* 2. *de nepotibus. in d. Auth.* de ficientibus autem omnibus per lineam maternam conjunctis, uxor spurio hæres erit. *Bald. d. L. pe C. ad Orfi.* inde ad tutorem, jure suscepti muneris hæreditas pertinebit: L. *quo tutela ubi Glos. de reg. jur.* dum tamen spuriis intra decimumquartum annum, quo tempore sub tutela est, moriatur. *Bald. Ang. Cast L. nutritoribus. C. com. de succ.* alioquin semper deinde fiscus bona ea uti vacantia occupabit: *L.* 1. *C. de bovac. lib.* 10. & *Cravet. consi.* 138. Quæ tamen intelligenda sunt, ubi propria essent ea spurij bona, id est, non à patre quæsita, alioquin sic constraret id quod spurius detinebat, olim paternum fuisse, tunc eo mortuo, totum hæredibus legitimis patris esset restituendum. *Dec. consil.* 311. nisi fortassé id à patre in fraudem legis factum esse, secundum Distinctione alibi à nobis traditam *cap.* 43.

CAP.

CAPUT XLII.

Spurii nati ex conjugato & soluta, an parentibus succedere prohibeantur.

SUMMARIUM.

1 *Adulterium Jurie civili quod dicatur.*
2 *Uxor maritum suum nec adulterij, nec stupri accusare potest.*
3 *Intell.* L. *c.* 2. *de adulter.*
4 *Maritus cum alia fœmina, non uxore congrediens, quando accusari possit.*
5 *Nati ex conjugato & soluta, non semper ex damnato coitu orti intelliguntur.*
5 *Constante matrimonio, concubinam habere non licet.*
7 *Non omnia quæ prohibentur, pœnam habent constitutam.*
8 *Adulterium Jure Canon. etiam ex parte viri judicatur.*
9 *Pœna incestarum nuptiarum, an Jure Canon. locum habeat.*
10 *Adulcerium Jure Canon. vocatur quilibet illicitus concubitus.*
11 *Damnatus coitus, aliter Jure Canon aliter Jure civili sumitur.*
12 *In successionibus Jura civilia servantur, etiam Jure Canon.*

ESt ergo Illud, ni fallor, satis probatum, spurios qui ex damnato coitu orti non sunt hæredes matri, quandoque & patri esse posse. Verùm in cidunt quandoque quæstiones de variis conjunctionum generibus, quas, sint ne damnatæ, aut minús, ignoramus, cúm eas certo loco constitutas non reperiamus Unde filij quoque possint ne succedere, meritò dubitamus. Exempli causa, si maritus quispiam ex soluta aliqua muliere prolem susceperit, incertam videtúr filij ne illius hæreditatis capaces censeantur. Sozinus & Baldus eos sucedere matri posse dixerunt. *Sozi consil.* 148. *Bal. Nov. ibi in subscr.* eo quod adulterium Jure civili id non dicatur, ubi cum soluta muliere nobis est negotium: L. 1. *C. de adul* Nam tunc alterius torum non lædimus, unde adulterium dictum volunt *c. lex.* §. 1. 36. *q.* 1. *L. inter.* §. 2. *de adult.* proptereaque nec damnatum hunc concubitumesse aiunt, qui filij successionem debeat prohibere. Quæ Sozini ratio si vera, est, quamvis ipse de matris disputet hæreditate, idem tamen de paternis bonis dicendum esse sequeretur, ubi pater in testamento aliquid his relinqueret, ut suprà disservimus. Contra verò integro consilio respondit Decius. *Dec. consi.* 306. *quamvis conf.* 311. *num.* 2. *id deinde non firmat.* qui voluit damnatum hunc concubitum omninò dici, quòd pœna illi Jure constituta sit, non quidem adulterij, sed strupri, ut & Imperatoria constitutione expressum ait, *d.* L. 1. *C. de adult.* & multi alij Doctores tradiderunt. *Sal.* L. 1. *C. de concu. Anch. onsil* 335. *in prin. Gloz. consil.* 21. *col. pen. Alex. conf.* 60. *in* 2. *nume.* 32. *Caccial. latè in L. pen. C. ad Orfi col.* 11. 12. Ego verò, si credidit Decius uxori jus esse maritum suum cum alia fœmina congredientem, stupri accersire, aut

aut quicquam ſimile ea conſtitu-
2 tione caveri , longé quidem illum falli exiſtimo, excludit enim ille textus mulierem ab omni prorſus accuſatione, nedum adulterij, ſed ſtupri. Nam cùm lex Julia de adulterio æqué , ac de ſtupro loquatur : §. *item lex Julia. Inſt. de publ. jud.* hæcque publica crimina ſint : *L.* 1. *de pub. judi. & dict. §. item* ſequitur etiam èorum actiones fœminis eſſe interdictas : *L. de crimine. C. qui ac. cuſ. non poſſ.* Unde miror ſatis quomodo eam legem in opinionem ſuam attulerit Decius, cùm ibi de ſtupro nihil agatur , ſive ab uxore , ſive à quocunque alio accuſato proponatur. Quin hoc ſolum ait ille text. mu-
3 lieres, quamvis matrimonium ſuum à marito violatum velint expoſtulare, accuſationem tamen contra eum inſtituere haud poſſe , Id eſt, quamvis ejus rei multas haberent probationes , quibus maritum tori fidem non ſervaſſe vellent docere , adhuc tamen nullum jus publico judicio, adverſus maritum poſſe exercere, eò quòd marito tantùm hæc accuſandi facultas lege conceſſa ſit, non uxori. Quæ res & verbis Gelij in Noct. attic. convenit , quia ita veteri Jure ſcriptum ex Marci Cat. oratione refert. In adulterio uxorem tuam ſi præhendiſſes, ſine judicio impunè necares. Illa te ſi adulterares digito non auderet contingere , neque jus eſt. Et Syra apud. Plautum in Mercatorem conqueritur mulierum conditionem , his verbis:

Ecaſtor lege dura vivunt mulieres,
Multoq iniquiore miſeræ quàm viri.
Nam ſi xir ſcortum duxit clam uxorem ſuam.
Id ſi reſcivit uxor, impunè eſt viro.
Uxor viro ſi clàm domo egreſſa eſt foràs,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.
Utinam lex eſſet eadem, quæ uxori eſt. viro.

Non ideò ego tamen Decij opinionem undequaque falſam dico, ſed prout nec illi , ſic nec Sozino omninò in hac re hærendum 4
eſſe exiſtimo. Sic enim credo maritum, qui cum alia fæmina rem habeat Jure , civile ſtupri quandoque accuſari poſſe , quandoque nòn poſſe. Nam ſi obſcura ſit, vilisque admodum ea mulier, quam maritus præter uxorem cognoverit , omne in eo ſtupri crimen ceſſare puto : cùm talem concubitum extranei quidem accuſare nequeant , ut qui publicé impunitus dicatur: L. *quæ adulterium.* C. *de adul. Ang.* L. *ſi uxor, de adult. Bart.* L. *verum de furtis.* minùs uxor , cùm ipſa nullam adverſus maritum eo nomine actionem habeat, *c. apud.* 32. *q.* 1. §. *publico.* niſi fortaſſe in juriarum. *Bald. d.* L. 1. C. *de adult.* quod & ipſum dubium puto , ſi vera ſunt , quæ Marcus Cato in ſua illa oratione ſcripta reliquit, Quòd ſi paulò honeſtîor decentiorque fœmina ſit, & tunc cum Decio ſentirem , maritum cum ea impudicè verſantem, quamvis non adulterij , attamen ſtupri crimina condemnari poſſe, non quidem uxore id ei abiciente , nam uxori non licet, ſed aliis forté accuſantibus, nec enim æquum eſt eum impunè ab hoc crimine dimitti Unde quod ad 5
filios attinet, de quibus in præ-

ſenti

ſenti diſpatamus, ſi ex concubitu non viliſſimæ & improbiſſimæ fœminæ orti fuerint, quamvis ſoluta eſſet, crederem damnatam hanc conjunctionem dici, nec filios parentibus poſſe ſuccedere, ſecundum ſupradicta. Quòd ſi abjecta fuerit conditione illa fœmina, tunc ſecus putarem, & hoc caſu Sozini ſententiæ ut
6 veriori locum concederem. Quòd ſi quis urgeret adhuc ea ratione, quod expreſſé prohibitum ſit, ne cui conſtante matrimonio concubinam habere liceat: *L. 1. C. de concub.* ita ut nec domino, cui uxor adſit, ampliùs conſuetudo ulla cum ancilla ſua permittatur: *L ſi in fin. C. com. de manu.* nec diſtingui his caſibus, qualis ſit ea mulier, cum qua jungit ſe maritus, viliſne an honeſtæ conditionis, quaſi leges id unum tantùm ſpectent, an maritus poſtergata legitima uxore ſua, alterius mulieris familiaritatem ſequatur, hancque ſolum indignitatem graviter ferant, ob idque eum etiam ignominia plectant. *Bald.* L. 2. C. *de inceſt. nupti. Dec. conſ.* 530. Reſponderem primò, non loqui nos de marito, qui præter uxorem detineat etiam apud ſe perpetuò concubinam, prout Doct. illi videntur intelligere, ſed de eo, qui præter legitimum torum, furtivos etiam cum aliis concubitus quandoque non aſpernatur, ut multis contingere videmus. Aut tandem exemplo me Divi Marci protegerem, qui reſcripſit eum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtatore legi, non rectè facere, pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe: L. *at ſi quis. §. divus, relig. &*
7 *ſum. fu.* Sic concedam & ego maritum quidem minùs honeſtè decenterque facere, ex quo tamen pœna illi ob hoc nulla indicta eſt, propterea, & concubitum illum damnatum non fore appellandum, filioſque ad ſucceſſionem admitti poſſe. Quæ 8
quidem Jure civili ita ſe habent. Hodie verò cûm Jure Pontif. adulterium id æquè dicatur, cum uxor alterius vitiatur, ac ubi conjugatus vir ſe ſolutæ mulieri immiſcuerit, *c. nemo. 32. q. Abb. ea tranſmiſſæ, de eo qui cog. conſ. uxor.* dúbia magis nunc quoque iſta omnia redduntur. Cùm enim in materia peccati, qualis hæc eſt, leges ſemper cedant Canoni. *Gloſ. c. poſſeſſor. de reg. Ju. in* 6. Canon verò adulterium hoc appellet, de quo nos agimus. Jam ſequitur ut & damnatus hic concubitus hodie rectè ſi vocandus, cùm adulterium criminali ſupplicio plectatur, ſicuti aliàs damnatum diffinivimus. *ſupra c.* 42. Nam cùm aliquid certo delicti nomine lex demonſtrat, pœnam quoque eandem ac nomen illud meretur, illi crimini conſtituiſſe exiſtimatur. L. 1. §. 1. *ad Turpil.* Sic videmus pœnam Jure civili inceſtis nuptiis impoſitam. *Auth. Inceſtas.* C. *de inceſt. nupt.* in iis quoque nuptiis locum habere, quas hodie inceſtas dici Jus Canon. ſtatuit. *Abb. cap.* 1. & 9
fin. de don. intervir. & uxo. Dec. conſ. 158. Sic, & cùm matrimonium intra quartum gradum contrahi lege municipali ſub pœna prohibetur, gradus iſti ſecundũ canones, non leges accipiuntur, *Alexan. Dec. L. ſi Aujæ, in fi. C. de ſucc. ed.* eò quòd materia hæc propria eſt magis Juris Pontificii, *cap. p. de ſec. nup.* quod & aliis exemplis liceret compro-

bare. *Dec. consil.* 155. Qua ratione & hujusmodi filii ex adulterio nati, & consequenter ex damnato concubitu vocandi omninò hodie videntur, ob idque incapaces hæreditatis parentum censendi, cùm ita Jus Pontificium declaret, cui in hujusmodi materia hærendum est, prout, & gravissimo Delphinalis conventus Judicio hodie decisum extat. 10 *Guid. Papa decis.* 280. *Titius.* Me tamen ista parum sanè movent, contraque firmiter sentio. Nam video Jure Pont. omnem illicitũ concubitum etiam cum meretricibus, adulterium vocari, *cap. Nemo meretrices* 32. *q.* 4. ex quo sequeretur, pro qualibet fornicatione hodie adulteri pœnam esse imponendam, quod tamen secus est. Quin, & cúm concubinatus eodem Jure adulterium dicatur, quia quicquid in ea, quæ legitima uxor non sit, committitur, adulterii crimine venit, *d. cap. nemo in princ.* sic fieret etiam, ut hodie præter uxorium cæteri concubitus omnes semper damnati dicerentur. Unde nec naturales filii unquam succedere deberent, quia secundum jus istud ex damnata conjunctione geniti sunt, quod tamen adversus communes interpretum sententias est. *Ripa. §. si quis rogat. ad Trebel. num* 21. *& in L. si unquam C. de revoc do q.* 28. & spuriorum illa distinctio, de qua suprà, *cap.* 16. 40. hodie non ampliús esset observanda, & quicquid Jure civili de naturalium, aut spuriorum successione cautum est, id in universum nunc immutatum, & correctum esset, quod ego nunquam admiserim, & eruditis viris absurdũ videri debere semper credide-

rim Non igitur hoc Jure, quod de adulterio, & damnata copulatione dicitur, eodem quo apud leges civiles sensu accipiendum est. Siquidem ibi damnata conjunctio ea est tantùm, ut aliás diximus, quæ criminali pœna potest mulctari, hîc de alterius generis pœna intelligitur, ea scilicet, quæ solutis humani corporis vinculis ad cœleste summi Dei tribunal sit exolvenda. *Bart.* L. 3 *de conc. in princ. & Soz. in consil.* 148. *col.* 3. *vers. nec. etiam.* Quæ ergo in contrarium suprà adducta fuère, aut huic casui nostro non sunt similia, si quis ea subtiliter animadvertat, aut si etiam sunt, ego de his plurimũ dubitarem, cúm pœnales sanctiones mihi nisi iis casibus recipiendæ videantur, qui expresse legibus cauti sunt L. *At siqui. §. divus de Relig. & sumpt fune Abb. c.* 1. *de post præl. num.* 32. *Jas.* L. *cúm quidam. num.* 11. 12. *de li. & posthu.* Aut quicquid de iis dici possit, ipse in hac materia, ubi de successione agitur, à Juris civillis regulis nunquam discedendum putarem, quæ, & Jure Canonico, quantum adhanc rem pertinet, servantur, ut, & Doctores omnes sæpê attestantur. *Tiraq. in* L *si unquam.* C. *de revo. don. ver. susceperit. libe. nu* 11 *mer.* 51. Et ita secundum supradictam Juris civilis distinctionem, hæc hodie quoque locum habere affirmarem.

CAPUT

CAPUT XLIII.

De Spuriis ex damnato coitu, & si quid illis in fraudem fuerit relictum.

SUMMARIUM.

1 *Spurii ex damnato coitu, nihil à patribus capere possunt, & quæ sit ratio.*
2 *Fidem nec ullis conjunctis, nec inter se ab intestato succedunt.*
3 *Differentia ab relinquatur aliquid spurio à patre palàm, vel tacitè.*
4 *Tacitum fideicommissum, quomodo cognoscatur.*
5 *Qui tacitè fidem dedit, de restituendo aliquid spurio, an ideò tota hæreditate privetur.*
6 *Emphyteota alienans partem reì, an toto jure cadat.*
7 *Pater spurium non potest adoptare.*
8 *Quæ possit pater erga filium spurium facere.*
9 *Quomodo dolus probetur, ubi dubitamus spurium à patre aliquid consecutum.*
10 *Actus insoliti præbent causam suspicionis.*
11 *Hæres cogitur respondere positionibus, an cum testatore colluserit.*

NUnc ad alios spurios descendamus, quo ex damnatis nuptiis prodisse omninò constat, veluti adulterio, stupro, incestu, §. *item lex Julia. Inst. de pu. jud.* & hi cùm nec filii nomen mereantur, *c. 1. 35. q. 7.* tantum abest, ut ad patris sive matris bona, ullo casu possint aspirare, *Dec. consil.* 288. & 311. ut nec alimenta quidem iis Jure civili debeantur. *Aut. ex complexu. C. de ince nupt.* Quocircá nec eo colore possint adjuvari, quasi ut extraneis liceat eis quod in testamento relictum fuerit, consequi, *L. extraneum C. de hær. inst.* hi enim præter extranei causam, & paternum delictum habent conjunctum, quôd meritò illos bonorum parentum reddit expertes. *Alex. consi. 74. in 3. n.* 4. Repellit, & eos publicæ honestatis justitia, ne in tam gravi crimine grassandi hominib. impunitas permittatur, *Bal.* L. 1. *C. de jur. aur. an. num.* 3. cùm ita faciliùs paterna libido coërceri posse censeatur L. *fin. C. de nat. lib.* 1
Sunt igitur omnis successionis sive paternæ, seu maternæ, tam ex testamento, quám ab intestato penitus incapaces, §. *fi. ubi Angel. Auth. quimod. nat. sui Cag. L. pen. C. ad Orf. numer.* 45. nec jus ullum agnationis aut cognationis cum patre matreve, nec inter seipsos servant. *Alex. consi.* 174. *in 5.* ita ut nunquam sibi invicem ab intestato succedant. *Dec. cons.* 311. *Cravett.* 138. *ver.* 4. *probatur. Cag. dict.* L. *pen. numer.* 46. tametsi olim in Regia curia aliter, (& malè fortè) judicatum fuerit. *Afflict. Dec.* 96. *num.* 11. Quod quidem in aliis spuriis, qui ex damnato concubitu orti non sunt, secus est, retinent enim ij cum matre & inter se ipsos jura omnia cognationis, licet non consanguinitatis. *L. 2. L. si spurius Und. cog.* His ergo si á 3
parentibus aliquid palam relictum proponatur, nec ipsi illud consequi, nec parentes ampliús id

repetere poſſunt, *Bald.* L. *per. tuò, de condi. ob turp. cau.* ſed ſcriptis hæredibus, aut venientibus ab inteſtato ſolet applicari L. *non intelligitur de rufiſc. Bart.* L. *fin. de his quib. ut ind.* quoniam cum ſpurii hæreditate illa indigni non proprio, ſed alieno delicto videantur, *L. legam. C. de nat. lib.* tranſmittunt relictam ibi portionem veluti pro non ſcripto ad legitimos hæredes. L. *pater.* L. *nec apud.* C. *de hæ. inſt. no. in* L. *aufertur, in prin. de jur. fiſc.* Sin tacité relictum ſit, ut quod hæredis fidem teſtator fuerit ſecutus, tunc quia fraudem legi hæres facere voluit, *d.* L. *non intellígitur.* omnia ad fiſcum ſtatim devoluuntur. *Bart. L.* Luc. §. *inteſt. de le.* 1. & *conſ.* 119. *do minus Domi.* Quandoque tamen evenit, ut & id quod palàm legatum eſt, occupet fiſcus, non agnati. Quid enim ſi cum ſpurio colludant agnati, alique legitimi hæredes, uſque ad decimum gradum, interimque bimeſtre labatur ſpacium, antequam bona ea à ſpurio vindicent. *Bald L. certum.* C. *und. le num.* 17. & L. 1. C. *de na lib. Cravet' conſ.* 166. *num.* 15. Quid ſi ex inceſto natus ſit filius, nec adſint perſonæ ab Imper. præfinitæ ad ſucceſſionem. *Juxt. L. ſi quis inceſt.* C. *de in c. nupt.* Quid ſi ſpecialis quis caſus conjunctos rejiciat, fiſcum admittat, *no. Bart. L. hæreditas* C. *de his quib. ut ind.* 1. *col.* Sic quoque ex contrario, cùm tacitũ eſt fideicommiſſum, non ſemper tamen potior eſt fiſcus cæteris conſanguineis: Quid enim ſi extraneus quis ea re clàm rogetur, qui hæreditatem capere non poterat, *Cæp. caut.* 38. *in* 6. Quid ſi teſtator verborum tantùm involucris uſus fuerit, aliumque circumſcripto nomine ſpurii loco appellaverit, cúm ſpurio tamen bona illa reſtituenda omnes intelligerent. *Alex. conſi.* 202. *in* 6. Non enim ſat hoc eſt ad tacitum fideicommiſſum inducendum, bonaque ab hærede ſcripto auferenda, ſed id in primis ſpectandum eſt, tacitene hæres cum teſtatore de hac re convenerit, illiuſque fidem teſtator ſecretó ſit ſecutus, *Dec. conſil* 311. *in fin. Bart. L. non intelligitur. de jur. fiſc. Alexan. d. conſil.* 2. 2. cùm nec nudis tantúm pollicitationibus, ſed vera, & efficaci obligatione, eum oporteat eſſe aſtrictum. *Bal. L. in tacitis, de leg.* 1. Exiſtimavit autem Bald. etſi de minimo nummo in ſpurium transferendo inter teſtatorem, & hæredem tacitè actum fuerit, totam tamen hæreditatem ob id ab hærede auferendam, *Bald L. etiam. pen. q. C. ad* L. *Falcid.* Sed hoc ſeverum nimis, & iniquum eſt, cùm pœna delicto par eſſe debeat. *L. reſcriptum de his quib. ut indig.* ſatiſque fit in ea quem parte mulctari, in qua deliquit. L. *hæres qui. eod. tit* L. *omnes in fin.* C. *com de ſucceſ.* Nam, & alibi qui tacité fidem teſtatori præſtiterat, de reſtituendis indigno bonis quibuſdam, non idcirco pupillaris ſubſtitutionis auxilio privandus fuit. *L. ex facto.* §. *fi. de vul. & pu.* Et qui hæreditatem alienare prohibitus eſt, partem mancipando ab aliis bonis non excluditur. *Jaſ.* L. *ait. prætor. 2 numer. 5. de jurejur. Alcia. L ſtichum.* 15. *lim. de leg* 1. Et emphyteuta, qui partem rei ſibi locatæ vendidit, ſolùm ejus ratione pœnas ſuſtinere, non toto jure cadere debet. *Jaſ. L fin.*

C de

C. *de jur emph. numer.* 125. & *d.*
6 L. *ex facto §. fin.* Quod ego fiduciarii clientis, & usufructuarii exemplo, *d. cap.* 1. *de vas qut cont.* Loth. verissimum esse cum Socino. *Soz. §. Cato. numer.* 20. putarem: Pœna enim á lege constituta delicti fines excedere nequaquam debet: *Bald. consil.* 337. *in* 1. potiusque si in alterutram partem sit peccandum, interpretatione mollienda quàm exasperanda erit. L. *interpretatione, de pœnis* Adeò verò sanè spurii isti à paternis ejiciuntur bonis, ut quoquo modo constet patrem iis aliquid relinquere voluisse, nunquam hoc ad eos ulla possit ratione pervenire, nec per imaginariam emptionem nec tacita agnatorum dissimulatione, aut alia quavis causa, *Dec consil* 311. *num.* 3. cúm quód pater ipse non potest, ei nec per mediam liceat personam. L 1. *§. sive itaque* C. *de nat. lib.* ita, ut nec eos etiam ob eandem rationem sibi ut filios valeat adoptare. *L. legem. C. de na. li. §. & nos non Auth qui. mod. leg. Port. Inst. de adopt. in fin. Alex. L. item de his quis sui sunt.*
7 Quòd si quidem de hac paterna voluntate nihil appareret, cessaretque omnis fraùdis suspicio, tunc non prohibentur alij quodcunque voluerint liberalitatis genus in spurios conferre. L. *ita fidei. §. fin. de ju. fis. Bart. Al x. L.* 1. *cod. tit. Bart. Bald.* L. *si is, de vulg.* Atque ex his manifestè colligi potest, supradicta omnia in iis tantúm bonis locum habere, quæ ex patris judicio spurii essent consecuturi, quod idcircò irritum esse lex jussit, ut ejus nefaria libido cohiberetur L. *fin.*
8 *C. de nat lib.* Cæterúm nihil prohibet, quin pater spurium filium bonorum suorum executorum in testamento relinquat, cùm tunc nihil ex eis sibi retinere, sed omnia, prout jussit testatòr, in alios debeat distribuere, fide etiam judici facta de ea re, ut omnis fraudis suspicio amoveatur. *Alex. L cogi. §. hi qui nu.* 4. *ad Trebel.* Quin poterit pater spurium eundem non in propriis, sed alienis, ut puta pupillaribus bonis substituere. *L. si is, qui de vulg. secundum communem intell.* Hacque ratione, & fratri ex testamento succedere licebit, *Bald. consi.* 5. *in* 1. & ab agnatis & extraneis quibuscunque quacunque ratione acquirere, *Glos.* 1. *§. fin. Aut. qui. mo. sui. Bar. L. si de his qui. ut in* ita ut nec illi cui pater res suas reliquerit, sit interdictum, spurium in jisdem bonis sibi á patre perventis, hæredem instituere, *Bald.* L *eam, quam. C da fideic. num.* 54. *Bart. Cas. d.* L *si is.* dum tamen, ut dixi, res omni dolo careat qui quidem abesse in dubio præsumendus est. *Alex. conf.* 51. *in* 2. *Cor. consil.* 236 *in* 2. *litera B.* Solet is autem tunc ea maximè ratione deprehendi, cum quis testamento, nec codicilli rogatus, sed domestica cautione, & Chirographo se obligavit, ad præstandum ei qui capere non potest. *L. non intelligitur, in prin de jur. fis.* L. *in tacitis, de le.* 1. Aut ipse idem qui tacité rogatus est, id aliquibus confiteatur, *Bart. d. L. fin. de his quib. ut ind.* vel post mortem testatoris passus fuerit spurium illa bona possidere. *Imol. d. L. si is qui.* Quibus, & non dissimile est, si spurius omnia bona patris ab ejus hærede emerit. *Bart. L.* 2. *C. de repud. hæ. arg. L. omnes. §. Lucius. quæ in fr. cred.* aut per inter-
9

interpositam personam id effecerit *L. pupillus. §. pen. ubi Bal. de aut. tut.* aut statim ' postquam extraneus ille earum rerum dominum nactus est, in spurium quocunque titulo transtulerit. L. *si ventri. §. fin. de priv. cred.* vel si in emptione non vera numeratio, sed de precio fides habita furit. L. *sicut §. super vacuam qui. mod. pign L. pen. & fin. C. mand.* Et generaliter, quotiescunque actus aliquis insolitus, & novus intercesit justam habemus suspicandi causam. *cap. de simul. contr. præsumpt.* 9. *Bald. cons* 75.
10 *in* 2. quales plures á Doctoribus. variis in locis referuntur. *Bart.* L. *post contractum, de dona* Cæpo. *ind. d tract. de sim. contr. & numer.* 83. Et his casibus, quicquid spurius ex bonis paternis possidere reperitur, id in fraudem ei acquisitum credi potest *Bald* L. 1. C. *de nat. lib. Bart. consi.* 311. *col.* 1. *in fin.* Ast his cessantibus, crediderim ego spurium à patre titulo oneroso, ab aliis verò etiam lucrativo res paternas rectè capere posse. *Bald. Alex. d.* L. *si is qui.* Et si fortassè adhuc de hæredis collusione dubitetur, nullætamen ex prædictis extent conjecturæ, tunc quoque hæredem cogi posse, ut ad interrogata respondeat an tacité testatori fidem suam, obligarit. *Auth. quib. mo. na. sui. § nos igitur. ver. poterant, & vers. sic enim nequaquam, & Bart. d. cons.*
11 194. & L. 2, *§. qp. observari.* C. *de jurejur. prop. cal.* ut veritas omninò eruatur, tametsi cæteri crebriús contrà sentiant. *Curt. tract. posit. num.* 45.

CAPUT XLIV.

Rogatus cui velit hæreditatem restituere, an possit testatores filium spurium elegere, An etiam suum ipsius Spurium.

SUMMARIUM.

1 *Fraus in dubio non præsumitur.*
2 *Qui cogitur aliquid dare, an dando liberalis videri possit.*
3 *Quod sit alterius præcepto, ab eo id factum rectè videtur.*
4 *Executoris testamentarii munus.*
5 *Primó nostris, inde aliis subveniendum.*
6 *Clericus ex fructibus ecclesiæ, consanguineos suos pauperes alere potest.*

SUnt quidam verò casus, in quibus rectè dubites, fueritne fraus adhibita, aut minûs, ut cùm quis á testatore rogatur, hæreditatem cui velit arbitratu suo restituere. Nam si is spurium testatoris ejusdem filium elegerit, censent plerique eum non admittendum, *Bart.* L. *si de his quib ut ind.* Cast. L. *Lucius. §. fin. de leg.* 1. *Cæpol. caus.* 38. propterea quód à testatore ipso propter illa verba capere videatur. L. *unũ ex fa. §.* 1. *de leg.* 2. Ego aliàs contra aiebam, eó quòd fraus indiciis perspicuis probanda esset, *cap. dolum. de dolo.* nec in bubio hæres doli. & criminis insimulandus. L. *& meritò, pro socio.* Nam

I

& is

& is cui aliquem instituendo optio data est, indignum rectè eligere potest, L. *cùm quidam, de leg.* 2. quin nec necessitudo aut sanguinis conjunctio ullam fraudis suspicionem injicere solet, *dict.* L. *fin. in princ. de his quib. ut ind.* Quod eò magis hic affirmandum videbatur, quòd bona ipsa, non rectà ex testatoris capiuntur voluntate, sed potiùs hæredis. Siquidem testatoris præceptum, id solùm facit, ut bona illa necessariò ab hærede in
2 aliquem sint conferenda: verum quòd huic potiùs quàm illi tribuantur, in hoc hæredis voluntas liberalitasque agnoscitur. *Glo. c. relatum, de præben. in fi. & c. fi. de off. vica. in* 6. qui hunc cæteris omnibus quos eligere potuisset præfert. *Soci. L.* 1. *§. denique numer.* 6. *ad Trebell.* Quam sententiam, Bartolum quandoque ac Baldum defendisse, *Bart. L. Lucius §. fin. de leg.* 1. *Bal. consil.* 242. *in* 2. tandemque Cornæum integro responso pluribus argumentis comprobasse animadverteram. *Corn. consil.* 236. *in* 2. Nunc tamen aliam sequor opinionem, video enim testatoris præceptum, meram necessitatē parere, nec ullum feré propriæ hæredis beneficentiæ locum relinquere. *L. unum ex fam. §.* 1. *de legat.* 2. Cùm verò quid ex necessitate geritur, hoc non ab eo, qui id tunc agit sed ab eo qui id ita faciendum præcepit, est agnoscendum. *Jas. L. si is qui pro emptore, de usuca. num.* 352. Nudum tantúm versatur in hac re hæredis ministerium, cæterúm jus ipsum totùm à testatore oritur. *Cast. d.* L. *unum ex familia.* exemplo fideicommissi, quo quis testatori, non hæredi succedere dicitur. L. *cohæredi. §. cùm filiæ, de vulg.* Hinc si Decuriones negotium Duumviris dederint, ut quem ipsi elegerint, eorum nomine litem instituat, is ab ordine magis, quàm à Duumviris ad id vocatus existimabitur, L. *item. § si Decurion. qp. cujusque uniu.* Hinc si magistratus mandato populi aliquid constituerit, illud non ampliùs deleri poterit, eò quòd non magistratus, sed populus id veré sanxisse dicitur. *Rom. consi.* 116. quod, & multis aliis exemplis Doctores declararunt, ad rem nostram maximè accommodatis, *in d.* L. *unum.* ut intelligamus, quòd patri erga spurium recta via non licuit, nec id etiam hæredi hujusmodi colore permittendum, quod, & Bartol. ex facto aliàs respondit, *Bart. consil.* 194. & Baldus etiam secutus est. L. *id qp. pauper. C. de epis. & cle. numer.* 41. Quid verò cui bona aliquot à testatore relinquerentur, ut ea in pauperes aut pios usus distribueret, credimus ne licere illi, in filium proprium spurium ea conferre? Ego, & hic sanè subsisto, quicquid alii sentiant. *Auchar. consil.* 436. *Alex.* L. *si is qui de vulga. col. fi* non quidem supradictis rationibus, nam illi huc non pertinent, sed quòd is, qui se filiis suis beneficium gratumque præbet, paterna magis affectione, quàm vera in Deum pietate movetur. *arg.* L. *Lesennius, de neg. gest. Dici. consil.* 120. *numer.* 5. unde testa-
4 toris non omninò satisfacit voluntati, & quia is qui executor testamento relictus est, nihil exiis bonis in rem suam convertere debet, sic enim expilator potiùs, quam distributor bonorum diceretur, ut Baldus ait. *Bald. Re-*

pet. L. 1. *C. de ſacroſan. num.* 48. Non ergo ſpurii proprii à patre eligi poſſe videntur, nam cûm eos alere antea ipſe teneretur, nunc ſi inter illos hæc bona divideret, ſtatim ſe ipſum quoque eo onere liberaret, cùm ipſi ex his bonis ſibi neceſſaria victui jam poſſent ſuppeditare, unde pater ad id ampliùs cogi non poſſet, L. 5. §. *ſed ſi filius, de lib. agnoſ.* & conſequenter ex hac diſtributione magnum ſibi commodum, & lucrum comparaſſet. Alii tamẽ contrá ajunt. Quocirca crederem ſic rectè diſtigui poſſe, quód ſi executor relictus verè pauper erat, evidensque erat ejus inopia, poſſit ille filio ſuo ſpurio, quàntum ſit ei ſatis futurũ, pro alimentis de bonis teſtatoris elargiri, eó quòd cúm ille hæc de ſuo commodé non poſſit filio præbere, nunc cùm oblata ſit hædei occaſio, quæ debet aliorum egeſtatem, & penuriam hiſce bonis ſublevare, in culpa potiûs eſſet, ſi hoc caſu extraneos ſuos anteferret, *cap. quiſquis.* 12. *q.* 2. *ubi Gemin.* cum prima charitas incipiat á ſeipſo, L. *præſes. C. de ſerv. & aq.* & eadem ratione clericus ex proventibus eccleſiæ, ſpurium alere, & ſorores pauperes dotare poſſit. *Cur. de Jure patr. ver. honorificum numer.* 12. dum tamen hæc moderaté agantur, habita ratione neceſſitatis tantùm filii ſui non ut eum ex his bonis locupletem reddat, *cap. eſt probanda. cap. non ſatis. cap. dominus.* 86. *diſt. Bald* L. *id quod. C. de epi. & cler. numer.* 41. Quæ opinio maximorum Juris interpretum fuit, *Sozi conſ* 11. *colum.* 2. *Ripa tra. de peſte. cap. devenio. numer.* 164. & 174. *Alciat. Reg.* 1. *præſumpt.* 29. *num.* 7. 8. & ut mihi videtur, perquám probabilis. Quòd ſi proprii bonis ſatis pater affluëret, tunc contrarium tanè dicendum eſſet, ut modo diſſerabamus. poſſetque fortê & hæc eadem diſtinctio precedenti quæſtioni inſervire, ut Alex. ſenſit. *Alex.* L. *divut, ad* L. *Fal. col.* 2. quamvis ſi quis ſubtiliùs utranque inſpexerit, videat nonnihil diverſitatis inter eas ſupereſſe.

CAPUT XLV.

Qua Ratione poſſint ſpurii aliquid à parentibus conſequi.

SUMMARIUM.

1 *Spurius Jure ſocietatis cum alio contractæ, ad paterna bona quandoque admittitur.*
2 *Spurius â patre inſtitui poteſt, cum capere poterit.*
3 *Mortuo patre, quando ſpurius agnatis invitis poſſit legitimari.*
4 *Cautela in favorem ſpurii, ut ſtatim denunciet bona fiſco.*
5 *Spurius religionem ingreſſus, capax eſt paternorum bonorum.*
6 *Et ſtatim legitimatus cenſetur.*
7 *Clericorum, & monachorum idem videtur eſſe vitæ finis.*
8 *Hodie ſpuriis alimenta relinquuntur.*
9 *Spurius gravari poteſt, ne alteri hæreditate reſtituat.*

10 *Hæ-*

10 *Hæreditas à fideicommissario repudiata, an spurio acquiratur.*
11 *Pater qui non est solvendo spurium instituere potest.*
12 *Ex causa remunerationis, pater spurio aliquid donare potest.*
13 *Legitimati æquè ac legitimi succedunt.*
14 *Mulier metu constuprata, filiis inde natis omnia potest rectè tradere.*
15 *Compressa à Principe, præsumitur per vim vitiata.*
16 *Illicitus congressus non excusatur prætextu paupertatis.*
17 *Cautelæ variæ ad instituendos spurios.*

SEd quas modò fraudes ad spurios instituendos retulimus, palám se omnibus produnt, facillimeque deprehenduntur, atque ideó nihil ut diximus, illos solent adjuvare. Reperiuntur tamen cautiores aliquot insidiæ, ita veritatis specie obumbratæ, ut & legibus ipsis imponant, spurioſque paternorum bonorum compotes efficiant. Quamvis autem Cajum illum Aquilium dicere solitum legamus Jurisconsulti prudentiam in cavendo, non decipiendo debere versari, quia tamen animadvertimus multos illegitimè natos, summis quandoque virtutibus præditos esse, eaque de causa maximè dignos, qui in paterna hæreditate succedere debeant, propterea in præsenti constitui, aliquot insigniores modos tradere, quibus parentes optimi, de his filiis suis propè liberaliterq: institutis, quãvis spuriis, benemereri possint, cùm non videatur is legi fucum facere, qui bonos honestosque viros, quacunque potest ratione adjuvare contendit. In primis 1
Cors. in sing. ver. spurius. igitur, si contrahat spurius omnium bonorum societatem, cum patris filio legitimo, & naturali, aliove patris affine, & conjuncto, hicque deinde à patre hæres instituatur, poterit spurius dimidium ejus hæreditatis consequi, *Bart. L. si is qui de li. leg. & Bal. L. 1. C. pro soc. 14. q.* quæ socio suo relicta est, cùm ita inter eos inita sit societas, ut omnia bona communia sint futura, L. *si societatem univers. pro soc. Fel. c. multorum, de Judæn. 2.* nec enim hic suspicabimur patrem idcircó ea bona huic reliquisse, eò quòd Jure societatis deinde ad Spurium essent perventura. Nanque etsi ea sociatas conflata non esset, verisimile tamen est, non minús patrem, eum quem nunc sibi hæredem esse voluit, & antea instituturum, cùm eum aut filium illius legitimum, aut valdé conjunctum esse præsupponamus. *Arg. L. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pup.*

Sed & sit ita spurius à patre instituatur, cùm capere poterit, valet hæc institutio: L. *in tempus, ubi Angel. de her. inst.* interimque donec legitimorum jura à Principe adipiscatur, idem jacenti hæreditati curator dabitur, bonaque illa administrabit: L. *si quis instituatur. eod. tit.* quod consilium uti tutissimum, licet aliqui repugnent. *Imo. d. L. in tempus. Bald. eam, quam C. de fideic. nu.* 48. *Ang. §. hæres. Inst. de he. qual. & diff. Cozad. latem consil.* 21. frequentius tamen est á plerisque approbatum. *Bald. L. fi. C. und. cog. num.* 26. 2

& *conſ.* 72. *in* 5. 146. *in* 1. *Caſt.* *L.* 4. *C. de leg. Alex laté. L. Gallus. §. inſt.* Immò inſtitutus ſub iſta conditione, poſt mortem patris poterit legitimis naturalibus rectè reſtitui, quamvis agnati, quibus eſt jam jus quæſitum, id aut ignorarent, aut etiam recuſarent. *Jaſ. §. quid ſi tantum. n.* 138. quod alioquin mortuo patre, ſi hæc conditio appoſita non eſſet, abſque eorum conſenſu non licuiſſet: *L. pe. de na. teſti. L. divus. ubi*
4 *Bartol. de Jur. aut. ann.* Illud quidem ſat patet, ſi quid ei á patre tacitè fuerit relictum, is autem antequàm cauſa ejus ad ærarium deferatur, fico ſpontè id denunciaverit, dimidium ſem. per portionis illius conſequi: *L. edicto §. extat.* L. *Senatus. §. Senat.* L. *cùm tacitum. de Jur. fiſc.* quod tamen in iis tantùm bonis eſt intelligendum, quæ ad fiſcum, non ad agnatos eſſent perventura: L. 3. *de hisque pro non ſcr.* in aliis enim fruſtrà fieret delatio: L. *in metallum, de Jur. fi. Cæp. caut.* 38. *in* 6. *caſu.* Si ſpurius etiam religioni nomen dederit, cùm ex eo omnis macula deleta cenſeatur. *Aut. de monac. in princ.* patrem arbitratu ſuo rectè illi quodcunque placuerit, legare poſſe puto. *Præpoſ.*
5 *c. cum haberet. col.* 3. tametſi Decius contrà reſpondiſſe viſus fuerit, in eo qui ſàcris initiatus erat, ut nec alimenta ei à patre relinqui poſſint, qvoniam ſe ſacerdotij proventu ſatis honeſtè poſſet enutrire. *Dec. conſil.* 576.
6 Sed Decius in hoc Jure probandus non eſt. cùm notiſſimum ſit eos qui ſub Chriſti ſignis incipiunt profiteri, & ſi ſpurij ſint, legitimos tamen ſic ſtatim fieri. *Marſil. fin.* 273. *ver. limito etiam.* ac olim per oblationem Curiæ naturalibus reſtituebantur. *Bald.* L. 1. *C. de ſacroſ. num.* 25. *Jaſ.* *Aut. non licet. C. de li p æt. nume.* 4. *Ruin. conſ.* 89 *col* 3. *in* 3. id circoque ut cæterós legitimos, quiduis rectè à patribus conſequi poſſe. *Alex. conſi.* 35. *in fin. in* 3. *Fel. c. cùm depùtati. de Judic. num.* 2. Nec verò diſtinguen- 7
dum eſt, Clerici ne tantùm ſint, an ſe Monaſterio alicui dicaverint, quoniam cùm idem utriuſque vitæ ſit finis, idem etiam de ambobus judicandum erit. *Dec. cap. in preſentia, de proba. num.* 58. *Abb. ca. cod. dei de ſta. mona. num.* 10. Hodie quoque cùm pater 8
quoſcunque illegitimos filios alere teneatur, *c. cùm haberet, de eo qui dux.* dubiùm non eſt, quin illis certa portio ab eo relinqui poſſit, unde ſibi ad victum neceſſaria queant comparare. *Bar. L. ſi. de his quib. ut ind.* qua ratione & emphyteoſim illis poterit ſtipulari, quæ alimentorum loco ſuccedet. *Afflict Deciſ.* 99. non debent hæc tamen legitimum modum excedere, ſed talia eſſe, qùæ viri boni arbitratu honeſtam vitam, cultumque deceant. *Bald.* L. *eam, quam C. de fideic. num.* 41. quæ quoniam ad eorum hæredes non eſſent perventura, cum tatione alimentorum relicta, ſimul cum vita ſoleant extingui. L. *dominus. §. ſi. de uſufru. Dec. conſ.* 311. *num.* 4. ideò optimum erit, ſi pater nepotib. exiis naſcituris, ea perfideicommiſſum reſtituti jubeat, quod illi ſanè licet: L. *fin. C. de nat. lib. Barto. d.* L. *fin. de his quib. ut inde Deciſ. conſ.* 462. Et hæc ratio ſuadet, ut idem in filia ſpuria dicamus, quam

pater

pater eo poterit argumento, dotare quòd dos alimentorum loco habeatur. *Bart. Auth.* ut aliás à nobis disputatum est. *ex comple. xu.* C. *de in c. nup. Dec. cons.* 61. Existimo etiam spurium à patre hodie ita institui posse, ut hæreditatem deinde statim alicui restituat, quamvis enim hoc non nulli negent. *Imo.* L. *si quis solidum, de hær. inst.* cùm tamen
9 hæc institutio saltem alimentorum ratione valeat, rectè etiam dicemus, ex asse eum posse hæredem relinqui, cum eo onere, ut alteri restituat, siquidem hi qui solidum capere non possunt, dum tamen aliquid capiant. *Glos.* L. *eam quam* C. *de fideico.* etiam ad omnem hæreditatem in alium conferendam idonei haberi solent: L. *cùm et, de le* 2. L. *cogi. §. hi qui, ad Trebel. ubi* A *lex. n.*
10 2. 3. Quòd si fideicommissarius illam deinde repudiet, ad spurium statim pertinere, quidam tradiderunt. C*æp. cav* 38. *in* 2. quòd tunc illam non à patre accipiat, sed á fideicommissario, qui eam rejecit, *arg.* L. *profectitia. §. sit pater, cum Cl. de jur. do.* Hoc tamen apud me re vera scrupulo non caret, cùm spurius ille directo à testatore id totum consequi videatur, cùm in fideicòmmissis tacita semper illa adsit conditio: si fideicommissarius voluerit, ei hæreditas restituatur: L. *facta. §. si sub. ad Treb.* Quòd si ab eo repudietur, jam ille nihil de suo largiti citur, sed tantùm non acquisivisse: *L. qui autem. §.* 1. *quæ infr. cre. & d. L. profectitia.* quo casu omnia potiùs à testatore proficisci videntur, quod fieri nequaquam potest. Accedit quòd ita repudiante fideicommissario maximus est suspicioni locos, ne tacitè cum testatore de hac re convenerit. Ideò tunc tantùm hoc fortè recipiendum esse, ubi fideicommissarium constaret nullius rei occasione, sed spontè delatam sibi hæreditatem in spurium contulisse, omnisque doli & collusionis suspicio evidenter abesset.

Si etiam pater spurij solvendo 11
non sit, credo tunc ab eo illum rectè hæredem instituí posse, cùm legis prohibitio ad hujusmodi non pertineat hæreditates, quæ solvendo non sunt: *L. si quis solídum, de hær. inst. & Bald.* L. *eam. quam. in fi. C. de fideic.* Credunt & nonnulli, si spurius filius de patre suo benemeritus fuerit, extentque aliqua ab eo in illum collata beneficia, posse hac occasione patrem filio bona relinquere, tanquam remunerationis gratia, & mutui cujusdam in illum officij. *Bald. consi.* 68. *in Tiraq.* L. *si unquam. C. de reu do ver. donatione, num.* 21. quod 12
& mihi sanè non displicet, si tamen merita hæc commentitia non sint, sed revera à filio in patrem profecta, qua in re, nec patris assertioni fides esset adhibenda, nisi evidenter talia merita & beneficia præcessisse probarentur. *Bar.* L. *si sorté. in fi. de cast. pe. Jas. Dec.* L. *si donatione. Cod. de colla. num.* 18. ut & Ruin. ex facto respondit, *consil.* 124. *in* 1. *col.* 1. Præcæteris autem 13
optimum solet id esse consilium, si spurij à Principe in legitimorum numerum cooptentur, tunc enim cùm à legitimis nihil differant: *§. sit. igitur. Authen. quib. mod. nat leg.* pater non solùm eos poterit instituere, sed ipsi simul cum legitimis ab intestato

æque

æquè ſuccedent: L. *ſi te parens ubi Bald. C. de ſuis & legit.* Quod adeò verum eſt, ut & ſi pater ſpurium inſtituerit, eoque vivente idem ad legitimorum jura pervenerit, inſtitutio illa omni tempore valida habeatur, ac ſi ab initio juſtis natalibus fuiſſet reſtitutus, quod frequentiſſimè eſt proditum. *Imo* L *ſi alienum §. in extraneis, de hæ. inſt. Alex. §. inſtituens, Jaſ. §. & quid ſi tantum. n.* 87. nec enim ſubiacet hoc Catonianæ regulæ, ut quæ ad novas leges non pertinet: L. *fi. ubi Bar. in fi. de re iudic. Bald.*
14 L. *fin. C. un. leg. nu.* 26. Præter verò hæc omnia, mater ſi ſibi vim illatam, metuve conſtupratam doceat, non minùs ideò cum filiis, quamvis ex inceſto ſuſceptis, teſtamenti habebit factionem. *Bald.* L. *ſi qua. C ad Orfic. numer.* 1. cùm lex Julia ad vim paſſas mulieres non pertineat: L. *vim paſſam, de adult.* L. *fœ-*
15 *diſſimam C. eod* Quin eò tantùm, quòd ſe à Tyranno aut Principe compreſſam affirmet, illicó & omnia per vim facta præſumi Baldus dixit: L. *eam, quam. C. do fideic. n.* 25. *Marſ. conſ.* 25. *n.* 30. idemque ob eandem rationem, in ſerva, cum qua dominus congreſſus eſſet. Sozinus reſpondit, *conſil.* 148. *in fin.* Quæ tamen excuſatio tunc acipienda non eſſet, ſi paupertatis obtentu id ſe mulier feciſſe confiteretur: L. *palám. §. non eſt, de rit. nupt:*
16 tam turpe enim facimus eo colore deleri non meretur. *Gl. c. ſi quis propter de furt*, Atque hæc omnia, ut plurimùm etiam in patre dicta intelligantur, ut iiſdem ipſe remediis ad ſpurij filij hæreditatem conſequendam adjuvetur. *Bald. Auth. licet, id fin. C. de nat. lib.* Addunt alij & illud, ut vendat pater ſpurio aliquid ex bonis ſuis, ac precium verè capiat, quod clàm deinde illi reſtituat. *Ferat caut.* 41. Aut etiam eum in teſtamento inſtituat, non tamen ut ſpurium ex ſe natum, ſed ut alienum, ex certo patre & muliere ortum. *Alex.* L. 3. *de lib. & poſt. in princ.* Sed & quàmplures aliæ cautiones à Doctor. variis in locis referuntur. *Albe.* L. *humanitatis. C. de nat. lib. Bald. L. 3. de li. & poſt. &* 17 qui cautelarum libros inſcripſere, multas afferunt, quæ ſpuriis inſervire poſſe videantur. *Cæp. caut.* 28. *Ferat.* 41. *Dilect. de art. tit.* 1. *caq.* 14. Sed pleræque nimiam fraudem oſtentant, idcircoque improbantur. Nos iſtas tantúm attigiſſe voluimus, quæ & Jure ſubſiſtunt, & ab omni dolo & machinatione obeſſe videntur.

CAPUT. XLVI.

An hodie jure canon. ſpuriis alimenta à parentibus debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Jure civili ne pater ſpurios alere poteſt, nec ipſi patrem, & quare.*
2 *Corrigitur lex, cùm dicimus, illa de rigore, hæc de æquitate loquitur.*
3 *Intell. c. per venerabil. in fin. Qui fil. legit.*
4 *Intell. c. cùm haberet. De eo qui dux. in matrim.*

5 Qui-

5 *Quibuscunque spurijs hodie alimen. debentur.*

6 *Jus Canon. sequitur jus naturale.*

7 *Spurij quare Jure Canon. quandoque filij non appellentur.*

LEx civilis, quæ summo plerunque Jure nititur, natos ex illicitis nuptiis eo est odio prosecuta. ut præterquàm quod illis paternam successionem interdixerit, nec dignos etiam putarit [contra naturalem omnium animantium instinctum] qui à patre alerentur. *Auth. ex complexu. C. de ince nupt.* aut qui 1 erga patrem, eandem pietatem possent exercere. Scriptum enim erat in lege 12. tabularum. *Hist. Jur. civ. lib. sec.* E meretrice natus patrem non alito. Quod & apud Athenienses, Solonis lege cautum fuisse dicitur. *Plutarch. in Solon.* ob id forté, quod qui cum mulieribus familiùs ac licentiùs præter decorum vivit, is facilé declarat, se non liberorum gratia ad eam rem impelli, sed voluptati potiùs indulgere. Is itaque & ejus rei fructu caret, nec sibi jus parentis in liberos reliquum facit, cùm illis ipsa procreatione, dedecus potiùs & ignominiam tulerit. Contra hæc tamen hodie estat Pontificium jus, *c. cùm haberet in fi. de eo quis dux in matr.* quod ab omnibus creditur plurimum illegitimis filiis favere, eisque alimenta saltem, à parentibus concedere. Quamvisque eodem Jure & alia extet sanctio, huic prima facie contraria, in qua summus Pontifex legis civilis duritiem quam maximè amplecti videtur, *c. per venera in fi. qui fil. legi.* interpatres tamen hæc inter se concilianda tradiderunt. *Gl. d. c. cùm haberet.* ut Pontifex ibi, *in d. c. per venerab:* secundum summum & strictum jus, hic ex equo & bono fuerit locutus, *d. c. cùm haberet.* Mihi verò hæc distinctio absurdissima semper visa est, 2 cùm is qui hoc pacto leges inter se componere quærit, tacitè significet, alteram ab altera correctam esse, ut Bartolus docuit. *Bart. L. Plautius, de aur. & arg. leg. & in L. coten. §. que maximos, de pub.* Quis autem in legibus hoc unquam ausit affirmare, nisi verba ipsa hoc apertè demonstrent: *L præcipimus, in fin.* C. *de appell.* Adde ridiculum hoc potiùs esse, ut Cælestinus III. primus æquitatis & benignitatis illius author, *d. c. cùm haberet, secundum vet. impress.* potuerit Innocentij III severitatem *d. c. per venerab lem.* abrogore, cùm priùs ille, ut apud Platinam & alios compertum est, é vita migraverit, quàm Innocentius ad Christianæ Reipublicæ gubernacula esset ad secitus. Ego ut re vera fatear, nihil ex Innocentij verbis *d. c. per venerab. in fin.* necessariò elici puto, quod ad rem facit, siquidem is eo in loco id tantùm contentit, ne filiis ex adulterio natis, te- 3 merè & absque justissima causa legitimorum jura concedantur. Quod cum nobili illi Pessulano, qui id petierat, velit persuadere, invehitur quodammodo Pontifex in illegitimorum stirpem, ostenditque utriusque sacræ legis authoritate, quám fuerint semper detestabiles, demùm & civilium cõstitutionum utitur testimonio, quæ illis nec alimenta permittebant. Non igitur hæc appro-

aprobando, ſed potiùs referendo, atque ex his opinionem ſuam magis adjuvando, Pontifex hæc aſſerit. Scimus enim ex iis quoque licere argumentum ſumere ad aliquid demonſtrandum, quæ hodié antiquata ſunt, cùm aliàs in uſu eſſent. *Gl. c. novit. ver. quicunque de jud. Bart.* L. *fin. do falſ.* Miror ego tamen, cùm apud omnes receptiſſimum ſit, hodiè Jure Pontif. hoc eſpecialiter introductum, ut ſpuriis alimenta debeantur non habere Doctores ullam ſat validum & firmum hujus opinionis propugnaculum, quo id apertè ſignificetur. Etenim Cæleſtini decre-
4 tum illud, *d. c. cùm haberet*, quod vulgó adducitur, ſi quis accuratiùs animadvertat, non ita illegitimorum cauſam fovet, ut cæteri ſibi perſuaſum habent: quod ut clariùs oſtendam, factum id referam, quod ibi propoſitum eſt. Nupſit Aurelia Alexandro, coſtanteque matrimonio, Alexander cum Livia adulterium commiſerat ejus rei acuſatus, ut ſe á crimine tueretur, adulteram omninò abjuravit, paucis pòſt diebus rurſus Liviæ conſuetudinem repetit, contemptaque omni jurisjurandi & conjugij, quod ſibi cum Aurelia intercedebat, religione, cum Livia novum celebrat matrimonium, cumque ea vitam degere incipit ſuam. Moritur pòſt Aurelia, quare hic de in cum Livia decem perpetuò moratur annos, totidemque ex ea ſtatim ſuſcepit filios: defertur hoc negotium Pontifici, reſpondetis, quód cùm non liceat eam ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulterium, propter ea ſeparandam eſſe hunc Alexandri & Liviæ conjunctionem, cùm uxoria non ſit, ſed penitus illicita, filiis tamen ex ea conſuetudine natis. neceſſaria à patribus debere ſubminiſtrari. Hic ego animadverto in primis, filios non natos eſſe vivente prima uxore, ſed poſt ejus mortem, ſicque non adulterinos eſſe ut vulgò creditur. Deinde, ſecundum id matrim, Jure civili ſubſiſtere potuiſſe, ex quo novo conſenſu poſt primæ uxoris obitum fuerat firmatum, *arg. L. cùm duæ, in fin. de cap. & poſt. rev.* & quamvis Jus Canonicum diverſum videatur, quod hujuſmodi conjugium non admittit, quod ſuſpicatur ne vivente prima uxore quid contra illius vitam fuerit machinatum, videmus tamen & hoc Jure quandoque ſecus eſſe, & matrim. probari, *c.* 2. 3. 31. *q.* 1. *Abb. c.* 1. *col.* 1. *de eo qui duxit in mat.* propterea quod ad filios attinet, cùm ex damnato coitu revera procreata dici nequeant, *diximus ſuprà c.* 40. & forté etiam non prorſus illegitimi cenſeantur, exemplo eorum, qui ex clandeſtine nuptiis ſuſcipiuntur. *Abb. ca. lator. qui fil. legi. num.* 6 poſuerintque bona inter ſe matrimonij fide, eorum parentes fortaſſe congreſſi, nihil mirum eſt, ſi eos à parentibus juſſit Cæleſtinus Pont. educari. Non tamen inde ad quoſcunque ſpurios ſumendum argumentum fuit, ut Doctores noſtri ſolent, cùm hi in eorum numero, longo ſanè intervallo non ſint reponendi, & fuerint ne veré illegitimi, non omninó Pont. declarat. Hæc tamen vix effari audeo, cùm à contraria opinione diſſentire maxima hodie ſit religio. Sanè Bald.

id

id quandoque putavit, *in Auth. ex complexu. C de in c. nupt.* Jus Pont. non omnib. ſpuriis quo ad alimenta proſpexiſſe, ſed iis tantúm qui non ex nefariis, aut valdé odioſis congreſſibus eſſent concepti, in iis enim Jus civile adhuc eſſe ſervandum, cùm & Jure Canonum hi filiorum nomen non
5 mereantur, *ca.* 1. 35. *q.* 7. Ego veró ita ſentio, ſi Jus Canon. benignitate quadam tantùm, & pietate adductum eſt, ut hæc alimenta illegitimis decerneret, prout omnes aiunt (quamvis nihil de hac re apud nos ſatis certum reperiam, ut modò dixi) crederem hoc generaliter in quibuſcunque deinde illegitimis filiis interpretandum. *Garu. in tract. de ult. fi. jur. n.* 114. 112. Cum enim hæc educatio à Jure naturali proficiſcatur. *Inſt. de jur. nat.* quid æquius eſt, quàm putare Jus Pont. cunctis his animantibus proſpicere voluiſſe, quod totum naturali quadam nititur æquitate? *Bald.* L. *fi in prin. C. de judelib.* Accedit, quod hoc favore filiorum inductum eſſe ſcimus, ne ij qui nihil deliquerunt, tam acriter puniantur,
6 *c. naſci.* 56. *diſt.* Cur non ergo hoc ad omnes quomodocunque conceptos pertineat, cùm ubique eorum æqualis ſit venia, æqualis innocentia? Quod ergo
7 dicitur, ne Jure Can. hos quandoque filios vocari, id ego ſucceſſionis tantúm tatione intelligo eò quòd ſi filij dicerentur, iidem & hæredes eſſe putarentur, *c. dicat.* 32. hi verò non quidem ſuccedunt, *d c.* ... 35. *q.* 7. ſed tantùm jure alimentorum filij nomen retinere ſolent *Dec. ca. per tuas, de proba.* 1. *col. Gozad, conſil.* 13. *num.* 47. 55.

CAPUT XLVII.

An æque in Cæſaris jurisd. ac terris eccleſiæ, alimenta ſpuriis debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Qua ratione Jure* Can. *Spurij ſint alendi.*
2 *Homines ad quem finem in lucem veniant.*
3 *Peccatum videtur, non ſubvenire indigentibus.*
4 *Spurij ſecundum naturam filij.*
5 *Duplex vinculum in filijs legitimè natis agnoſcitur.*
6 *Pater prohibere non poteſt, ne ſpurij alantur, aut nepotes ex ijs.*
7 *Alimentorum nomine quid veniat.*
8 *Spurij ab hæredibus patris alí debent.*

FAteamur jam, ut cæteri volunt, ſpuriis hodie ex lege Pontificia alimenta á parentibus eſſe præbenda, dicemus ne tamen hoc ubique locum ſibi vendicare? an verò ſicut in cæteris cauſis, in hac quoque materia, leges civiles in Cæſaris Jurisd. Pontificias in Eccleſiaſticas eſſe ſervandas, *c. ſi duob. in fin. de ap. pe. c. ſi. cum Glo. de arbit. in* 6. Scio quidem multos eſſe, qui hac ratione ducti, in terris tantùm eccleſiæ hæc locum habere velint. *Imo. L. Lucius. §. fin. de leg.* 1. *Alex. conſil.* 74. *in* 3. *Jaſ. Auth. res quæ.* Cod. *com. de leg. pen. col. Fel. c. eccleſia, de conſti. n.* 45. pro quorum ſententia & id facit,

quód cùm hæc æquitas à Cæleſtino Pontifice promulgatur, *in d. c. cùm haberet.* verba is ſua in eccleſiaſticum tantùm judicem confert, *ibi. ſollicitudinis tuæ, &c.* ut intelligamus ad eum tantùm, non ad laicos, hujus rei cognitionem voluiſſe pertinere. *Aret. conſi.* 48. *Galiav in Rub. de verbo. oblig.*
1 *num.* 15. Contrà tamen plurimi ſentiunt. *Abb. d. c. cum haberet. Ang. Juſt. deju. na. in princ. Sozi. conſ.* 161. *Rip. Rub. de verbo. obl. in fin. Deci. c. clerici, de judi num.* 2. *& conſ.* 311. quos & ego ſequor. Sic enim mecum conſidero, variis de cauſis potuiſſe à Jure Pontif. introduci, ut alimenta ſpuriis eſſent á patribus ſubminiſtranda, quas ubique gentium ſervari maximè deceat. In primis video Jus Pontif. ſolere Juris naturalis veſtigia imitari, *c. fi.* 9. *diſt.* alimenta autem Jure naturæ, & quadam ſanguinis conjunctione, omnibus animantibus à parentibus deberi. *L. ſiquis. §.* 1. *de lib. agn.* Video & hoc rationem ipſam ſatis perſuadere, ut cûm id quod à nobis genitum eſt, tunc cùm in lucem editur, ſatis per ſe in firmum & imbecille exiſtat, æquum ſit, id eouſque ſaltem à nobis foveri, quoad calverit, ut per ſe ſubſiſtere, & viribus ſuis niti valeat, alioquim quid tam impium eſſet, quàm alicui vitam dediſſe, ut eam ſtatim illi adimeremus? Huc accedunt & Juris divini
2 quædam ſemina. Vult enim ſummus Deus homines naſci ut vivant, vivere autem, ut illius admirabilia opera venerentur, ejuſque ſibi gratiam ac pietatem comprecentur. Semen autem ipſum exqualicunque homine ſit, Dei utique opus eſt, *c. unde cunque* 56. *diſt.* Quomodo verò isqui naſcitur aut vivat, ut Deum contempletur, ſi ſtatim victu careat, vixque lucem aſpicere valeat? Huc fortaſſè & clementiſſima vox illa duci poteſt, qua vult is omnes homines ſalvos eſſe, & qua tam ſæpè jubet, inter nos viciſſim omne officij & charitatis genus exerceri. Si enim gra- 3
viter delinquere ille hoc Jure dicitur, qui egenos homines & mendicos, qua poteſt, pietate non complectitur, *c. paſce. c. n.* 8. *ſatis* 86. *diſt.* quo magis hoc in iis crimen notandum cenſemus, qui propriis natis neceſſaria vitæ ſubſidia non ſuppeditarint? *c. eſt probanda.* 86. *diſt.* Quòd ſi diceres, in his Nothis filiis nullum quo ad parentes neceſſitudinis jus ſpectari, ſed prorſus alienos haberi. *Ant ex complexu.* atque ita ſupradicta omnia ceſſare Reſponderem ego, 4
hæc legum ſubtilitate ita recepta eſſe. *Bald. repe. L.* 1. *C. de ſacroſ. num.* 45. quamvis honeſta quidem ratione illegitimos tamen revera quo ad naturam, quæ unquam nequit aboleri: *L.* 2. *de uſufr. ear. rerum.* filios dici. *Abb. c. tanta, qui fil. le. nu.* 12. *in princ. & Bart. L.* 2. *de accuſ. Abb. c. nonnulli §. ſunt. & allij, in fin. de reſcr. Tiraq.* L. *ſi unquam. verſ. donatione largitus. num.* 235. cùm quo ad naturale fœdus pro legitimis habeantur: L. *adoptium. §. ſerviles. de ri. nup. Auch. conſil.* 225. *col.* 2. nec extraneis unquam omninò ſimiles eſſe poſſint. *Fel. d. c. ſunt & alij. num.* 56. Et ut ait Eurip.

Turpe Nothi nomen, natura eſt, attamen una.

Cùm

5 Cùm enim duplici vinculo, hi qui ex matrimonio nati sunt, parentibus suis juncti esse soleant legitimo, & naturali, ea quæ à legitimo proficiscuntur, his spuriis minimé communia esse utraque lex consensit, veluti agnationis, nobilitatis, gentilitatis, successionisque jura. Quod verò á naturali descendit, tametsi civilis lex in parentum odium, nec id agnoscere voluerit, *d. Auth. ex complexu.* propterea que alimenta his denegarit, lex tamen Pontificia non potuit, quod sannis quod seminis, quod naturæ ipsius erat, non amplecti. Cumque alimenta ad vitam hominis tuendam, & prorogandam sint necessaria: *L. necare, de lib. agnos.* & jure naturæ decreta, idcircó ea his quoque communicanda esse statuit, cætera quæ humanarum potiús constitutionum erant, potiusque ad politicum statum pertinebant, nec ita vitæ degendæ necessaria, politicarum quoque legum arbitrio decidenda reliquit. Ex quibus omnibus sentio, constitutionem Canon. quoad alimenta, in foroquoque Cæsaris omninò servandum esse, cùm hîc, & juris naturalis ac divini ratio, peccati etiam evitandi non levis versetur occasio, *arg. Glos. cap. 2. de reg. ju. in 6. Bartol. Bald.* L. *privilegia C. de sacros.* Nec me movet, quòd super hac re, ecclesiastici tantùm judicis officium videatur fuisse imploratum. *d. cap. cum haberet.* Cùm enim supradictæ rationes ita se in hac materia habeant, cur non apud quoscunque, & quocunque in loco æqué observentur? Ac si verum amamus, quibusnam aliis uti verbis summus Pont. potuit, si ab eo consultus, ad ejus interrogationem erat responsurus? Hæc autem nos adeò 6
vera esse putamus, ut etsi expressè pater eos in testamento ab omnibus bonis suis abdicasset, adhuc tamen ejus hæredes munus hoc implere cognatur. *Bald.* L. *id qp. C. de epis. & cler. num.* 46. *Jas. consil.* 26. *in* 1. Et quæ de filiis dicimus, ea & multò magis in nepotibus affirmamus, ut eadem ratione ab Avo ali debeant, cùm hi quoad eum minùs odiosi sint: *L. fin. C. de nat. lib. Sozi. cons.* 161. fortè, & quia cùm lex quo ad hanc causam spurios, ut filios, haberi velit, jam sequitur ut quæ in cæteris legitimis filiis levari solent, quorum nepotes æqué ac ipsimet sunt alendi, *L. si quis. §.* 1. *de lib. agn. Bart. tract. aliment.* eadem in his quoque qui ex spuriis filiis nascuntur, admittantur. *argu. L.* 1. *§. lex. Falc. ad* L. *Falci.* Ali- 7
mentorum autem nomine ea omnia comprehendi certum est, quæ ad vitam hominis sunt necessaria, ut cibaria, vestitus, & habitatio, *L. legatis, de alim. & ci. leg.* cæteraquæ quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia, utimur, *L. verbo victus de ver. si.* quemadmodum, & quæ ad disciplinam pertinent, honestasque artes percipiendas. *L. qui filium ubi pub. edu.* generaliter enim omnia liberorum onera pater subire tenetur, *L. si quis §. non tantum, de lib. agn. Sozi. suprà d. cons.* & nec eum tantum alere, sed, & illius uxorem simul ac filios, *Bar. d. §. non tantum Præpod. c. cum haberet. glos. cap. admonere. 33. q. 2. vers. pen.* quoniam scimus, ubicunque jure sanguinis, & naturali quodã officio, alimenta debentur, ut

hic ſané debentur, hæc omnia tunc alimentorum vocabulo contineri. *Bart.* L. *legatis*, *de alim. & cib. leg.* Niſi fortè dubium id faciat, quòd de alimentis nihil expreſſè hic à Canone cavetur, ſed tantùm res neceſſarias eſſe præſtandas, *d. cap. cum haberet, in fi.* quòd, & aliàs me attigiſſe
8 memini, *cap.* 49. Patre autem defuncto nihilominùs illius hæredes patri neceſſitate erga ſpurios erunt obſtricti. *L. ſi quis §. item reſcri. ubi Bar. Ruin. conſ.* 124. *num.* 12. *in* 1. Et hæc quoad patrem.

CAPUT XLVIII.

An Mater Æque ac pater ſpurios alere teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Filii apud matrem triennio, poſt apud patrem educari ſolent.*
2 *Quid in illegitimis?*
3 *Spurii quo ad alimenta, tanquam veri filii cenſentur.*
4 *Non ſemper qui lucrum capit, is & onus ſubit.*
5 *Cur pater potius quam mater filios alat.*
6 *Quando iis alimenta poſſit abnegare.*
7 *Filii parentes alere quandoque tenentur.*

QUod verò ad matrem ſpectat, ſi quæramus, an & ipſa filios alere, ſicuti pater, lege obligetur. Sunt qui dicant, cùm primùm partus editus eſt, debere eum apùd ipſam, donec trimus tantùm ſit, educari, L. *nec filium. C. de patr. po.* poſt id tempus, ad patrem ſemper hoc munus pertinere, nec immeritò, cùm mater in prima illa pueri infantia huic operi commodiùs quàm pater ſufficere poſſit, filium ſcilicet proprio lacte enutriendo, *c. fi. de con. in fi. d. c. ad. ejus. 5. diſt.* niſi fortè hoc ejus dignitatem, & nobilitatem non deceret, vel infirmitate aut egeſtate detineretur, *Azo in ſum. C. de pat. pot.* aut non id patriæ conſuetudo ferret, quoniam tunc expenſis patris, inter id tempus ſuſtinendum fore dicunt. *Abb. c. 7. da connu. in fi. Bal L. alimenta. C. de neg. geſt.* Sed contrà Panormitanus, *in d cap. cum haberet*, qui hæc in legitimis quidem filiis ita probari tradidit, quòd hi in poteſtate patris, non matris naſcuntur, & patris, non matris familiam, & agnationem ſequuntur, *cap.* 2. *de con. infid.* Aſt in ſpuriis ſecus omninò voluit, nam cùm hi nec ſub patria ſint poteſtate, *§. ſi adverſus Inſtit. de nupt.* nec ullum jus agnationis à patre retineant, *Bart. L. tutelas, de cap dimin* æquum 2
etiam non putavit, patrem hoc ſumptu ſic ſemper prægravari, non matrem, præſertim cùm Canon utrique parenti ſecundum uniuſcujuſque facultates, hoc onus communicari jubeat, *d cap. cum haberet, in fi.* ſpuriuſque quo ad jus ſanguinis tam patris, quàm matris ſit filius. *Bart. L.* 1. *de accuſ.* His accedit, quòd cùm alimenta inſtinctu quodam naturæ debeantur. *L.* 1. *§. jus naturale, de juſti. & jur.* non eſt cur pater in his matri præponatur, cùm jure naturæ æquè fili-

filius patri ac matri debeat, & contrà; L. *furiosæ, de cur. furio.* Quin cùm mater tantùm, non pater, his ab intestato succedat, §. *fin. Inst. ad Tertyl.* secundum naturam videretur, matrem, & universa alendi onera debere sustinere, ut quæ hæreditatis quoque commodo sola frui potest, *arg.* L. *secundum nat. de re jud.* Hæc Panormitanus, & alii, quæ tamen ego haudquaquam probo. Si enim id damus, quod ante jam conclusum est, lege Pontificia spurios omnes, quo ad alimenta, veluti filios asse observandos, ita ut in hac causa jus filiorum adepti censeantur, ergo, & secundum juris regulas, ut filii in omnibus erunt alendi, quoniam hanc leges interpretationem admittunt. *L.* 1. §. *lex Fal. cid. ubi Alex. ad* L. *Falcid.* Sed cùm tam de justis, quàm etiam naturalibus solùm filiis hoc notum sit, eos scilicet à patre solo educandos, §. *pe. cum Glos. ver. legi. Aut. quib. mo. nat. sui.* cur in spriis quid diversum volumus constituere, qui in hac re à cæteris nihil differre debent? Falsum enim id est, quòd vulgo ajunt, jure tantum patriæ potestatis, & agnationis hæc alimenta legitimis filiis á solo patre deberi Ego enim, & aliis id ac justioribus multò de causis inductum puto, cùm videamus naturales, qui in potestate non sunt, immó nec de familia proprié *Ja.* L. *fin. num.* 13. *C. de verb. sign.* à solo tamen patre ali, *Auth. licet. C. de nat. lib.* non mater, quasi paternum sit munus, quòs quis filios agnoscit enutrire, in subsidiumque tantùm mater ad id compellatur. *L. Nesenni. de neg. gest.* L. 5. §. *si mulier, cum Glos. de lib.* 3 *agnos.* Non obstat, quod de naturali ratione dictum est nam si ea attenderetur, idem in justis, & legitimis filiis dici oporteret, qui tamen non æquè ab utroque parente educantur. *L. pen. C. de pat. pot. L.* 3. *C. de alen. lib.* Minús id quoque, quòd cùm mater in totum succedat; omne etiã debet onus subire. Nam hinc sequeretur filium ab ea sola semper alendum, ad quam totum spectat lucrum, vel cùm naturalis filius moritur, illius successio nunquam matri extante patre deferenda esset, *contra ea qui diximus cap.* 39. cùm eum donec viveret, nunquam ipsa nisi in subdium alere teneretur, vel si legitimi filii decedant, non esset mater æquè ac pater ad eorum hæreditatem admittenda, *contra Aut. defuncto. C. ad Tertyl.* cùm illa eos vivente patre non educaret. Non igitur ad successionis rationem, jus quoque alimentorum redigendum est: *L. fi. §. ipsum C. de bon. qui liber.* ut præter ea, quæ diximus, in adulterinis atque exincestu natis, manifestè patet, quibus neuter succedit parens, alendi tamen, & ipsi sunt. Non enim hic patria potestas, non familia, non agnationis, successionisve jus ullum spectandum est, sed tantúm certus ne sit iis conjecturis pater, quas aliàs tradidimus, tunc nãque cùm eum cogant Canones ut quo ad alimenta, natum ex se quocunque modo veluti filium agnoscant, in ea re erunt juris communis regulæ observandæ, *d. §. lex. Falcid.* ut ita veré quo ad eam saltem causam filius esse videatur. Sed qua ratione lex patrem in alendis filiis matri prætulit? An quia principalis, & 4 5

agens

agens ipse est in procreatione ? An quia caput ipse familiæ videtur ? An quia vir bona lucrari potest, unde filios alat, ipsequé rebus acquirendis, mulier conservandis tantùm incumbat ? An quia etiam filius à patre ferè semper, non mater denominetur ? Intelligendum hoc quidem est, nisi aut tenues ejus facultates, aliæve conditiones, filium commodiùs, & honestiùs penes matrem
6 enutriri posse suaderent, *Auth. si pater. C. de divort. L. aliment. ubi Doct. C. de neg. gest.* qua de re, & Pontifex deutroque parent forté fecit mentionem, *d. cap. cùm haberet.* non quia utrunque æqué ad id obligatum senserit, nam ita in solidum, ac eodem tempore, mater & pater ad id onus vocarentur, quòd fieri non potest, sed potiús distributivè illud accipiendo, *Ripa. L. hære. §. cùm ita. numer.* 3. & ordine quodam successivo. *Doct. §. quidam rectè.* Aut nisi filius aliunde sibi absque existimationis suæ diminutione posset victum quærere : L. 5. §. *sed si filius. ubi Bar. de lib. agnos.* tunc enim si velit pater ei licet aliquid eo nomine spurio relinquere, *Dec. consil.* 576. præterquàm cùm talis esset filii status, qui aliquando in summam egestatem, aut adversum aliquem casum fortè labi posset. *Cravet. consil.* 199. & 200. *numer.* 10. Vel nisi quid eorum commisisset filius, quæ justam præbent patri eum ex hæredandi causam. *Glos.* L. *Pomp. de parricid.* Quæ quoniam longam exposcunt commentationem, & á Doctoribus latè referuntur. *Abb. d. cap. cùm haberet Bertachi. ver. filius ali debet.* ideò in præsenti omittenda duximus. Sanè hæc omnia, sicuti à patribus in filios, sic quoque à filiis erga parentes, ubi res postulet, servanda erunt, quocunque ex congressu eos parentes susceperint, & quocunque etiam in foro negotium hoc tractetur. *Garz. tract. de ulti. fi. Jur. Can. & cru. n.* 115.

CAPUT XLIX.

An pater filiæ spuriæ dotem dare cogatur.

SUMMARIUM.

1 *Argumentum de alim. ad dotem anvaleat.*
2 *Baldus sibi contrarius.*
3 *Quod per temporum intervalla soluitur, levius onus censetur.*
4 *Bartolus sibi non contrarius ostenditur contra Doct.*
5 *Intell.* L. *uxorem § pater naturalis, de leg.* 3.
6 *Filiis spuriis necessaria debentur.*

QUæstio, quam in præsenti aggredimur, jure iis supervacanea videri possit, qui ea legerint, quæ à nobis mòdo sunt disputata, Cùm enim statuerimus spurios quoscunque à parentibus esse educandos, cui dubium est, eadem ratione. & spuriam filiam dotandam, cùm is qui alere debet, idem, & dotis dandæ onus soleat sustinere ? *Bart. Auth. res quæ Cod. com. de leg. Bald.* L. *neque mater C. de jur. dot.* Sed tamen, cùm argumentum hoc de alimentis ad dotem 1

tem non ſemper recipiatur. cùm filius matrem quidem alat, *L. ſi quis à liberis §. 1. de lib. agnoſ.* non tamen ei dotem conficere teneatur, L. *tutor. 2. §. fi. de adm. tu* L 1. *§. præterea. de tut. & rat.* & frater ſororem vel uterinam tantùm, ſumptibus ſuis ſuſtentet. L *qui filium. §. fi. ubi Bald. ubi pub. edu.* nec tamen eam in matrimonio urgeatur collocare, L. *cum plures §. pen. de adm. tut. Alex.* L. *à filia, ad Trebell.* & contrà, pater de propriis bonis filiam etiam divitem dotare cogatur: L. *fi. C. de do. prom. ubi Gloſ. Bald.* eidem tamen, & alimenta poſſit negare, ſi propriis facultatib ſe valeat ſuſtinere. L. *fi. §. ipſum. C. de bon. q. lib.* meritò oblata eſt Doctoribus diſceptandi materia, cùm præſertim in contrariam ſententiam à Scævola apertè reſponſum videatur. L. *uxorem §. pater naturalis de leg.* 3. Atqui Bartolus vir alioquin integerrimus, cùm aliàs ex facto reſpondiſſet, dotem ſpuriæ filiæ á Clerico conſtitutam eſſe illi à patris hæredibus auferendam, propterea quòd id patri jure non licuiſſet. *Bart. conſil.* 119. *Dominus adjut.* illudque, & quibuſdam aliis in locis tradidiſſet *Bart.* L. 1. *ſol. matr. num.* 11. *& in d. § pater naturalis*, primus tamen idem ſæpiſſimé profeſſus eſt contrariam ſententiam omninò vericrem, *in* L. *fi. de his quib. ut ind. & Auth ex complexu*, & *L. Mævi. §. duo* 3. *qu. de leg.* 2. & *L. fi. §.* 1. *de his quæ*
2 *in fr. cred.* Baldus etiam parùm ſibi conſtans, nunc hanc, *Bal.* L. *fi. C. de dot. prom.* & L. *qui liberos, de ri. nupt.* nunc illam opinionem ſecutus eſt, *Bald.* L. *neque mater. C. de jur. dot. & conſ.* 456. *in 5. Recolo.* unde non defuerunt quàm plures, qui contra dotem apertè pronunciaverint: *Ang.* 209. *Imol. Aret* L 1 *ſol. mat. Tiraquel. L. ſi unquam. ver. ſuſceperit. n.* 50. Quod, & eo argumento Alexander comprobavit: *Alex d. L* 1. *num* quòd licet pater ſpuriam filiam alere compellatur, cùm tamen alimentorum præbendorum munus in ſingulos menſes, & annos ſoleat diſtribui: *L. pec de alimen. & cib. leg. L. fin. ubi Bartol. de lib. agnoſ.* dos verò ipſa non niſi unica ple- 3
runque numeratione queat explicari, iniquum eſſet, ſi patri præſens hoc, & repentinum onus injungeretur, quo ſe alioquin commodè per temporum intervalla poſſet liberare, *arg. L. planè Fam. herciſ. L tutor. §. Luci. de uſur.* Sed hæc fundamenta debiliora ſunt, quàm ut iis pronunciatum hoc poſſit ſubſiſtere. Ego quod, & pluribus placuiſſe ſcio. *Abb. conſ.* 50. & 115. *in* 2. *Soz. L.* 1. *ſol. matr. num.* 23. *Ripa cum pluribus, numer.* 66. *Boer. deciſ.* 127. *numer.* 11. ſpuriarum filiarum, & dotis cauſam conſtanter amplector, cæteri enim qui contrà ſentiunt, mihi in re perſpicua fruſtrà laboraſſe videntur, & toto. quod ajunt, cælo erraſſe, ſiquidem in eo tantùm immorantur, ut probent, æquam non eſſe alimentorum ad dotem rationem, quaſi verò Pont. Cæleſtinus, *L. cùm haberet. de eo qui duxit.* cum illegitimis filiis voluit conſulere, de alimentis ſolùm mentionem fecerit. Quin ait ille, parentes liberis ſuis debere pro modo facultatum neceſſaria ſubminiſtrare: ſed cúm dos maximè neceſſaria dicatur. L. 1. *in fin. ſol. matrim.*

utpo-

utpote ſine qua nec mulier nubere poſſit. *Bart, Auth. ex complexu.* & plerunque turpiſſimo ſe vitæ generi tradere cogatur. *Arg. §. aliud. quoque, in fi. ut cùm de app. cog. & L. palan. §. non eſt, de ri. nup.* Quid opus fuit in re tam clara, tam longas ſubtexere quæſtiones, cùm Canon hoc exprimat, filiis neceſſaria eſſe tribuenda? Mihi ſané hoc adeò manifeſtum eſſe videtur, ut nec
4 Bartolum quicquam contrà unquam aſſerviſſe credam, quamvis Doctores ubique eum ut ſibimet diſſentientem accuſent, *Imo* L. *Mævius. §. duob. pe. co. de leg.* 2. vulgoque ob hanc rem malé audiat, quòd cauſæ quandoque inſerviſſe exiſtimetur. Ego enim id juſto ſacramento contenderem, in hac ipſa, & Bartol. ſemper ſentia perſtitiſſe, ſiquidem reſponſum id quod huic opinioni contrarium cenſetur, *d. conſi.* 119. *Dominus ad jutor.* non rectè à Doct. accipi puto, cùm ibi de ea dote tractetur, quæ jam mortuo marito ad filiam ſpuriam fuerat reverſa, quo caſu rectè ait Bartol. eſſe eam ab hæredibus patris illi filiæ auferẽdam, ob rationem illam, quam alibi ipſemet affert, ubi ejuſdem reſponſi ſui meminit, *L. fin. §. à ſocero, de his quæ in fr.* & nos infrà attingemus, *cap. ſeqq.* ſecus eſſet ſi de dote conſtituenda, & marito tradenda ageretur, prout ſæpiſſimé ipſe teſtatus eſt, *d. L. fi. de his qui. ut ind. d. §. duo*
5 *d. Auth. ex compl.* Nec aliter etiã ſenſit, dum alibi patrem dixit non compelli, ut filiæ naturali dotem diceret, *in d.* L. *uxorem. §. pater naturalis*, cùm enim referat ſe Bartol. ad factum illud, quod in reſponſo Scævolæ continebatur, *d. §. pater naturalis*, evidens eſt eum in ea ſpecie loqui, cùm naturalis pater aliquid ex alia cauſa filiæ debebat, tunc enim non cogendum rectè inquit ei dotem dare, quippe quæ ex propriis bonis, quæ illi à patre debebantur, eam ſibi poſſit conficere, *arg. L. ſi quis à liberis. §. ſed ſi. de lib. agn. & cap. cùm haberet. in fi.* ideoque patris naturalis ratione neceſſaria non dicatur, quod tamen in legitimo parente diverſum eſſet. *L. fi. Cod. de do. promi. ubi gloſſ.* Quæ interpretatio, & textui illi, qui de fideicommiſſo filiæ debito loquitur, & verbis Bartoli apertiſſimè congruit, abeoque alibi etiam ſignificata eſt, *in L.* 1. *ſo. matrim. numer.* 11. Alexandri verò 6
ratio, quam ipſe à concive præceptoreque ſuo accepit. *Imo. dict. L.* 1. *col.* 3. frivola ſanè eſt, cùm Pontificia lex in favorem filiorũ tantùm lata ſit, *d. cap. cùm haberet.* ut eis parentes neceſſaria conferant. Inſpicienda eſt igitur, quæ ſit filiorum neceſſitas non patris commoditas, dum tamen facultatum patris modum id non excedat, *facit. L. cognovímus, C. de hær. & man.* atque ita, quod erit neceſſarium filiis, á patre tribuendum erit, ne aliàs, quod in eorum utilitatem conſtitutum eſt, in patris potiùs commoditatem, & filiorum plerunque detrimentum convertatur. Unde concluderem ego veriſſimam eſſe hanc ſententiam patrem cogendum filiam ſuam ſpuriam cum æqua dote collocare, *Capy. dec.* 181. exceptis iis caſibus, qui noti ſunt, & nos ſuprá attigimus, *cap. præce. in fi. Dec. conſil.* 576. *Rip. L.* 1. *ſol. matri. numer.* 71. & pleroſque qui in contrariam par-

partem inclinare visi sunt, ita declararem, ut id vel eo casu protulerint, quo mulieri aliunde bona suppetebant. *secundum casum d. §. pater naturalis.* Vel de Jure civili fuerint locuti, quod ut dicebat Baldus. *Bald. consi.* 456. 5. sic castitatem coluit, ut pietatem omnem abjecerit, Necus iidem de jure Pontificio responsuri, quod civili meritó prevalere debet. *Jas. Aut. res quæ C. com. de lega. n.* 33. *Ripa. d. L.* 1. *n.* 66.

CAPUT L.

Quatenus liceat patri filiam spuriam dotare.

SUMMARIUM.

1 *Minor dos spuriis, quàm legitimis filijs debetur.*
2 *Spuria secundum patriæ consuetud. dotanda.*
3 *Quid si amplior dos detur.*
4 *An referat dotem marito, vel spuriæ ipsi dari.*
5 *Maritus dominus rei dotalis.*
6 *Consilium ad constituen. amplam dotem filabus spuriis.*

NOn dubium est, cùm de dote constituenda agitur, pensandas esse in primis patris facultates, dignitatem, ac numerum liberorum: L. *si filiæ d.* L. 3. Itemque viri & mulieris conditionem, natales: *L. cùm post §. gener. L. quæro de ju dot.* & civitatis morem, in quam uxor 1
deducenda est. *Dec. consil.* 26. *num.* 4. Ideoque cum spuriis ut plurimùm tenuior multò dos quàm cæteris legitimis filiis soleat decerni. *Abb. consi* 115. 2. censent fêrè omnes non ampliùs cogendum patrem filiæ in dotem tribuere, quàm ei alimentorum nomine asset obstrictus. *Bald.* 497. 5. *col.* 2. *Abb. d. consi. Capyc. decis.* 181. propterea quód hæc dos alimentorum loco succedere existimetur. *Abb.* 50. *in* 2. *Bart. Auth. res quæ. C. com. de leg.* Ego tamen hoc non usque adeò affirmarem, si vera sunt, quæ aliàs diximus, illegitimis scilicet filiis necessaria à patre esse præstranda, *c. cùm haberet.* cùm fortassè secundum patriæ 2
consuetudinem indecorum esse possit filiæ ex clarissimo & locupletissimo patre genitæ, illud sibi dotis nomine dici, quod alioquin, si cœlebs mansisset, sibi ad quotidianum victum satis esse posset. Ideoque trium millium & quingentorum aureorum dotem quandoque congruam esse Dec. respondit. *Dec. cons.* 611. Sed quid si ampliorem summam pater filiæ constituerit, quàm alimentorum ratio, & ejus 3
conditio pateretur, num id saltem quod legitimum modum excedit, á proximiorib. patris poterit revocari? *Capyc. d. decis.* 181. Varié circa hanc rem sensit Bartolus: Quandoque enim distinxit, constante quidem matrimonio repeti non posse, eó quòd pro oneribus matrimonij ferendis marito tradita sit: *L. pro oneribus. Cod. de jur. do.* sed cùm primùm ad mulierem reversa esset, ab ea admimi posse, id saltem quòd congruam trascenderet portionem. *Bart. L. fin. §.* 1. *de his quæ in fr. cred.* & L. *Mævius §. duob. de leg.* 2. *in* 3. *q.* quandoque indistinctè, quod-

cunque præter æquum alimentorum modum relictum eſſet, ſtatim ab agnatis revocari poſſe dixit. *Bart. d. L. fi. de his quib. ut ind. num. 7.* Baldus etiam, ut plerunque eſt eorum, quæ á ſe alibi dicta ſunt, parùm memor, nunc quidem Bartoli diſtinctionem ſecutus eſt. *Bald. Auth. ex compl.* nunc & ipſe aliam ſententiam generaliter affirmavit. *Bald. L eam, quam. C. de fideic. num.* 41. Alij Bartolum ideó reprehenderunt. *Rip. L.* 1. *fol. mat. num,* 68. quód cùm ab initio non potuerit præſcriptum à lege modum pater tranſgredi nec quid præter tranſ redi, nec quid præter res neceſſarias ſpuriis tribuere, ideò nec nullo ampliùs temporis ſpacio id poſſit confirmari: L. *quod initio, de reg. jur.* certum enim illud eſſe ajunt, id totum quod pater marito dat, filiæ ſolûm contemplatione fieri: L. *dotem dedit, de coll. don,* verùm cùm patri tot bona filiæ dare initiò non licuerit, propterea conſtante matrimonio, id quod præter congruam ſummam traditum eſt, rectè poſſe revocari, *arg.* L. *ex annuo, de don. int. vir. & uxo.* Nam ſi maritum dicas magnum ex hac re damnum facere, à quod pars dotis præproneré adimatur. Reſpondent hi, mariti ipſius hoc culpæ & ſocordiæ tantùm adſcribendum: L. *quod quis ex. de reg. jur.* qui in perquirenda uxoris ſuæ conditione qarúm diligens fuit, *arg. ca. nu. per. de do. inter vir. & uxo.* Mihi tamen hæc nullo pacto probantur, prioremque laudo Bartoli diſtinctionem, à qua nunquam nec ipſum, nec Baldum diſceſſiſſe puto. etſi prima facie, cæteris Doct. inter ſe diſſidere videantur, ut multum ſcilicet interſit, dos ne præſenti marito detur, an aliquid filiæ dotis nomine relinquatur. Cúm pater in teſtamento qui filiæ legat, aut inter vivos donat, quod ſupra alimentorum cauſam eſt, unde ſibi ea dotem paret rectè ait Bartol. Baldusque partem illius confeſtim eſſe auferendam, eo quòd rectà hoc à patre infiliam transferatur, quod leges vetant. *Bart. d.* L. *fin. de his quib. ut ind. Bald. d.* L. *eam, quam, qui loquuntur in legato, vel donatione.* Quòd ſi marito tunc acceptandi dotem pater tradat, bonaque ea maritus non é filiæ, ſed patris manibus conſequatur, nihil prohibet initiò quamcunque velit patrimonii partem in collocanda filia parentem erogare, quæ conſtante matrimonio, eadem ſemper & integra conſervabitur, nec ulla in parte diminuetur. *Bart. d.* L. *fin.* §. 1. *de his quæ infr. Bald. a. Auth. ex complexu.* Id enim ideò ita permittitur, quia maritus eam titulo oneroſo capit: L. *ex promiſſione, de act. & oblig.* ipſe ejus dominus verè efficitur. *Inſt. quib. alie. lic. in prin.* L. *quotiens C. de jur. dos.* ſolos poſſidet, ſolus uſucapite: L. 1. *de uſucap. pro dote.* pater autem non extraneis, ſed filiis tantùm ſpuriis quid dare prohibetur. *Gl* §. *fi Anthen. qui mo. nat. ſui* Unde nulla fraus ſubeſt, quia nihil in ſupremam transfertur, ſed in maritum, qui fructus lucratur, dominium & poſſeſſionem nanciſcitur, ad eam verò nihil præter alimenta pertinet. quæ illi neceſſariò debentur. Cùm primum diremptum fuerit matrimonium, tunc quia ex cauſa lucrativa incipt ea bona mulier poſſidere, aliud fortaſſè dicen-

dicendum erit. Etenim si pater illi qui omnium bonorum societatem cum filio spurio contraxit, quæcunque velit bona, impunè potest lagiri, quorum dimidia pars ad filium ipso jure statim est perventura: L. *si is qui duos. ubi Bart. eo lib. leg.* cur non matrimonij causa, quod est omnis vitæ consortium, vel amplissimam dotem marito filiæ spuriæ tradat, cujus vel minimam partem illa interim nequeat vindicare: L. *doce. C. de rei vend.* At dices, factum hoc est contemplatione filiæ, fateor, sed quæ legi fit fraus? qua in re locupletior redditur mulier? cùm interim nihil possideat, nihil lucrifaciat, nihil vendicet, imaginario tantùm quodã titulo fruatur? Quin pater indotãda filia, etsi quid fraudis committat, nihil tamen doli adhibuisse videtur, quia commendanda potiùs est patterna pietas: L. 1. §. *sed si liberi. si quid. in fr.* Erit igitur patri cautè animadvertendum, ut si filiam suam maxima cupiat dote afficere, ipse maritum deligat, cui quæcunque velit bona
6 eo nomine poterit conferre. Sin in testamento quid plus filiæ leget, quàm æqua postulet ratio, licet id se dotis causa facere testetur, nihil tamen agat, quod legati ejús prior spuria dominium sit adeptura, unde irritum fieret patris votum.

CAPUT LI.

Soluto matrimonio dos spuriæ ad quem pertineat.

SUMMARIUM.

1 *Refert quo ad dotem, præmoriatur ne maritus, aut uxor spuria.*
2 *Spuria dotem non præscribit, nec spacio 30. annorum.*
3 *Error Juris impedit præscrip. longiss. temporis.*
4 *Quid in errore facti.*
5 *Spuria testari non potest de dote sua.*
6 *Cautela ne mortua spuria dos à marito auferatur.*
7 *Dos quo ad filios onerosa dicatur.*

LIberum est quidem patri, ut statuimus, dum vivit, in dotanda spuria, vel vulgarem dotium modum excedere, pertuum tamen id minimè futurum est sed si matrimonium deinde viri aut uxoris morte dirimatur, dubito ne & dos ipsa diminuenda, plerunque etiam cum matrimonio omninó sit extingenda. Illud igitur erit inspiciendum, prior ne decedat maritus an mulier. Nam si à patre maritus ampliorem multò præter spuriæ conditionem, fuerit dotem adeptus, isque ea superstite extremum obeat diem, author est Bartolus, & cum eo plerique alij, statim dirempto matrimonio subducendam ejus esse rationem, quod mulieri necessarium sit futurum, & si quid præterea ex dote reliquum est, id proximioribus patris applicandum, filiæ tantúm æquam portionem. unde se alat, relinquendam, *Bar.* L. *fi. §. 2. quæ in fr. cred.* & L. *Mævius §. duobus 3. qu. de leg. 6. Abb. consi. 50. 115. in 2.* Alij tamen hanc spuriorum & dotis causam benignius amplectentes, nihil a mullere ex ea auferendum crediderunt, quod ab initio in maritum pater contulisset. *Bald 456. 5.* quasi quód cùm semel ea dos rectè constite-

rit, perpetuam quoque eandem cauſam debeat retinere, *arg. L. pater. §. quindecim. de leg.* 3. Sed vereor ne hoc falum ſit. Cùm enim pater, quando dotem marito dat, eam poſt ſuam & viri mortem ad filiam velit pertinere: *L.* 1. *§. videamus. C. de rei uxo. act.* jam manifeſtum eſt hoc eventu ſecuto filiam tunc non à marito, ſed à patre ipſo capere veluti ex cauſa fideicommiſſi, quod eſt interdictum. *Alex.* L. *ſi. is qui. de vulg.* donare enim filiæ pater non poterat: L. 1. C. *de nat. lib.* ergo nec dotem ei minùs neceſſariam relinquere, *arg.* L. *quiſquis. §. emancip.* C. *ad* L. *Juli. maie.* cùm ea filiæ ratione lucrativus titulus & donationis inſtar habeatur: *L. ſi. §. ſi à ſocero verſ. at ſi neuter. quæ infr. cred. & cap. præced.* Eſt igitur idem pater, qui dotem marito tradit, & qui eam filiæ reſtituendam curat, ideó perſonalis, *reſponſio ad §. quindecim.* adhuc eſt prohibito, initiumquè ſuum retinet. *Bar.* L. *peto. §. fratre. de*
2 *leg.* 2. *num.* 3. Quod adeó verum eſt, ut & ſi poſt obitum viri integram hanc dotis ſummam mulier 30. ampliuſve annis poſſiderit, adhuc tamen ea ſe præſcriptione non poſſit adjuvare, ut Bartolus reſpondit. *Bart. conſ.* 119. Aut enim id totum ad ſenon jure ciebat pertinere, & tunc mala fides quamcunque præſcriptionem impedire apta eſt, *c. poſſeſſor, de. re. ju. in* 6. Aut verò apud ſe, licet ſpuriam, juſtam eſſe poſſeſſionem putabat, & tunc juris error poſſeſſionem ipſam frangit & infirmat: *L. nuquam in pri.* L. *ſi fin. & §.* 1. *de uſucap.* quod etiam in longiſſimo
3 tempore aduerſus Caſtren. *Cal.* L. *Celſus num.* 4. *de uſu cap.* & Baldum. *Bald. L. nullo. n.* 4. *C. de rei. vind.* communiter receptum eſt. *Fel. cap. ac quarta, de præſcrip. num.* 42. quia cùm initió lex reſiſtat, ne quid à patre in ſpuriam transferatur: L. 1. *Cod. de nat. lib.* quicquid deinde ab ea poſſeſſum reperitur, fingitur cum mala fide actum. *Glo. c.* 2. *de his quæ fin.* 3. *prælat.* unde quæcunque vel longiſſima præſcriptio impeditur. *Barto.* L. *ſed. & §. ſciere, de pe. hæ. Abb. c. ſi deligenti. de præſcrpt. num.* 24. *& c. cum num.* 9. Quòd ſi ea 4
ſe veré juſtam filiam credidiſſet, aut ſaltem natalibus rité reſtitutam, tunc cùm in facto erret, non video cur præſcribere ſaltem longiſſimo non poſſit tempore. *Marſ. ſing.* 478. quod bonæ fidei inſtar eſt. *Felin. d. ca. de quarta. num.* 26. quamvis Alexander contrá quandoque reſponderit. *Alex.* 74. *in* 3. cujus me rationes nihil movent, eò quód ſi veritas cum ejus opinione concurret, juſtaque eſſet filia, prout exiſtimabat, rectè poſſideret & acquireret, ergo idem & ſi ſe falſó legitimam eſt opinata, cúm longiſſima poſſeſſio, titulum bonamque fidem præſumi faciat, ut recentiores quidam diſtinxere. *Ripa. le.* 1. *quor. bo. num.* 9. Cùm verò decedit & ipſa mulier, aut ſuperſtite adhuc viro, aut etiam eo mortuo, non eadem jam ſervari ſolent, ſtatim enim dos ac patrem, aut ejus hæredes reverti debet. *Abb. conſil.* 50 *in* 2. *Ripa.* L. 1. *fol. mat. numer.* 67. ita ut nec quicquam poſ- 5
ſit marito liberiſve ex eo ſuſceptis, reliequere. *Bal. L. cum, quam, num.* 41. & *Cravet. conſil.* 186. *num.* 16. Quoniam cùm hæc

dos

dos sive alimentorum loco fuerit constituta, sive necessitatis potiùs causa, ut nos putamus, jam sicut alimenta ipsa adveniete morte extinguuntur: *L. dominus §. fi. de usufru.* necessitas etiam quæ libet esset tam impio fato, quo omnia soluuntur: *§. deinceps. Aut. de nupi.* æquum est sanè, ut & dos ipsa, unde discessit, se recipiat, nec ampliùs nulla existente causa apud alienas personas vagetur. *Abb.* 115. *in* 2. Ideoque consilium dedit Bartolus. *Bar.* L. *fin. de bis quib. ut ind. nume.* 7. & *Ripa. d.* L. 1. *solut. mat. num.* 69. maritis, qui hujusmodi junguntur uxoribus, ut
6 quàm possint maiorem sibi à patribus dotem dici curent, quam deinde post earum mortem nepotibus, ex eo matrimonio natis, iidem patres velint relinqui. *Capy. deci.* 181. ne aliàs eodem tempore & conjuge, & dotis commodo (quod plerunque gravius est) se elusos reperiant. Quam sententiam, ut non adeó firmiter probem, illud in causa est, quòd dos hæc nedum pro oneribus matrimonii
7 marito datur, ut ex ea ipsa tãtùm spuria sustentetur, sed & filiorum causa, qui ex illo matrimonio nascentur, *Rum. cons.* 124. *num.* 11. *in* 1. *fim.* ut inde alantur, educentur, præsertim ubi mariti facultates ad id non sufficerent. *Auth. si pater.* C. *de divor.* qua dere & onerosus, quo ad eos is titulus habetur. *Bart. L. si constante, solut. matri. num.* 67. & *in* L. *fin.* §. 1. *quæ in fr. cre. in Apost.* quem deinde iis auferri satis iniquum videtur, cùm quasi ab initio eis pars dotis tacitè sit obstricta: L. *si maritus. fam. herc. facit.* L. *dos à patre.* C. *sol. matr. secundum opi. Mart.* Tutius tamen his fuerit Bartoli consilium.

CAPUT. LII.

Qui sint tutores illegitimorum filiorum. Et an à patre testamento dari possint.

SUMMARIUM.

1 *Quæ possit pater erga spurios, aut non possit.*
2 *An detur naturali tutor à patre in testamento.*
3 *Differentia inter tutores naturalium, & legitimorum filiorum.*
4 *Ab intestato qui sunt naturalium tutores.*
5 *An spurijs testamento tutor detur.*
6 *Quis ob intestato spurij tutelam gerat.*

CUm tutela Jure civili, naturali quadam ratione fuerit inventa, ut hi qui imbecilliore sunt ætate ac judicio, maiorum consilio, ac authoritate protegantur: *§. fi. Inst. de Attil. tut.* non immeritó in dubitationem venit, an cùm electi à patre in testamento tutores filiis cæteris omnibus præferri soleant. *Bar. Rub. de test. tut.* eó quod plurimum lex paterno erga filios consilio tribuat, hoc quoque & in illegitimé natis sit recipiendum, ut iis æquè ac cæteris decerni tutores in testamento possint, quasi eadem naturalis ratio ad

omnes

omnes quomodocunque natos pariter pertineat: L. *hos accusare.* §. 1 *pen. de accusat.* Et quoniam etiam id tantùm prohibitum patri erga illegitimos filios videtur, ne quid de suo iis largiri possit: L. 1. L. *fin. C. de nat. lib.* in cæteris, hac una re excepta, licet ea erga illos quæcunque ferè exercere, cum & executores bonorum in testamento relinquere. *Alex. L. cog. §. hi qui nu.* 4. *ad Trebell.* & eos in pupilaribus bonis filiis suis legitimis substituere: *L. sis qui ex bonis, de vulg. & pup.* & in libertatem, ubi status illis controversia moveatur, eos valeat vindicare: L. 3. *de libe. caus.* & in judiciis eorum nomine experiri: *Alex. §. si quis rogatus. num.* 39. *ad Trebell.* & alia hujusmodi multa. Cur non ergo & tutores iis in testamento possit constituere, cùm hîc non de successione in eos transmittenda, nec de iis ex re patris locupletandis agatur, sed de gubernatione tantùm & tutela iis decernenda, quæ maximè ex usu publico est, ut ipsi, eorumque bona fide & patrocinio alicujus suscipiantur & cus- 2 todiantur? Sunt tamen quibus aliter videatur. *Glos. Bart.* L. 1. *de testa. tut.* nec sine ratione. Lege enim duodecim tabularum permissum est parentibus, liberis (si modò in potestate sint) tutores testamento dare: *L.* 1. *de test. tut.* sed notum est, eos qui illegitimè nascuntur, in potestate nostra non esse, cùm ex matrimonio orti non sint: *§ si adver- Instit. de nupt.* igitur nec iis tutorem dare licebit, ut ipso Jure valeat. Distinguendum est tamen latiùs in hac materia, an de naturalibus filiis loquamur, an etiam de spuriis: inter quos maxima est differentia. *Auth. licet. C. de nat. lib.* Namque si de naturalibus intelligimus, cùm eos lex non ita abhorreat: L. *pen. C. ad Orfic.* concessit etiam quandoque patri, ut iis tutores ab eo dati, tutelam possent administrare. Sed hoc variis modis, Namque si pater naturalem filium instituerit, eique tutorem dederit, erit sanè ille tutor, petita tamen antè à Judice confirmatione: *L fin.* C. *de confir. tut.* Quòd si nihil naturali filio de bonis suis reliquerit, & tamen tutorem dederit, non aliter ille tutelam suscipiet, nisi & à Judice confirmetur, & cum causæ inquisitione: L. *naturali, de conf. tut.* In eo enim qui nihil à patre consecutus est, hoc amplius requiritur, ut ex diligenti inquisitione tutor confirmetur, cùm in allis, qui à patre instituti sunt, simplex sufficiat judicis confirmatio. Quamobrem si naturali filio pater certa relinquat bona, isque præter ea, alias habeat facultates, tutoremque illi simpliciter in testamento dederit, is quidem, quo ad bona relicta à patre, sola indigebit confirmatione. Verúm quo ad cætera, antequàm ei administratio decernatur, opus erit, nedum confirmationem impetrare, sed & summam inquisitionem haberi, prout Bartolus egregié declarat *Bar. L. naturali. §.* 1. *de confir. tut* Un- 3 de & intelligimus, quid hac re differant naturales à legitimis filiis, Justis enim filiis, qui dantur tutores à patre in testamento, hi tutores statim ipso jure constituuntur. *Insti. de satisd. tut. in prin. secundum decla. Bart. in L. legitimos de legi. tut.* Ast qui naturalium tutores reliquuntur, hi non anté munus id tutelæ possunt

iu-

inchoare, quàm, & Judex eos authoritate probet ſua, & plerunque de eorum moribus fortunis, & conditione, non per-
4 functorié ſit inſtructus. Quod ſi pater impuberibus his naturalibus relictis, aut teſtamentum non feciſſet, aut quantum ad tutelam inteſtatus deceſſiſſet, tunc quoque non ut juſtis filiis, fiunt agnati legitimi tutores, ſed ad matrem directò tutela pertinet, cùm legitimis ipſi careant tutoribus, & agnatis. *L. fi. C. quando mul tut. off.* proptereaque etiam defuncta matre, crederem alios ex linea materna proximiores id onus eſſe ſubituros, non quia hodie ſublata ſit omnis differentia inter agnatos, & cognatos, quo ad ſucceſſiones, & tutelas, *Auth. de hæred. ab inteſt. §. nullam. & §. ex his Bar. L. 1. de legit. tut.* nam hæc differentia, quæ remota eſt, in legitimis tantùm, non ſpuriis procedit. *Fab inſt. de cogn. ſerv. num. 5.* Sed quód cum his illegitimè natis, cognati tantùm ab inteſtato ſuccedant, *L. 2. L. ſi ſpuri. Unde cogn.* non agnati, quippe qui nulli his ſunt, *§. vulgo. Inſti. de ſuc. cog.* æquiſſimum eſt etiam iis tutelæ onus deferri, qui & ſucceſſionis emolumentum antea alios ſperare poſſunt. *Inſt. de leg. patr. tut.* Et hæc ita in naturalibus ſervantur.

5 De ſpuriis negant omnes. *Glo. Bart.* L. 1. *de teſta. tut. & d. L. naturali. de confir. tut.* tutorem à patre ullum his relinqui poſſe, nedum quia in poteſtate non ſunt, ſed quod nec filii nomen merentur, ſuntque penitus alieni à patre. Ego autem cùm aliàs oſtenderim, *cap.* 40. poſſe quandoque patrem quibuſdam ſpuriis teſtamento bona relinquere, jiſdem quoque rationibus nunc affirmo, & tutorem rectè iis dari poſſe patrisque voluntatem probandam, *arg. L. ſi patron. ubi Dyn. Bar. de confir. tut.* Quod, & generaliter in cæteris quoque ſpuriis fortaſſé admittendum erit, ſaltem ratione alimentorum, quæ eis hodiè pater præbet, *cap. cùm habet. in fin.* ut quo ad ea, tutorem his poſſit conſtituere, *d.* L. *ſi patronus. & L. fin.* C. *de confir. tut.* Ubi verò pater de hac re nihil teſtatus eſſet, materque ſupereſſet, tunc in omnibus rationem ſequendam ducerem ſucceſſionis, ut ſi tales ſint ſpurii, quibus mater ab inteſtato hæres eſſe poſſit, *jux. Gloſ. L. pe.* C. *ad Orfic.* tunc, & ei tutelam mandandam eſſe, matre verò non ſuperſtite, cognatis iis deferendam, qui ſpuriis ſuccedere ſolent. L. 2. *Un. cog.* Quòd ſi illi eſſent ſpurii ex damnatis orti, tunc quia omni, & agnatione, & cognatione carere dicuntur, *Alex.* 174. *in* 5. *Dec. conſ.* 311. tunc nec matrem, nec ullos conjunctos ad tale munus vocandos eſſe, quia & à ſucceſſione excluduntur. ut alibi latiùs declaravimus. *cap.* 43. Eſſetquæ hoc caſu à magiſtratibus ad id authoritatem habentibus, alias ad hoc munus deligendus, ne pupillus omninò indefenſus relinqueretur. *Inſt. de Attil. tut.*

6

CAP.

CAPUT LIII.

An nepos legitimus ex filio ſpurio poſſit ab avo hæres inſtitui.

SUMMARIUM.

1 *Macula patris afficit filium, & quomodo, n. 3.5.*
2 *Relictum nepoti videtur contemplatione filii.*
3 *Delictum patris in quibus noceat filio.*
4 *Juſtiniani conſtitutio ſuper hac quæſtione.*
5 *Cur Adami peccatum omnes attingat, non æquè aliorum patrum.*
6 *Avus inſtituens nepotem, illius contemplatione, non filii id facit.*
7 *Spurius uſufructum habet in bonis filiis ab avo relictis.*
8 *Quando ne filius patri, nec ſervus domino aquirat.*
9 *Quibus caſibus nepos ex ſpurio ab Avo inſtitui non poſſit.*
10 *Ab inteſtato nepotes ex ſpurio non ſuccedunt Avo.*

SEquitur vulgata illa apud veteres, & recentioris Juris interpretes, quæſtio, an Avus nepotem ex filio ſpurio poſſit inſtituere, Dynum enim accepimus, *Hæc refert. Brl. L. Gallus §. quidam rectè.* controverſiam hanc fortè ut nimis dubiam ſub indice reliquiſſe. Cynum autem apertè ſenſiſſe, non eſſe Avo, cum nepote eo teſtamenti factionem propterea quòd eadem turpitudinis ratio, quæ filios Nothos á patribus aliquid capere prohiberet, & ad nepotes pertineret, cùm officium Avi erga nepotem, ex perſona filii præcipuè oriatur L. *dotem dedit, de col. bon* Rofredus diſtinxit, ut ſi contemplatione patris hæres relictus eſſet inſtitutio irrita cenſeretur: ſin verò nulla habita patris ratione, & tunc relicti compos eſſe. Poſt hos Bartolus, *in L. Gallus § quid ſi is*, nepotem ſemper inſtitui poſſe dixit, dummodò non maximè evidenter probaretur id intuitu filii factum, quod in dubio non eſſet præſumendum, & ſecundum hanc ſententiam de facto reſpondit, *conſ* 118. *Odutius* Baldus acerrimé contrariam Bartoli opin. defendere conatus eſt, *in* L. *Gallus § quidam rectè*, ſuntque hæc deinde ab aliis Doctoribus, & recentiorib. in utramquam partem laté diſputata. *Alex Sozi. Caſt. d. §. quid. ſi is. Corn. conſ.* 25. *in* 1 *Alex.* 74. *in* 3 *Dec.* 462. Solent Baldus, & qui eum ſequuti ſunt, ea inprimis moveri ratione, quòd cùm nepos ipſe à filio ſpurio deſcendat, non poteſt non eadem maculam, veluti à vitioſa radice conceptam, ſecum ducere, quæ illum ideó ab avita arceat ſucceſſione. *Dec. conſil.* 85. *in fin.* exemplo Adami primi parentis noſtri, cujus labes poſteros omnes in perpetuum potuit afficere. Certum etenim id eſſe ajunt, nihil filio ſpurio, aut recta via, aut per mediam perſonam, à patre, poſſe relinqui. L. 1. *C de na. lib* quæ res arguit, ut nec nepotem ex eo liceat inſtituere. ex quo uſufructus ſaltem ipſi filio acquirendus eſſet. *L. cum oportet.* C. *de bon. q. lib.*

q. lib. atque ita fraus legi fieret manifesta. Addunt filios illegitimos idcircò à patre institui prohibitos, ita ut faciliùs paterna libido reprimeretur. *L. fi. C. de nat. lib.* cùm commune parentum omnium votum sit, ad filios facultates suas omnes transmittere. L. *in scripto. Unde lib.* quæ sané ratio, cûm in nepotibus æqué vigeat, L. *liberorum, in fin. de* 2 *verb. sign.* volunt propterea quicquam in hac re discriminis inter filios nepotesve constitui, præsertim cûm quicquid nepoti relinquitur, id filii contemplatione procul dubio factum: *Alex. Jas.* L. *sed si plures §. in arrogato de vulg. & pu.* avusque ita erga illum filii tantùm causa affectus videatur. L. *dotem dedit, de coll. bo.* L. *si fortè de Cast pec.* Qua ergò ratione Nothus à lege repellitur, eadem & nepotem ex eo rejiciendum volunt. L. *quæritur, de bon. liber.* cúm melioris non debeant conditionis esse nepotes quàm filii, L. *si viva §. in nepotib. C. de bon. mater.* Hæc pro Baldo, qui tamen alibi professus est, si constaret institutionem hanc minimê intuitu filii factam, sustineri omninò debere, *Bald. consi.* 146. *in* 1. *alias* 488. *in* 4. *in fi.* ut quia esset in testamento dictum, ne usufructus ad patrem perveniret, quod consiliũ uti præ cæteris tutissimam, etiam Bartolus approbavit. *Bartol. d §. quid si is.* Dum tamen Baldus institutionem in dubio inutilem esse dixit, quando nihil ab Avo de usufructu expressum est, in hoc Bartolus ab eo quam maxime dissensit, & cum Bartolo crebrior hodie quoque stat opinio. *Cor. cons.* 1. *in* 3 *ver. circa sextum &* 25. *in* 1. *Feder.* 57. *Dec.* 462. *Alex.* 74 *in* 3. *& in d. §. quod is*, eademque, ut ego arbtror, æquior multò ac verior. Dixit is, filium illis tantùm commodis, ob delictum patris esse privandum, quæ ab illius persona non ab Avo, aut aliis agnatis proficiscerentur L. 3. *de inter. & re eg.* L *emancipatúm, in fi. de sen.* Sic enim, & deportatos, quibus nihil tan- 3
quam spuriis potest relinqui. L. 1. *C. de hær. inst.* quoad avitam hæreditatem, nepotibus nihil nocere. L. 1. *§. fin. de bon. poss. contra tab.* L. *si hecem §. si deportatus de bon. liber.* nec patris hæretici culpam filio Orthodoxo in successione ullo esse impedimento. L. *cognovimus, cum Auth. seqq. C. de hær.* sicut nec exhæredatum filium, quamvis justa de causa, ideo nepotem à petenda bonorum possessione avita repellere. L. 3. *§. si emancipatus, de contra rab.* Quæ quidem argu- 4
menta pro hac parte plurimùm sané urgent. Sed addo ego, quæstionem hanc usque à Justiniani tẽporibus emersisse, ob idque ab eo constitutionem editam, quæ & adhuc extat, qua apertissimé sanxit, licere Avo, nepotibus suis legitimis ex naturali filio, quodcunque liberet relinquere, L. *fin.* C. *de nat. lib.* quam, & in spuriis, quoniam eadem ratio suaderet, locum habere, Accursio, seu Francisco filio visum est. *Glos. d.* L *fi. Bart. §. quid si is.* Ut planè mirer eam inter tot gravissimos Dores cõtroversiam usque ad hæc tempora manasse, cujus decisio minimé ampliùs dubia esset. Nulla enim, inquit Justinianus, in nepotem legitima est consequentia, cùm leges paternum tantùm vitium in filio cohibere voluerit. Omitto nunc quemlibet institui

posse, qui expressè prohibitus non reperiatur, *arg. L. extraneum. C. de hær. instit.* nec nepotem, de quo agimus ulla quod meminerim lege repelli. Omitto leges, quæ filiis illegitimis quid vetant relinqui, odiosas esse, nec ad nepotes, quorum diversa est causa, protrahendas, *arg. L. cùm quidam de li. & posthu.* Sat illud sit, nobiscum Justini cõstitutionem facere, hac tantùm de causa ab eo promulgatam. Cui nihil adversatur, quod nepotes paternum vitium eadem ex origine ducant, nam hoc, & ex rationib. suprà per Bart. adductis negatur, & ipsius Justiniáni verbis repugnat, qui nullam legitimam fieri consequentiam in nepotem tradidit. Aliàs sequeretur, ut nec pater ipse spurius quicquam filios legitimo posset relinquere, sicuti ipsi â patre ea de causa consequi nil licuit. Quod
5 enim de Adamo dicitur, id aut aliò pertinet, ut quidam ajunt, nempe ita summi Dei numine jubente, cujus arcana nobis non licet perscrutari. *Corn. consi. 25. in 1. colum. 3. arg. cap. duæ sunt. 19. q. 2.* aut dicerem ego potiús, diversum id longé exemplum esse, cùm labes illa ab Adamo primum contracta, ad omnes quotquot nascuntur homines æquo jure semper tranſmittatur, siquidem omnes sub eadem lege, & conditione in lucem edimur, sub qua, & is vitam suam peregit. Secus in eo est, qui legitimus ex patre spurio nascitur, hic enim non eosdem, quos pater natales sortitur unde nec ejusdem conditionis necessariò censeri potest, quod cùm ex multis patet, tum ex eo maximè, quod huic non honores, & munera publica interdicuntur, quæ patri suo, eò quòd nothus esset, fortè potuissent abnegari. Non igitur legitimus patris nothi conditionem assumit, sicuti nos Adami naturam in omnibus retinemus. Ad id verò, quòd hoc pacto facilé legi fraudem fieri posse Baldus, & cæteri dicebant, ex quo usufructus ad spurium patrem esset perventurus, quamvis Bartolus etiam responderit, *id d. §. quid si is, in fin.* is tamen mihi eo in loco non omninò satisfacit, altiusq̃ radix hæc evellenda' fuit, non humi tãtùm amputanda. In hoc enim quæstionis totius cardinem verti arbitror judicio ne Avi, hic spurius eum usufructum consecutus videatur, aut minùs. Nam si voluntas hæc præcipua Avi fuisse monstretur, ut usufructu spurius potiretur, posset probabilior forté Baldi opinio videri, quasi id quod ei recta transferre in filium non licebat, obliquo quodam cursu assequi contenderit, adversus legum constitutiones. L. 1. *Cod. de nat. lib. cum L. quid una, de req. jur. in 6.* Ego 6
verò ita censeo, cùm Avus nepotem sibi hæredem instituit, id ejus potiùs contemplatione, quám filii aut alterius cujuscunque in dubio factum videri, *L. fi. C. de usufru. L. si verò. §. 1. ff. mand.* licet enim plerunque extrinsecus quædam inspici soleant, quæ testatorem ad id potuerint invitare, ex quibus dein, & illius mentem dijudicamus, *arg. L. si militi. L. si fortè. de Castr. pec. not. Alex. d. §. in arrogato, de vulg & pu.* nulla tamen hîc conjectura, quod id occasione filii factum fuerit, rectè admitti potest, ex quo ita institutio vitiaretur, quod adversus commu-

nem

nem omnium qui teſtantur, porpoſitum eſt, qui ſemper ea in teſtamento, & voluiſſe, & geſſiſſe præſumuntur, quæ ad eorum voluntatem tuendam, non infirmandam ſint aptiora. L. 3. *C. de re. mil.* Hodiè ſanè, & hoc eò minùs dubium eſt, quód omnia ab Avo in nepotem collata, cenſentur adventitia, ſicque illi propriis meritis, non patris ratione acquiſita, *Bart. Gloſ.* L. *qui in aliena*, §. *interdum*, *de acq, hær. & in* L. *quiſitum*, *de le.* 1.
7 maximeque ſi ejuſmodi ſint, quæ non neceſſariò ab Avo nepoti eſſent reliquenda. *Alcia. reg.* 1. *præſumpt.* 17. *num.* 3. Quæ cùm ita ſint, licet uſufructus deinde filio acquirendus eſſet, cùm tamen illum non avito præcipué judicio conſequatur, crediderim eum illius compotem eſſe poſſe, *L. ita fideicom.* §. *fi. de jur fiſc. Bald.* L. *eam*, *quam* C. *de fideicom. num.* 54. dum tamen hoc in fraudem ab Avo ſeu nepote factum non conſtaret. *L. Lucius* §. *fi. de leg.* 1. *Alex. Faſ.* L. 6. *de vulg.* quod quibuſdam ex rebus alibi à nobis traditis colligeretur. *Sup. cap.* 43. in dubio autem non eſſet præſumendum, *Alex. conſi.* 51. *in* 2. venit ſiquidem hic uſufructus in conſequentiam quandam, ex legis non Avi, præcepto, & propterea permiſſam. *Fel. c. multorum*, *de Judæ*, 1. *notab.* Ille nepoti tantúm relictum voluit, ut modò diximus, lex uſufructum patri defert. Acquiritur ergo hoc ex quadam veluti tacita ſocietate, in qua nihil fraudis ſuſpicio unquam nocere poteſt. *Bart.* L. *ſi is quis duos*, *de liber. leg. Bald.* L. 1. *pro Socio.* 14. *q.* Sed, & demus manifeſtè apparere, filii etiam in tuitu id Avum feciſſe, nepos proprietatem, filius uſumfructum aſſequeretur, adhuc tamen hanc nepotis inſtitutionem irritam non exiſtimarem, tum quia hæc ſola affectionis ratio nihil obeſſe debet, L. *fin. de his qui ut ind.* L. *affectionis. de don.* tum quia regula eſt, ſi quis rem duobus conjunctim legaverit, quorum alter ad illam obtinendam idoneus, alter ineptus ſit incapacis portionem capaci accreſcere, non relictum totum corruere. L. *is qui duos. de lib leg.* cùm enim principale per ſe validum ſit, acceſſorii deinde infirmitate nequit vitiari: L. *poſt. legatum* §. *qui principale. de his quib. ut ind.* L *papin.* § *ſed neque de inoff. teſt.* Docuitque Bartulus, 8
ſi quid filio legatum ſit, dubiteturque ejus ne intuitu, an patris fuerit relictum, ſi pater capere non poſſit, tunc dubio procul id filio acquiri, patrem privari *Bart.* L. *filio. don. cauſa mort.* Cui accedit quod quotieſcunque illicita eſt acquiſitionis cauſa, nunquam patri per filium, aut domino per ſervum quæritur, L. *quod ſervus*, *ubi Bart. de acq. poſſ.* quod in hac ipſa quæſtione, & Socinus tradit. *Sozin. d.* § *quid. ſi is num.* 3. Cætera per Baldum in contrarium adducta nihil obſtant, cùm, ut dicebat Juſtinianus nulla legitima conſequentia de filio ad nepotem fiat, nec tam odioſa ſeveritas ullatenus ad nepotem debeat extendi. Limitan- 9
da tamen erit in primis hæc quæſtio, ut tunc Avus nepotem ex filio ſpurio non poſſit inſtituere, ſi ſpurium illum ex inceſtu ſuſcepit, cùm tunc perſonas egredi non poſſit ab Arcadio præſcriptas. quam limitationem ex mente Baldi ſumptam, *Bald. L.*

ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt. contra Jaſonem omninó recipiendam puto. *Jaſ. d. §. quid. ſi is in fin.* Secunda limitatio á Doctoribus omnibus allata, ut nec tunc nepos poſſit inſtitui, cùm legitima ſoboles avo adeſt (excepta tamen uncia, quæ etiam hoc caſu ei relinqui poteſt,) *Capyc. de ciſ.* 181 nihil eſt quòd indubium revocetur, quippe quæ á Juſtiniano tradita eſt, *d. L. fi. C. de nat. lib. Alex. conſi.* 74. *in* 3. procedetque etiam ubi tantúm nepotes legitimi ex filiis legitimis nati extarent, cùm filiorum tunc locum referant. *Cravet. conſ.* 200. ſecus verò in Avia eſſet, cui ab inteſtato ſpurii cum legitimis, & nepotes etiam ex ſpuriis æquè aliquando ſuccedunt, L. *pen. C. ad Orfi. Roſel. de ſucc. ab inteſt. n.* 40. unde, & ab ea, iis quoque extantib. inſtitui rectè poſſent *Caſt. d. §. quid. ſi is in fin.* niſi fortaſſé ex putativo matrimonio ſuſcepti eſſent, in quo juris error affuiſſet. *Ruin. conſi.* 14. *in* 3. *col. fi.*

10 Tertió, & hæc ita accipienda ſunt, cùm avus teſtatus deceſſerit, cæterúm ab inteſtato, non eſt quod nepos ad ejus legitimam ſucceſſionem auſit aſpirare, cùm ei à patre ſuo ſpurio aditus ab inteſtato fuerit intercluſus, *d. L. fi. Caſt. Soz. d. §. quid. ſi is n.* 4. *Dec. conſi.* 85. *in fi.* In cæterisigitur caſibus, quæ ſuprà diximus, ſervabuntur, uſque adeò, ut nec frater à teſtatore præteritus, poſſit idcircó nepotem hunc inſtitutum, quærela inofficioſi repellere, ut civis meus reſpondit. *Gratus conſil.* 6. *in* 2.

Quæcunque autem de nepote legitimo ex filio ſpurio ſunt dicta, ea & in nepote ſpurio ex filio legitimo ſunt affirmanda, cúm utrunque caſum Juſtinianus æquipararit. In hocque, & minor adeſt dubitatio, quód ceſſat ratio illa uſufructus, avuique quo ad illum penitus ignotus, & extraneus, habetur. *§. filium Aut. quib. mod. nat. ſui.* Et in hoc caſu ſecundum hanc ſententiam à Federico Senen. reſponſum eſt. *Fed. conſ.* 57.

CAPUT. LIV.

An valeat ſtatutum, quo ſpurii æquè eum legitimis ad parentum ſucceſſionem vocantur.

SUMMARIUM.

1 *Jus divinum repellit ſpurios à ſucceſſione.*
2 *Statutum præbens occaſſionem peccati nullum eſt.*
3 *Non valet eſtatutum, ne exceptio opponatur, quòd quis ſit ſpurius.*
4 *Legitima â ſtatuto minui, & in totum tolli poteſt.*
5 *Olim quicunque ſpurii ſuccedebant matri.*
6 *Ex temporum varietate leges mutantur.*
7 *Civitates quæ ſuperiorem non agnoſcunt, quo ad juriſd. æquiparantur Imper.*
8 *Præcepta veteris teſtam. in cauſis decidendis quid valeant.*
9 *Quid dicta Auguſtini.*
10 *Quando lex vetat, ex qua peccatum oriri poteſt.*
11 *Pœna pecuniaria homicio imponi poteſt.*
12 *Sta-*

12 *Statutum ut spurii succedant, videtur æquissimum.*

NOn minús quoque celebris est illa quæstio, & in Gymnasiis publicis sæpiús agitata. *Præp. cap. per venera. qui si. leg. co.* 98. *Rosel. in tract. legit. lib.* 2. *cap.* 1 *num.* 38. *Aret. L.* 3. *de testam.* an lege Municipali, spurii perinde ac legitimi ad successionem vocari possint. Proferamus, & nos in hoc sententiam nostram, ut si quid alios præterierit, in medium adducamus. Solet frequentius à Doctor. spuriorum causa oppugnari, quibus id iniquum satis videtur, ut eorum æqualis ac legitimorum ratio sit habenda. Urgent veró in primis Bartolus, & Federicus Senen. duobus validissimis argumentis. *Bart. L.* 3. *de test. Feder. de Sen. cons.* 277. ajunt enim, quòd cùm spurii expressè ab Imperatore à bonis paternis fuerint excluſi. *§. fin. Auth. quib. mo. nat. sui.* non debuit id ampliùs statuto posse immutari, quippe quód ad solius tantùm Principis potestatem pertineat. L. 1. *§. de qua. de postu. Bart.* L. *non ambigitur, in fin. de*
1 *legib.* Atqui non Jure tantùm civili ejiciuntur, sed, & Pontificio ac divino, Scriptum est enim. *Genes. cap.* 21. *ad Galat.* 4. Ejice ancillam, & filium ejus, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, & alibi, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de meretrice natus es. *Judic. cap.* 11. Et divus Augustinus ita lege Dei constitutum tradit, *cap.* 1. 35. *q.* 7. ut non reputentur filii, nec ullò parentibus Jure succedant, *cap. cùm multæ* 15. *p. ult.* Quod cùm ita sit, jam secus Municipali lege non videtur posse caveri, *cap. quæ contra* 8. *dist. cap. qui resistit.* 11. *q.* 3. His accedit, & Juris communis ratio, quæ tali in filios illegitimos utitur acerbitate, paternæ tantùm incontinentiæ reprimendæ causa. Cùm enim genitorum omnium commune id votum sit, ut ad filios bona, & fortunas suas omnes transmittant. *L. Script. unde lib.* leges eis interdicendo, ne quid ex rebus suis relinquant, faciliùs, & hoc pacto eorum libidinem veluti quibusdam frenis cohiberi esse putarunt. *L. fin.* C. *de nactis. lib.* Quommodo ergo statutum hoc honestè unquam recipi poterit, cùm indulgeat id potiùs hominũ libidini, & petulantiæ, iisque delinquendi impunitatem, & severitatem quandam promittat, quæ legibus nunquam probari solent. *L. convenire. de pact. dotal.* facit verò potissimum in hanc sententiam Honorii III. responsum illud, *cap. ex patre, de consuet.* quo consuetudinem quandam improbat, qua uxori conjugii fidem violanti, dimidiam adhuc mariti bonorum partem petere licebat, cùm ea de causa mulieres libidinosius vivere non dubitarent. In hanc autem sententiam, & Doctores alii quàm plures transiere, *Bar. consi.* 34. *in* 2. *col. pe. Ancha. cap.* 1. *de consti. Bal. L.* 1. C. *de sum. Trinit. nu.* 29. & L. *eam, quam. C. de fidei. num.* 33. sed omnes feré eo potissimúm moventur argumento, quòd contra bonos mores hoc sit, careatque omni æquitate, & ratione, quæ maximè legem decent, *cap. erit. autem* 4. *dist.* cùm Juris præceptum sit hoc, honestè vivere, *Inst. dejust. & jur.* negarique non posit, quin ex ea re ad lasciviam

quis

quis magis alliciatur, quód ſcilicet eſt conſueta pœna, & legis ſeveritas, vel in parte remittatur: *L. ſi operis.* C. *de pœnis.* Addideruntque aliqui, ſi caveretur etiam, nè cuiquam exceptio opponi poſſet, quód quis ſpurius natus eſſet, eademque ratione tale ſtatutum non valere, exceptionemque rectè obiici poſſe. *Bar. L. Scius ad L. Fal. Bald. L.* 1. *C. de his quis pœ. nom.* Baldus tamen licet aliàs & ipſe pro hac opin. conſultus reſpondiſſet. *Bald. conſi.* 357. *in* 5. *in fin.* alio tamen in loco mitiùs eum ſpuriis agendum putavit, ut ſi quidem ex damnato coitu non prodiiſſent, poſſent parentibus ſuccedere, alioquin (quoniam contra juſtitiam publicæ honeſtatis eſſe) jus commune ſemper ſervaretur. *Bald. L.* 1. *C. de jur. an. an.* Calderini etiam ambo ſpuriis quibuſcũque maximé favendum reſponderunt, ſi nemo aſcendentium aut deſcendentium ſuper eſſet. *Io. & Gaſp. Cald. conſi.* 4. & 472. quod & acutis probarũt rationibus, & quidam alij ſecuti ſunt. *Card. Præp. c. per venerabil. Ripa. §. ſi quis roga. num.* 21. Ego ſi temerarium non eſt, à tot ſapientiſſimorum virorum opinionibus diſſentire, diſputando ſaltem hoc certè probari poſſe contenderem, quoſcunque ſpurios rectè ſimul cum legitimis filiis ad patrum hæreditates Municipali Jure vocari poſſe, quam partem & acutiſſimis quibuſdam interpretibus non omnino diſplicuiſſe video. *Aret. L.* 3. *de teſta. Card. ca. conſtitutiones.* 10. *diſt.* Quemadmodum enim legitima juſtis filiis naturali, divino, civili Pontificio Jure debita: L. *cum ratio, de bo. dam. c. dicat,* 32. *q.* 4. *ca. quicunque* 17. *q. ſi. Aut. noviſ. C. de in off. teſt. ta. ca. Raynut. de teſtam.* Municipali tamen lege minui, quandoque & in totum tolli poteſt. *Bart. Caſtr Imol* L. *Titio. §. fin. de cond. & demonſt Alex. L. quod de bonis. §. fin. ad L. Fale. Dec. L. jura in fin. de reg. jur. & conſil.* 19. atque ita ex legitimis, illegitimos quodammodo filios facere, cur non & illegitimis, quod favorabilius eſt, legitimorum jura valeat permitere? Præterea quæ pet legem conſtitui poſſunt, ea & ſtatuto licet cavere: *L. omnes populi. ubi Bart.* 3. *q. prin.* ſed jus Digeſtorum ſpurios æquè ac legitimos matri hæredes eſſe permiſit. *Soz. conſil.* 148. *col. pen.* quod poſte à quibuſdam caſibus à juſtiniano fuit immutatum: L. *ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. Aut. qui monat. ſui. §. fin.* pari ratione, & rurſus hoc jure novo in patribus ſanciri concedamus. Quòd ſi lex Canonica his omnibus ſimul cum legitimis vult æquè alimenta præberi, *c. cùm haberet, in fi. de eò qui dux.* cur non & Municipalis hoc ampliùs de ſucceſſione adjungere valeat? cùm olim & Senatus conſulta, & dicta Prætorum iis hæreditatem deferrent, qui aliàs non vocabantur, *tot. tit. ad Orfic. & Tertull. & de bono. poſſeſſ.* & naturalibus filiis certam etiam portionem tribui jus civile conſtituerit. Etenim cùm ſucceſſiones hoc Jure fuerint inventæ: L. 3. *de pe hær.* L. *lege* 12. *tabu. de le C. hær.* hæc ipſaque inter legitimos, & illegitimos differentia legum ſcriptarum ſubtilitate primùm fuerit prodita: §. *natura, Auth. qui monat. ſui.* & qui antea eam ob eauſam à bonis paternis reiiciebantur, iidem nunc lege permittente

3

4

6

tente ad ea reſtituantur: L. *ei. eſt nolle* L. *nemo poteſt. de regul. jur.* cùm ex temporum varietate, & leges ipſas immutari neceſſe ſit, labentibuſque annis, non idem ſemper rerum ſtatus permaneat, ſed quod olim turpe, nunc honeſtum, & quod antea rectum, nunc iniquum judicetur, *ca. non debet. de conſa. & aff.* Dubium verò non eſt (ut ad argumenta contraria reſpondeam) ſtatutum Juris civilis partem eſſe: L. *jus civile, de juſti. & ju.* quo tamen contra Jus commune aliquid conſtitui licet. *Gl.* L. *nec. ex prætorio, & L. neque pignus. §.* 1. *de reg. jur* Propterea que ſi quis neget hoc ulli populo concedendum, eò quòd Imperatori tantùm de his legem ferre, in privilegium ſit reſerva
7 tum, Reſponderem id ſaltem illi civitati non prohibendum, quæ nullius ſubſit imperio, ſed propriis vivat legibus, & moribus, quales hodie multæ in Italia reperiuntur. cùm in eorum juriſdictione Imperatori quo aduniverſum æquiparentur. *Bart.* L. *denique in princ. de min. & in* L. *infamem, in fin. de pub. jud.* Vel fortaſſè & is ea ratione convinci poſſet, quòd hîc de vera non agimus natalium reſtitutione, quæ ſolius eſt Principis, ſed de bonis ipſis in alium tranſferendis, quæ ſtatuentium propria ſunt, non Imperatoris: L. *an in totum.* C. *de ædif. priva. Bar.* L. 1. §. 2. *de rei vind.* atque idcirco cuicunque populo hoc dici poſſe permittendum, cùm ita ſtatuendo ſpurios ipſos non veræ reſtituat ingenuitati ſed facultatem quandam præbeat tantùm, ob quam ad adeundas hæreditates æquè ac cæteri idonei exiſtimentur. *Bald. L. cunctos. Cod. de ſum. Trin. nu.* 29. *facit* L. 1. C. *de ord judi.* Non adverſatur autem, quod de divina conſtitutione eſt dictum, nam ut rectè docuit Paulus, *ad Gal. c.* 4. omnia 8 ea per allegoriam ſunt dicta, nec id Juris divini præceptum, ullo modo eſt intelligendum, ſed potiùs ex conſuetudine quadam ita ſe habuiſſe. *Card. Flo c. per venerabi. qui fil. leg.* alioquin nec Principi ipſi ullum ex illicito coitu natum liceret unquam natalibus reſtituere, quod tamen falſum eſſe, nemo eſt qui neſciat, *d. c. pervenerab.* Ea ſiquidem quæ veteri teſtamento traduntur, ut plerunque multis rerum involucris obteguntur, propterea nec fori controverſiis valdé hodie inſervire ſolent, *c. nos ſis incompetenter. §. his ita. 2. q. 7.* nec & ſi lege nova quandoque legantur ſepetita, ubi tamen alium ſub cortice ſenſum alunt, multum in his fidei unquam habere crediderim. *Aret* L. 3. *de teſt. 2. colum. in fin.* Hoc ſanè manifeſtè apparet in his ipſis ſucceſſionibus, quarum alia ratio eo jure erat, *num.* 27. alia hodie obſervatur. *Jaſon.* L. *quis ſe patris. C. und. lib. num.* 25. Et quod ad connubia ſpectat, plures olim verè legitimi potuiſſent recenſeri. *Levit. ca.* 18. quos tamen nunc ex inceſto, aut ſtupro natos lege Pontificia interpretatur, *cap. non debet. de conſa. & affi.* Acriùs quidem urget ſanctio Canon. quæ eos quocunque jure ſuccedere vetat, *c.* 1 35 *q.* 7. Sed id mihi potiùs ex Juris divini interpretatione videtur reſponſum, *ibi ver. intelligendum.* quod tamen non neceſſariò id probat, ut modò oſtendi. Vel cùm hæreditatum

reditatum & ſucceſſionum materia ad jus civile pertineat, *c. ad ſedem. 35. q 5.* neſcio quam authoritatem inter laicos verba illa obtinerent Aut id non niſi in Pontificia juriſdictione ſervabitur, *c. ſi duobus in fi. de appel.*

9 Aut Auguſtini dictum illud forſan poterit improbari, eò quòd in cauſis profanis terminandis, ejus authoritas, ſicuti & aliorum ſanctorum, niſi in ſubſidium non recipiatur, *ca. de libellis cum Gl. in ſum. 20. diſt.* Non oſtat peccati ratio. á qua maximé debent ſtatuta abeſſe, quoniam cúm & concubinatos, & quælibet fornicatio, hodiè Jure Canon. ob peccatum ſit reprobata, *cap. nemo. c. meretrices. 32 q. 4.* & tamen naturales filij, ac ſpurij quidam, hodie quoque ſicut olim ſuccedant. *Abb. c. tanta. qui fil. leg. num. 12.* non video cur ſicuti hæc peccati ratio, in horum ſucceſſione tam civili quàm Pontif. jure non attenditur, eam nos pluris in Municipali ſtatuto velimus æſtimare: lex enim quotiens directò peccatum inducit, ut quia malam fidem in præſcriptione approbet, aut adulteris impunitatem promittat, ſemper omninò explodenda eſt, *c. fi. de præſcr. c. ex parte, de conſuet.*

10 Aſt ubi non præcipuè in favorem delinquentis lata eſt, ſed ſuper eo ſtatuit, quod legis eſt proprium, veluti de ſucceſſionibus, de tutelis, & ſimilibus, licet deinde & peccatum ſubſequi poſſit, lex ipſa tamen valet. *Card. c. conſtitutiones. 10. diſt, Ripa §. ſi quis rogat. n. 50. & in* L. *ſi. unquam. C. de revo. do. n. 78.* quia ad id principaliter non tendit, & quod acceſſorium eſt, non ita curari ſolet: *L. ſi quis nec cauſam. ſi cerpe.* Sic videmus licere quandoque ex cauſa neceſſaria ab aliquo pecuniam ſub uſuris accipere, cùm tamen ille qui fœnori dat, graviſſimo ſe, ea ex re, crimini obliget. *Abb c. ſuper eo. de uſuris.* quod & multis aliis exemplis facile eſſet declarare: *L non omne. de ſtatu lib. c. nos conſuetudinem. 12. diſt. Pariſ. in præſentia, de proba num. 47.* Minùs me movet, quòd hoc libidinis & ſtupri quoddam ſit illicitum, cùm enim hæc ratio in filiis naturalibus & ſpuriis quo ad matrem non conſideretur, cur eam hîc potiús nos obſervemus? Cur non ita & eam Juris Pontif. partem, ubi de alimentis illegimis filiis decernendis cavetur, *ca cùm haberet, in fi. de eo qui dux. in matr.* non recipiendam dicimus; cùm illa ratione homines ad illicitos concubitus faciliùs inuitari poſſe videantur? Sed quodnam poteſt eſſe illicitum, ſi non minús pàrentes adulterij, ſtupri, inceſtuſve pæna punientur? *Joan. Cal d. conſt. 4. & Ripa. §. ſi quis rogatus. num. 50.* Nobis enim filios adjuvare tantúm eſt propoſitum, non parentum laſciviæ indulgere. Plectantur illi aut ſolito, aut etiam graviore aliquo ſupplicio, non immerentes filij hujus ſceleris pœnas perſolvant. Atqui ſequeretur, nullam pœnam ullo jure poſſe temperari, & tamen conſtat etiam in atrociſſima delicta veluti homicidum, mitiùs aliquando animadverti, atque ita per ſtatutum poſſe decerni. *Bart.* L. *pen. §. ad crimen, de publ. jud. num. 14. Alex.* L 1. *quod quiſq. jur. num. 13. facit. Auth. bona damnatorum, C. de bo. proſcr.* Atque ex hac ratione tolluntur om- 11

nia,

nia, quæ de bonis moribus ſunt objecta, non enim ideò pravi mores excitantur, ſed parentes condigno exemplo mulctantur, filiorumque præcipuè in hoc ſtatuto habetur ratio, non parentúm. Immò & illud affirmare audeo, optimis quàm maximè morib. hoc convenire. Quid enim rectius eſt, quàm ſuos delicta non egredi authores: L. *fanci-* C. *de pœnis.* & contrà, quid iniquius, quàm in noxios tanquam peccantes puniri? *Aut. de inceſt. nupt. in prin.* Naſci autem de adulterio, non eſt ejus culpa qui naſcitur, ſed ejus qui generat, *c. naſci.* 56. *diſt.* Unde cunque enim quis naſcatur, dummodò virtutib. ſe dedat, non eſt ab aliis contemnendus, *c. nunquam c. dominus, ead. diſt.* cùm ex quocunque ſemine prodierimus Dei ipſius opus ſimus, *ca. ſicut ſanius.* 32. *q* 4. Igitur nec indignum videri debet, ſiiis æquè ac aliis filiis noſtris, bona & hæreditatem noſtram commvnicemus.

CAPUT LV.

An ſpurii infamia ſint notati.

SUMMARIUM.

1 *Varià ſpuriorum crimina.*
2 *Ingredi eccl Dei ſpurij non poterant.*
3 *Spurium dici turpe videtur.*
4 *Spurij teſtimo. nec ſemiplene probat.*
5 *Fratri competit querela inofficioſi, ſi ſpurius aliquis inſtituatur.*
6 *Legitimatio abolet omnem maculam.*
7 *Spurij Jure civili fungnutur honoribus, & dignitatibus.*
8 *Naſci illegitimé, crimen eſt patris, non filij.*
9 *Spuij provocare poſſunt legitimè natum, ad ſingulare certamen.*
10 *CHRISTUS ex adul. ſtipite profectus.*
11 *Salomo ſpurius, & alij ſanctiſſimi viri.*
12 *Quinam ſpurij infames dici poſſint, & qui non ita.*
13 *In ſpurijs non eſt nota delicti, ſed aliud quid.*
14 *Infamia facti quæ.*
15 *Habens rem cum concubina aut meretrice, an infamis dicatur.*
16 *Spurij inferiores ſemper legitimè natis.*
17 *Spurius maior natu cedit via, & quocunque gradu, fratriſuo legitimo, quamvis minori.*

INolevit quædam opinio apud pleroſque de illegitimis filiis ùt eo turpes, infametque perſonas cenſeant. *Azo. in ſum.* C. *de infam. Bal.* L. *in bona C. de juretur. Alex. L.* 3 *col.* 2. *de lib. & poſt.* Scriptũ enim eſt in ſacris leteris, Adulterorum filij abominatio ſunt Deo. *Sapien. c.* 3. & adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, nec ſtabilem ſedem ponent *Sapien.* 4. dixitque Bonif. martyr. genus hoc nec bello forte, nec fide conſtans, nec Dis amicum eſſe, *cap. ſi gens.* 56. *diſt.* quod & apertiùs Calix Pontif. comprobans: Nos, inquit, *ca. conjunctiones.* 35. *q.* 2. *c. cùm multæ.* 15 *q.* 5. ſequentes patres noſtros, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia

quia infamiæ maculis sunt aspersi, & quoniam eos vel designare funestum est, *ca. de incestis 35. q. 2.* Reperimusque hos lege veteri, usque in decimam generationem prohibitos ingredi ecclesiam Dei. *Deut. ca. 25.* quoniam immundi censentur, ut Paulus docuit, 1. *ad Corin. 7 c. jam nunc.* 28. *q.* 1. Suntque tam Mosaica, quám Pontif. ac civili lege omninó detestabiles, *c. per venerab. In fin. Qui filij sint leg.* Ude & Agust. ait, satiús esse sine liberis defungi, quàm ex illicito coitu stirpem quærere, *ca. sicut*, 32. *q.* 4 Ideoque Plutarchus in libello, quem de liberis educandis scripsit, id potissimùm parentibus præcipit, ne se vilibus aut abjectis jungant mulieribus quales sunt meretrices aut pellices, eò quòd filiis ea ex re macula quædam adnascatur, quæ aliis carpendi causam plerunque afferat, sed curandum maximè, ut generis sui parentes legitima jaciant fundamenta. Sic apud Sophoclem Menealaus Teucrum objurgat quòd cúm Nothus esset, ea sibi putaret licere, quæ & ipsi legitimo. Hinc reprehendi solentij, qui malunt se spurio alicujus poteris patris nominari, quàm legitimos filios alterius privati, hoc enim improbatum fuit Herculi, quòd se filium Jovis ex Alcmena genitum prædicaret, ut inquit Ovidius Metamorph. lib 9.

Nam quód te jactas Alcmena matre creatum.
Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis, elige fictum.
Esse Jovem malis, an te per dedecus ortum.

Hinc Pontif. Jure dignitates ecclesiasticæ illis nunquam solent decerni, nisi priùs eos Pontifex, aut qui id potest, legibus solverit, *c. fi. de fil. presb.* & si testes aliqua in causa omni exceptione maiores requirantur, spurij attestatio idonea non erit. *Cur.* L. *admonendi, de Jurejur. col.* 2 cùm nec semiplené probet, *Marsi.* 4 *sing* 273 eademque ratione testes duo in causa criminali, quorum alter spurius esset, plenam fidem non facient *Nico. Ubal. de succes. ab intest.* 4. *species.* Hinc etiam cùm frater in officiosum id posset testamentum dicere, in quo turpis persona est instituta: *L. fratres. C. de inoff. test.* si spurius aliquis à fratre fuerit hæres relictus, licebit fratri testamentum illud subvertere. *Alexan. L. ex facto. de vulga. num.* 21. Immó & si spurius legitimatus, à fratre esset institutus, adhuc querelæ locus erit, quoniam & post legitimorum jura impetrata facti in famia quædam iis inhæret. *Bal.* L. *generaliter. §. cùm autem.* C. *de inst. & subs. Alex.* L. 3. *de libe. & post. num.* 7. quæ sola licet levissima ad expugnandum testamentum sufficit, *d.* L. *fratres.* Hæc Doct. passim, affirmantes spurios viles, obscurosque haberi. *Alex. cons.* 47. *in* 4. *contra tamen. Gramma. voto* 4. *num.* 22. quæ tamen vereor, ne illorum magis opinione, quàm certa ulla sint ratione recepta. Ego enim quo ad omnia contrarium semper sensi, tam de illegitimis, quám de illis, qui jam natalibus sunt restituti. Immò de his quicquam ampliùs dubitare, ridiculum mihi prorsus videtur, cum sciamus Principis privilegio quamcunque maculam, si qùa fortè

forté in eſſet, ſemper aboleri; *L. 3. de nat. reſtí L. Imperial. §. 1. ubi Bald. Cod. de nupt.* novumque velut hominem rurſus gigni, ac veré legitimum, quemlibet ita reſtitutum cenſeri.: L. 2. *in fin. de nat. reſt. Bart. Jaſ.* L. *ſi is quis pro emptore, num.* 227. 7 *Dec. conſ.* 366. Quod verò ad ſpurios pertinet, cúm ad dignitates Jure civile poſſint pervenire, expreſſaque ſit ratio, quoniam non eſt impedienda ejus dignitas, qui nihil admiſit: *L. ſpurij de Decurion.* crederem & hinc ſatis probari, eos haudquaquam infames eſſe. *Afflict. dec.* 195. *in fin. Capyc deciſ.* 22. *n.* 7 cùm hi qui ejuſmodi ſunt, abomnibus muneribus & honoribus ſoleāt arceceri: *L.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. *c. in jam de reg. jur. in* 6. Crimen paternum, Calliſtratus inquit, nullam maculam filio infligere poteſt: *L. crimen. de pœni.* ſed idipſum ex adulterio aut fornicatione naſci, non filij, ſed parentis culpa eſt, *c. naſci.* 56. *diſt.* 8 ergò nulla filios inde ſequetur infamia, cùm illa proprio tantùm, non alieno delicto contrahatur. *Bal. teſtimonium, de teſtib.* Homines ſiquidem undecunque prodierint, Dei æquè filij ſunt, *c. undecunque.* 56. *diſt.* nec natales ipſi quemquam vel minima ulla in re valent pollue- 9 re, ut Chryſoſtom. præclarè inquit, *c. numquam. ead díſt.* unde nec quis iſtorum ſingulare certamen Jure poteſt detrectare. *Alciat. in Duello. ca.* 19. cùm tamen infames & ſordidi ab ea militia repellantur, *pariſ. Put. de remíl. lib.* 7. *c. qp. in pugnis dignitas.* Tradunt divus Hieronymus, & ſcriptores ſacri, *cap. dominus.* 56. *diſt. Abb. c. per venerab. qui fil. leg. n.* 5. CHRISTUM, quo nihil maius diviniuſve dici poteſt, ex adulterino ſtipite originem ducere voluiſſe, ut inde oſtenderet, quàm falleretur, quiſquis tale hominum genus ceu utile, & turpe avérteret, notantque hi qui hiſtorias ab origine mundi ſunt exorſi artes omnes, & ſcientias ab hujuſmodi ſobole, à filiis ſcilicet Lamech fuiſſe inventas, & ab eis ſubtiliora omnia, & utiliora excogitata: Memoranturque plures integerrimæ, & ſanctiſſimæ vitæ viri his, & ipſi orti initiis. Nam, & Jephte inter ſanctos Apoſtoli voce numeratus, *d. cap. naſci. in fin.* meretricis fuit filius: *Judic. cap.* 11. & Albanus martyr ex in- 11 ceſtu patris cum filia natus dicitur. Et Salomonem illum, quem ſapientiſſimum, é cælo divinitus demiſſum omnes ſunt admirati, multi credunt illegitimum fuiſſe. Ut infinitos prætercam, quos alibi commodiùs referemus, quorum ſingularis prudentia, & probitas, apertè potuit nobis declarare, nil quenquam ex his natalibus magis aut obſcurari, aut illuſtrari. Sed dicat aliquis, num ſæpiùs expreſſum hoc habemus, infamia eos quam maximè laborare, & Dis infenſos eſſe, ut ſuprà latiùs retulimus? Ad hæc 12 reſpondent quidam. *Jaſ. conſ.* 71. *in* 1. *Cagn.* L. 1. *de inof. teſta. num.* 14 *& in L. ſi qua. C. ad Orfic. nu.* 8. ea de ſpuriis tantùm intelligenda eſſe, non verò de naturalibus qui cùm extra legis pœnam ſint. *L.* 3. *de concub* nulla etiam labe aſperſi dici poſſunt. Sicque ſentiunt hi, ſpurios quidem infames eſſe, naturales autem ab omni plané macula eſſe ſejunctos. Ego verò, cùm quæſtio noſtra, de

omnibus non legitimè natis, præcipueque ſpuriis ſit, quos infames non eſſe, volumus probare, ad omnia ſupradicta, & ſi qua hujuſmodi reperiri poſſunt, longe aliter, & abſque ulla diſtinctione reſpondeo, quin non ego, ſed Gretianus potiùs, qui in libris Decretorum compilandis, ubi Canones aliquos obſcuriores offenderet, egregiam etiam in iis interpretandis operam navavit. Ejus autem hæc verba ſunt, cùm de ſpuriis loquitur, & ſuprà allegata refert decreta. Inquit enim, *in cap. cenomanenſem, in fi. 56. diſt.* „ Quòd legitur, „ adulterorum filii abominatio „ ſunt Deo, hoc de filiis àdulte„ rorum intelligendum videtur, „ ad quos paterna flagitia, hære„ ditaria ſucceſſione deſcendunt, „ Et alibi, *cap.* 1. §. 1. *ead. diſt.* „ Sed hoc intelligendum eſt de „ illis, qui paternæ incontinen„ tiæ imitatores fuerint. Eandem „ interpretationem ſecutus eſt, „ & Innoc. III. cujus, & hæc ver„ ba ſunt, *cap. niſi cum §. perſo„ næ, de renunciat.* Quòd ſcrip„ tum eſt, Ego ſum Deus Zelo„ tes, vindicans peccata patrum „ in filios uſque in tertiam, & „ quartam generationem, in his „ qui oderunt me, Intelligitur, „ id eſt, in illis, qui contra me „ paternum odium imitantur. Un„ de, & Auguſtinus, *cap. unde„ cumque 56. diſt.* Undecunque „ homines naſcantur, ſi parentum „ vitia non ſectentur, honeſti, & „ ſalvi erunt, ſemen enim ipſum „ per ſe non quidem malum eſt, „ ſed malè utentibus tantum, gra„ ve, & exitioſum. Quibus qui dem ex locis conſtat, ſpurios eos tantùm à Jure notari, qui hæreditaria quadam ſucceſſione paternas ſordes referunt. Cæteros vero tales minimè cenſeri, cùm initiò quilibet natura bonus producatur. *Felin. cap. dudum, de præſum. numer.* 14. infamia verò bonirati repugnet: *Bart.* L. 1. *de infam.* & conſequenter naturali uniuſcujusq̃ conditioni. *Barb. cap. cùm deputati de judic.* Quo fit, ut qui ſpurius naſcitur, ex ſe quidem infamis dici non poſſit, quia natura quemlibet bonum procreat, minùs quoque talem à patre notam contrahere, quia crimen paternum nullam maculã filio inurit, *L. crimen, de pœn. junctο ar. L. ſi is qui. §. utrum, de reb. dub.* ergo ſpurii turpitudine nulla notati initiô intelligentur, niſi propriis deinde ſe flagitiis inquinaverint, prout contraria argumenta teſtantur, & quidã etiam ex noſtris ſenſiſſe videtur. *Marſ ſing.* 275. *ver. limito tamen.* Nolim tamen idcircò exiſtimet quiſpiam, hos à nobis omnibus quod aiunt, numeris abſolutos, perinde ac legitimos cenſeri. Sat enim notum eſt, Pontificio Jure non poſſe ad ſacros ordines adſciſci, niſi legibus ſoluti ſint, quoniam ut Innoc. Pontif. ait, licet non inſit nota delicti, deficit tamen in his quiddam, ob quod ad ſacra nòn ita facilé queunt promoveri, *cap. accedens, de pug. can.* Sed id ego contendo, non ideó hos infames dicendos, nec facti quidem infamia, quód ea ex proprio aliquo delicto oritur. *L. cognitionum §. 1. de variis, & extr. crim. Bald. cap. teſtimonium, de teſt.* hi aliena laborant culpa. L. *legem. C. de nat. lib.* Illa cum primùm ignora eſt, infamia dici nequit, enim unquam latet, *Bald. d. cap. teſt.* horum plerunque natales, quales ſint, igno-

ignorantur, cùm tamen re vera ſpuri ſint Ea reſcripto Principis deleri haud unquam poteſt. *Fel. d. cap. num.* 14. *Bal.* L. *Caſſius, de ſenat. num.* 9. *Abb. cap. cùm te de judi. numer.* 9. hi cum natalibus reſtituuntur, omnem prorſus eluunt labem, efficiuntur ſiquidem non fictè, ſed verè, & propriè legitimi. *L. imperialis* §. 1. *C. de nupt. Dec. conſil.* 366. 399. Vel ſi eos indigniores fatear, id tantùm Jure Pont. permittam, quod in dignitatibus conferendis, de perſonarum conditione uſque adeò ſolicitum eſſe videtur. *Card. cap.* 2. 56 *diſt.* Sed jure civili quis id concedat? Cúm in infamium Catalogo nuſpiam numerentur, *tot. tit. ff & C. de infa.* nuſpiam à teſtimonio ferendo repellantur, *Capy. deciſ.* 22. *numer.* 7. & in Decurionum ordinem allegantur, L. *ſpurii, de Decur.* ad quem Plebeiis non licet aſcendere: L. *honores.* §. *is qui, eo. tit.* & jus provocandi habeant quemcunque ad ſingulare certamen. *Alc. cap.* 19. *in duello.* & milites eſſe non prohibeantur, nec feudum acquirere, *Capy. ſup* quæ omnia turpib perſonis permitti non ſolent. Quinimmò cum hoc jure is qui filium ex concubina, meretrice, aut ancilla procreat, nullam ideó maculæ notam incurrat, niſi fortè uxorem haberet, *Dec. conſ.* 530. *Albe* L. *pen.* §. *juris, de juſt. & ju.* quod, & ipſum dubium eſt. *Gl. L. palam.* §. *qui in de rit. nup. Tiraq. de leg. com. pag.* 6. Cur volumus deinde tales liberos infames cenſeri, cùm author ejus conjunctionis ab omni nota immunis ſit. Nonne. n. iniquum, & abſurdum ſatis eſſet, patrem ita coëuntem nihil delinquere, partum eum tamen criminoſum eſſe. *Contra. cap. principatus. cap. cúm Paulus* 1. *q.* 1. & cùm in famem eſſe quædam ſit pœna, eó quód multa ei interdicit, ad quæ cæteri poſſunt admitti *Dyn. Anc. cap. infamib. de reg. jur.* Quis dicat pœnam ibi eſſe, ubi nulla ſpurii culpa præceſſit, *cap. non afferamus.* 24. *q.* 1. *L. ſi pœna. de pœ.* Fateor id quidem, & hoc jure neſcio, quid in his deſiderari, cùm non æquè ac alii legitimi fulgeant, ſed in non infamiæ aut turpitudini ulli fuit adſcribendum, quin naturæ potius cuidam inclementiæ, quæ tales eos produxerit, ſicuti, & de fœminis diximus, quarum conditio multò eſt quám maſculorum deterior. *L. in multis de ſta. hom. L.* 2. *de regu. jur.* & potentiorum melior quám humiliorum. Non enim hoc ullo eorum cirmine, notave contingit, ſed quòd ita publici officii ratio exegit, ut inter hominum gradus quidam honeſtiores, alii inferiores haberentur. Id quoque, & in illegitimis accepit, qui pari jure cum legitimis quidem cenſeri non poſſunt, ſicuti, nec ruſtici cum civibus, plebeii cum patriciis, juniores cum ſenioribus ſunt conferendi, in quibus tamen nihil ideó turpitudinis eſſe arguas. Hinc ad Decurionatum ſpurii admitti non ſolent, ſi competitorem habeant legitimo loco natum. L. *generaliter* §. *ſpurios de Decur.* Hinc juramentum juſto potiús teſti, quàm notho deferendum dicunt. *Cur. L. admonendi. numer.* 11. Sic vel levis rumor de alicujus ſpurii vita maiorem ſemper ſuſpicionem ſolet injicere, quâm ſi illud idem publicé de aliquo legitimo prædicetur: *Ang. conſil.* 284. Hinc etiam Baldus

dus dixit, fratrem, minorem legitimum fratri maiori, quamvis legitimato, esse præponendum, atque hunc illi vel in via, vel in mensa, aut quocunque alio in loco cedere debere. *Bald. cap. per tuas de maio. & obe.* Et generaliter, quoties spurius cum legitimo concurrat, æquis indiciis legitimorum causa potior haberi soleat.

CAPUT LVI.

Spurii an dignitates Jure civili adipisci, aut tabellionis saltem munus possint exercere.

SUMMARIUM.

1 *Tabellionis munus vile est.*
2 *Servi publici.*
3 *Denotariis, ut dicitur adbanchum, & aliis, quid inter se differat.*
4 *Jure civili possunt spurii dignitates obtinere.*
5 *Catulli carmen explicatum.*
6 *Pater patratus, & cur nemo pater patratus, qui non legitimè natus n. 7.*
8 *Spurii Doct. jure creari possunt.*
9 *Spurii ad dignitates ex consuetudine locorum admittendi.*
10 *Constitutio Collegii Bonon. de non recipiendis spuriis.*
11 *Jason spurius, & à Mediolanen. Collegio rejectus.*

EX his quæ suprà dicta sunt multæ possunt quæstiones decidi, quæ Doctoribus altercandi materiam præbere solent. Alexander enim cùm ex facto esset interrogatus, an illegitimis liceret in Tabellionum ordinem adscribi, apertè respondit, eos tali numere indignos, *Alex consi. 70. in 2. Marsi. sign. 273. versi. ult. circa, Ruin. consil. 35. in 4. num. 14.* quoniam cùm infames dicantur, dignitatem nullam, nisi magna ex necessitate, possunt obtinere, *L. generaliter §. spurios, de Decur.* notarii verò officium cùm publicum sit, non debet talibus personis deferri. *Bar. L. eadem ad L. Jul. repe.* Contrà Gaspar Calderinus, qui ut spuriorum causam tueretur, Tabellionis munus tantum á dignitate abesse dixit, us vile id potiùs officium haberetur. *Gasp. Calder, cons. 2. de fid. instru.* eaque ratione Decuriones id conficere prohiberentur. L *universos.* C. *de Decur. lib.* 10. Hincque videmus libertum notarium esse posse: L. *fi. Cod. de ser. Reip. man.* cui tamen ad honorem dignitatemve ullam non licet ascendere: L. 1. C. *ad* L. *visce.* Hinc admonet Accursius advocatos, ne hujusmodi munera suscipiant, adeò obscura, & vilia. *Glos. d.* L. *universos.* cùm ob id servi publici dicantur: L. *non aliter, de adopt.* non quia veré servi sint, sed quia publicè instar sint servorum, ut & Oldradus dixit: *Old. consil. 75.* Quæ cùm ita sint, nihil esse deinde cur spuriis hæc prohiberentur, Cald. dixit, cùm munus hoc hujusmodi sit, ut dignitatem aut honoris gradum aliquem secum non habeat adjunctum in hancque sententiam pro spuriis.

&

& Angelus alacriter reſpondit. *Ang. conſil* 284. Sed mihi prius quidem quàm de quæſtione loquar, id neceſſarium videtur declarare, nihil ſcilicet Alexadrum Calderino contrarium locutum eſſe, quamvis nemo eos non diſcrepantes prima facie judicet, ſed ut erat diverſa eorum facti ſpecies, vario etiam modo utrunque ſuper re propoſita reſpondiſ-
3 ſe Ille. *Alex. d. conſil. & Mar. d. ſing.* 273. in eum invehitur notarium, qui cúm ſpurius eſſet, id tamen obibat munus, quod publici ſecum neſcio quod officii ducit, eſtque præcipuæ in eo genere authoritatis, quales ad banchum aſſumptos notarios vulgò ajunt. Hic *Cal. d. conſ.* ſimpliciter de Notarii munere interrogatus, etiam illegitimis aptum eſſe reſpondit, quoties ſcilicet fines non excederet conſuetos. & vulgarem Tabellionis tantùm operam quis præſtaret, quod quidem ab alio illo longé diſtat munere, ut egregié Bartolus adnotavit. *Bart. L. ead. ad* L. *Jul. repe. numer.* 4. *Dec. L.* 1. C. *de mand. prin. numer.* 32. Sed ſi vera ſunt, ut opinor, quæ ſuprà diſſervimus, *cap. præce.* inde patere poteſt, omnes has tam Alexandri, quàm Ang. & aliorum rationes eſſe ſupervacaneas, admittunt ij enim ſpurios infames haberi, indeque diſputant, an Tabellionum munus poſſint ſuſtinere. Ego autem cùm eos Jure civili infames non eſſe docuerim, nihil etiam obſtare video, cur non, & officio hoc, quemadmodum, & aliis dignitatibus poſſint defungi. præſertim cùm aliàs oſtenderim, illos Romanos
4 cives habitos fuiſſe. *cap.* 35. Fallitur enim qui putat eos niſi urgente neceſſitate Decuriones creari non poſſe. *L. d generaliter §. ſpurios.* cúm immò regulam in contrarium Papinianus conſtituerit: L. *Spurii, ae Decurion.* dixeritque & Ulpianus, nullam dubitationem eſſe, quin illis quicunque honores rectè poſſint decerni, *d. §. purios* quam deinde tamen limitavit idem Ulpianus, ut ſi eadem in dignitate competitorem habeat legitimé quæſitum, ab eo excludantur, *d. §. ſpurios ver. ſed ſi habeant* Sed hæc ipſa declaratio, & limitatio manifeſtè probat. quibuſcunque aliis caſibus id licere, *arg. per Dec. L.* 1. *de reg jur. num* 27. ſimileque huic eſt, cùm lex ait, certæ conditionis homines in magiſtratibus Municipalibus aliis eſſe præferendos, *L ut gradatim §. etſi lege de mun. & hon.* aut in albo antiquiores primum, vel eos qui amplioribus functi ſint muneribus eſſe deſcribendos. L. 1. *de alb. ſcriben.* Non enim ideò cæteri ut minimè idonei rejiciuntur, ſed inter multos, viſum eſt his aliqua de cauſa primas deferre, cùm tamen revera omnes ij digni muneribus judicarentur. *Gloſ. d. §. ſpurios ver. oportere.* Alioquin ſi diceremus, ex cauſa tantùm neceſſitatis, atque in ſubſidium, ut alii putant, ſpurios admitti, nonne malè ſané dixiſſet Ulpianus. *d L. ſpurios.* nullam de his dubitationem eſſe, cúm imò maxima tunc futura fuiſſet dubitatio? Nonne etiam malé eum paragraphum cum præcedenti reſponſo conjunxiſſet, ſi adeò diverſum factum ibi referendum erat, *d. §. ubi dictio quoque, quæ jungit ſecundum eandem qualitatem Bart.* L. *labeo, de pact. & L. ſi. quod cer. loc.* Occurrit

hoc

hoc loco, Catulli Poëta eruditiſſimi, carmen, quod mihi prætermittendum non videtur, eò quòd multos ſanè eo deceptos ſciò, qui exiſtimarunt ſenſiſſe, & illum, magiſtratus atque honores publicos, illegitimè natis non potuiſſe mandari. Inquit enim ad Hymenæum loquens.

5 *Quæ tuis careat ſacris,*
Non queat dare Præſides
Terra finibus, at queat
Te volente, quis huic Deo
Comparatier auſit?

Ex quibus verbis eliciunt multi, eum qui ſine Hymenæo, id eſt, juſtis nuptiiis natus fuerit, Præſidem creari non potuiſſe, nec magiſtratum ullum obtinere. Ego verò tantum abeſt, ut id eum voluiſſe putem, quod vulgò creditur, ut hiſce carminibus ipſe magis in priſtina ſententia confirmet. Altior autem ſubeſt his ſenſus, quàm qui ſe prima fronte oſtendit. Non enim ibi agit Poéta de quocunque magiſtratu, ſed de eo tantúm, qui Pater patratus, aut fœcialis di-
6 cebatur. Namque ſcimus patris patrati munus olim circa multa verſarum fuiſſe, inter cæteraque, ut occupatos populi Rom. fines ab aliis genibus, aut ſiquid aliud ab eis injuſtè detinebatur, repeteret, alioquin eis bellum indiceret. Cujus moris meminerunt plures, Livius. Alicarn. Lætus, & maximè Feneſtella, *cap.* 10. qui hac verborum formula eos uſos eſſe ſcribit: „Audi Jupiter, audite fines cujuſcunque ſint gentis, numina audiant fas, ego ſum publicus „nuncius pop. Rom. piè juſteque legatus venio, verbis meis „fides ſit. Jupiter, ſi ego injuſtè, „impieque illos homines, illaſque res dedier populo Romano, „mihique expoſco, tum patriæ „compote me nunquam ſinas eſſe, &c. Præerant ergo hi cuſtodiendis finibus pop. Romani, ob idque dixit Poëta: præſides dare finibus, intelligens de his tantùm magiſtratibus, ad quos ſpurii non poterant pervenire. Quòd ſi quis quærat, cur in his ſolùm legitimi requirebantur natales, non ſic in cæteris publicis dignitatibus. Hinc pendet profectò verus eorum carminum ſenſus. Quapropter ſciendum eſt, ne- 7
minem olim patrem patratum creari potuiſſe, niſi qui, & patrem ſuperſtitem, & filios ex ſe jam natos haberet, quod multis de cauſis inſtitutum fuiſſe refert Plutarchus. *in Problem.* Ille igitur qui non legitimè natus erit, tale obtinere munus non poterat, quòd is patrem non habebat, cúm vulgò conceptus diceretur. *L. vulgó, de ſta. hom.* propterea-que erant huic neceſſariæ parentum nuptiæ, ut doctiſſimus Poéta ait: Ex quo colligimus incæteris magiſtratib. ſecus fuiſſe, cùm hoc ſpecialiter in ea tantùm dignitate requireretur, quod, & interpretem quendam ſubtiliter in illis carminibus adnotaſſe ſcio. *Guar. in ex poſ. Catul.* quem nec ſua in hac re laude volui defraudare. His ergo, & magis adducor ut credam. ſpurios cæteros honorum gradus non fuiſſe interdictos.

Sanè Ariſtot. in Polit. hos á Reipub. adminiſtratione ſubmoviſſe non legimus, videmuſque in hiſtoriis quám plures hujuſmodi, ad maximas, & clariſſimas dignitates perveniſſe, Regna-

runtque,

runtque, & noſtra, & patrum noſtrorum memoria multi veró Nothi, magni tamen nominis Principes, à nobis ſuo loco in-
8 frà fortè nominandi. Quod igitur ad omnes ſpectat dignitates, quamvis id communiter receptum ſit, eas illegitimis Jure civili haud poſſe conferri, eademque ratione dicatur Doctores eos abſque ſpeciali privi-
ſ legio de Jure non licere creari: *Card. in præm. Clem. col.* 2. quod & dignitas hæc ſit. *Bart. proœ. C.* §. 1. *numer.* 10. *Dec. conſ* 161. cujus illi expertes ſunt. *L. honor.* §. *de honorib de mu. & hon.* Ego tamen contrarium prorſus aſſero, tum quòd nihil in iis animadverto, cur non ad quemlibet poſſint evehi honoris gradum, tum quòd illud, & legibus noſtris apertè deciſum puto, *d. L. ſpurii, d.* §. *ſpurios.* Sic hodié paſſim ſpu-
ε riis omnibus Doctorum inſignia concedi videmus, quod quamvis ex conſuetudine ſola introductum aliqui ſentiant. *Fel. cap. quanto. de magiſt. num.* 2. *Alex in* 1. *addit. L.* 1. *C de dig lib.* 12. ego tamen nedum conſuetudine, ſed, & Jure multùm antè cautum credo, quod conſuetudo deinde ſemper approbavit, quæ optima dicitur legum interpres. L. *ſi de interpretatione, de legib.*
9 Id quidem fateor hodie certam in hac re regulam tradi non poſſe, ſintne illegitimi dignitatum capaces, aut minùs cúm ſecundum varios locorum mores nunc omnibus muneribus indigni, nunc ad omnia idonei judicentur. Scimus autem in his conſuetudinem præcipuè eſſe ſpectãdam *L. fi. in prin. de mu. & hon.* & ſecundum eam uniuſcujusque conditionem eſſe dijudicandam. *Imol. c. de multa. in fin. de præbend.* Nam ut, & infrà de nobilitate latiùs dicemus, una eſt locorum conſuetudo, quæ claros ab obſcuris diſcernit viris, & dignitates ac munera idoneis diſtribuit civibus, cui ſemper in qualibet materia hærendum eſt. *Bart. L.* 1. *C de dignit. col. pen. lib.* 12 Atque ideò, ſi hoc in terris eccleſiæ, aut aliis multis Chriſtiani nominis regnis diſputemus, dubium non eſt, & ſpuriis quamlibet ferè dignitatem deferri poſſe. Sin alibi, tunc ſecundum illius civitatis inſtituta, mores, aliter fortaſſé res erit decidenda. Namque, & in hac urbe noſtra, cúm multis in rebus ſpurij à legitimis parùm differre videantur, una tamen in dignitate valdè hos ab illis ſecernimus. Extat enim penes Do- 10
ctorum collegium vetus conſtitutio, ne quis ex injuſtis natus nuptiis, ullo unquam tempore in illud poſſit cooptari, quam legem multi violari ſæpiùs quidem fruſtrà ſunt conati. Idemque, & 11
Mediolani audio ita fuiſſe obſervatum, ut nec Jaſonem quidem virum Juriſconſultorum peritiſſimum, & cui Juris profeſſores plurimum temper debeant, ullo ea in re privilegio fuerint proſecuti. Dicunt aliqui id Juſtiniani exemplo factum, qui cum ad libros Digeſtorum compilandos, permultos eruditos viros adhibuiſſet, laudat inter eos in primis Anatolium quendam, quòd ab antiqua legitima ſtirpe genus duceret. L. 2 §. *quæ omnia. Cod. de vet. ju. enucl.* Sed ego id obiter potiús dictum fuiſſe credo, ut cúm alios aliis in rebus extolleret, hujus etiam nobilitatem, & ſanguinis claritatem ita commendaret. Summoperè tamen conſ-

titutionem non noſtram laudandam cenſeo, atque perpetuò dignam obſervari. Ac de civilibus muneribus ſatis.

CAPUT LVII.

Jure Pontiſ. an ulla munera illegitimè natis deferuntur.

SUMMARIUM.

1 *Cur jus Cano. difficilius illegitimos ad dignitates admitat, quàm Jus civile.*
2 *Jure divino ab honoribus ſpurij non repelluntur.*
3 *Alciati error.*
4 *Spurius monaſterium ingreſſus, an verè legitimus cenſeatur.*
5 *In reſcripto Pontif. intelligitur clauſula, ſi legitimè natus ſit.*
6 *Quando epiſcopus cum ſpurijs diſpenſet, quando Pontifex.*
7 *Spurius ex diſpenſatione Pontif. poteſt. creari Card. & Pontifex.*

DIcamus nunc de aliis muneribus quæ ſola Pontificis, aut ſacrorum Antiſtitum authoritate deferuntur, hæc enim á civilib. longè differunt, legitimosſque omnino cujuſque expoſcunt natales, *c. fin. de fil. præsby.* quod & haud dubium erit ſané argumentum, Jure civili ſpurios á dignitatibus non rejici propterea quòd ſecus in eccleſiaſticis ſpecialiter fuerit conſtitutum. *Abb. c. 1. de fil. presb. num. 3. Archi' ca 1. eo. in 6. in princ.*

1 An verò id ita factum cenſemus, ob dignitatis ejus prærogativam. *Glo. c. 2. eo. in 6.* ob quam & ij qui nihil deliquerunt, á tali munere plerunque removentur, *c. pen. fi. 26 diſt.* An quòd eorum natales pauló ſint debiliores, *c. accedens de purg. Can.* Clericorum verò fama in nulla re prorſus debet vacillare, *ca laici. 33. diſt.* An quòd dignitates hæaliorum magis, quàm propria cauſa concedantur? *Card c. 2. 56. diſt.* paternæque adhuc in his 2
incontinentia crimen ueremur, *c. literas fil. presby.* Undeque ſanè id inſtitutum ſit, hoc literis quidem non ulli tradidêre. *Jo. Lup. in tract. de matr. & leg. col. antepen.* Jure tantùm humano ſeu Pont. hoc ita cautum, nec ſacris literis uſpiam talem illegitimis legem conſtitutam reperiri, quod tamen ego in præſenti non diſputo, cùm hodiè Jure novo ſatis hoc clarum ſit. Mihi autem id mirum magis eſt, 3
Alciatum virum adeò Juris ſcientiam præſtantem, ita hac in re lapſum eſſe, ut exiſtmarit, ſpurios ad quaſcunque dignitates Jure Pontificio, excepta Epiſcopali, poſſe revocari. *Alci. parer. 10. c 8.* Aut enim de iis ſenſit, qui jam natalibus reſtituti ſunt, & dubium non eſt, eis quemcunque vel ampliſſimum honoris gradum tunc poſſe deferri, nedum minores, ut ita dicam, Pontifices creari, *c. per venera. 1. col. quis fil. legit. cap. fi. & per to. 56. diſt.* Aut verò de iis locutus eſt, quibus illa nondum ſpuriorum labes exempta eſt, ſed verè Nothi adhuc permanent. Et tunc nihil vulgatius eſt, quàm illos nullo munere aut ordine dignos haberi, niſi antea legibus ſoluti ſint, *c. 1. 2. de fil. presby. in 6 c. cùm in cunctis, c.*

inno-

innotuit, de elect. c. accedens, de purg. can. & to. ti. de fil. presby. quod quandoque ipsi sponte quidem possunt obtinere, quandoque non nisi á summo Pont. queunt impetrare, nonnunquam & episcopis super his veniam dare
4 permissum est. Ecce etenim, si illegitimus quispiam religionem incipiat profiteri, monasticumque cultum sequi, dicitur is statim vitam suam omnem penitus innovasse, talisque eo ipso effectus, ut jam sacris quibuscunque ordinibus rectè possit initiari, *c.* 1. 56. *dist.* Aboletur siquidem omnis ilicò macula, si qua ante forté fuerat concepta. *Aut. de Monach. in prin.* exemplo ferè natalium restitutionis. *Bald. in lect. 5. L.* 1. C. *de sacros. eccl. n.* 2. quod tamen in ea re tantùm intelligendum est, ut quis sacros ordines liberè possit adipisci. At quod ad dignitates spectat, aut graviora quædam munera, is qui spurius natus est, licet dein Monasterium ingressus fuerit, hæc tamen tam in propria, quàm aliena ecclesia exercere haud spontê potest. *Abb. c.* 1. *in fi. presb. Gl. c. fi. eo tit.* ita ut nec Abbas in ulla monachorum familia etiam eligi ab eis queat, absque summa Pontificis indulgentia. *Fei. c. meminimus, de accusat. num.* 6. Quòd si quis nulli se religioni addixerit, sed Nothus adhuc verè vivat, is ab omni quidem sacerdotij spe, ut ita dicam, natura excluſus videtur, cùm receptü vix sit, ut suapte simplex tantùm Jus patronatus possit obtinere, *dicemus c. seq.* Hincque fit, ut si alicui certum decerni sacerdotium rescripto Pont. mandetur, id ita semper intelligi solet, si ex justis ortus sit natalibus. *Bald. L. neque, in fin. C. de prob.* quoniam ad hæc aliàs ij admitti rectè non solent, sed tantùm postulari. *Gl. c. innotuit. ver. permissum, de elect.* Sic quoque nec pensionis ecclesiasticæ capaces censeri quidam tradidere. *Gigas. tracta de pens. q.* 16. nisi eis stipendij loco ea sit constituta. *Gomes in Re. de an. pos. q.* 21. *Gigas supra.* quod nos infrà agemus. 5

Licet tamen summo Pont. quandoque & Episc. secundum 6
varia causarum genera, horum illos munerum compotes reddere, veluti cùm quis ad simplex tantùm sacerdotium, aut minores ordines cupit promoveri, hoc enim ei & ab Episcopo concedi potest, *cap.* 1. *de fil. præsb. in* 6. nisi paucis casibus Pontifici reservatis, quos Juris interpretes adnotarunt. *Abb. c. fin. de fil. presby. Fran. c.* 1. *eod. in* 6. *col.* 2. Cùm vero sacerdotium aliquod gravius, quod secum animarum curandum onus ducit, ad sacrosanctos ordines, aut ecclesiasticas quasdam dignitates sibi deferri petunt, in iis solùm summum Pont. adire necesse est, *c. fin. de fil. presb. & ca.* 1. *in* 6. Nisi fortassé quosdam casus proponas, in quibus ex justa & necessaria causa, etiam Episcopis, super iis quandoque indulgere datur, *arg. c. tali, c. exigunt.* 1. *q.* 7. traditum enim est, quæcunque beneficia, quæ duplicia Docto. appellant, usque ad Episcopatus titulum ab iis posse, cùm summa aliqua ratione postulat, in illegitimum conferri. *Host. in sum. de fil. presb. in fi. Fran. c.* 1. *de æta. & qual. in* 6. *num.* 4. Quòd si de aliquibus in Episcopis promovendis agas, tunc constat eos,

qui illegitimi nati sunt, à summo tantùm Pontif. legib. solvi posse, ut ad eam dignitatem obtinendam idonei judicentur. *Gl. ca. cùm dilectus, de elect. ubi Abb. col. pen.* eó quòd hic summus sit honoris gradus, qui meritò ab eo tantùm debuit proficisci. *Hostien. in sum de. æta. & qual. §. ordo. & de fil. presby. in fin.* Certi etiam id juris est, solere ipsum Pont. illegitimos tacitè ad hæc munera plerunque (ut ajunt) dispensare, cùm scilicet sciens illorum natales, eos tamen simpliciter ad hujusmodi evexerit dignitatum culmina. Quis enim non dicat eo ipso, omnia illis à Principe concessa, quæ illos anteà à tali munere obeundo rejiciebant? *Bald. L. imperialis. §. 1. C. de nupt. arg. L. quidam consulebant, de re judic. Pari. cons. 44. in 4.* In eo tamen erit animadvertendum, quòd si vel talem dignitatem, vel ampliores etiam aliquos gradus, alicui adipiscendi præbeat facultatem, necesse etit hæc omnia illius Diplomate specialiter exprimi, veluti si ad purpurei cardinis apicem eum voluerit posse vocari, aut Pontificem creari, Cùm enim hæc materia strictè intera prestanda sit, non sufficeret de quacunque dignitate generaliter mentionem fecisse nisi hæc ipsa munera, quæ cæteris insignioravidentur, particulari aliquo nomine significarentur. *Fran. c. 1. de fil. presbyt. in 6. 4. Nota. Bertach. tract. de Epist. li. 2. ver. 46.*

7 Tunc igitur tantùm rectè Episcopi, Cardinales, Pontifices etiam eligentur, tametsi ex illegitimo nati sunt quocunque matrimonio, ut multis exemplis in Decretis relatum est, *c. Ofius. 56. dist. cum Clo. in c. Cenomanensem. ver. fornicatione. ead. dist.* Unde nec multum abest, cùm vidimus & nos quendam hujusmodi genere totius Ecclesiæ gubernacula tenentem. Nec desunt huc aliqui talibus editi natalibus, qui in sacrum Episcoporum Collegium & Cardinalium etiam quandoque adleguntur.

CAPUT. LVIII.

An illegitimi pensiones ecclesiasticas, aut jus patronatus possint obtinere.

SUMMARIUM.

1 *Onera sacerdotiorum qua.*
2 *Pansio quid sit.*
3 *Prohibitus sui odio aliquid habere, intelligitur tantùm quoad lucrum.*
4 *Pensio laicis conceditur.*
5 *Cur ab Ecclesiæ ministerio illegitimi repellantur.*
6 *Sacerdotia obtinere honos est.*
7 *Pensionum plura genera.*
8 *Spurij habere possunt juspatro, & Hospitalia administrare.*

NUnquid uerò, certa annua pensio, ex sacerdotii alicujus proventu, ei qui non legitimé natus sit, poterit decerni? Et non videretur. *Gigas, in tract. pens. qu. 16.* Nam cùm hujusmodi sacerdotiis varia onera sint adjuncta, veluti ut is qui illis præest, divina celebrare, *c. si canonici, de off. ordi. in 6. Fel. c. postulasti*

tulasti, de resori. numer. 33. gregem sibi commissum custodire, apud eum perpetuó commorari teneatur, *c.* 3. 4. *& totit. de cler. non resid.* & alia quædam, 40. *Dist. cum seq. & de off. archi. presby.* Idcircò & emolumenta omnia ad eum tantúm spectare æquum esset, qui oneribus illis inservit, veluti fructus rerum, reditus, pensiones, & si qua similia, *c. cúm secundum, de præben.* ut labor ille, hoc decentis lucri solatio sublevetur, cúm & vulgo dicatur, propter officium, concedi beneficium, *c. fin. de rescrip. in* 6. & qui altari servit, de altari vivere debet, *c. ex his* 12. *q.* 1. *c. extirpandæ, de præben.* Cùm ergó propter onera, talia quoque emolumenta ex his ecclesiasticis percipiantur. consequens etiam videtur, eos qui talia onera jure nequeunt sustinere, hos nec commoda etiam ulla ex iis posse sperare. *cap. eos.* 81. *dist.* Sed hujusmodi sunt illegitimè nati, qui ad nullos sacros ordines evehi, nullis in ecclesia officiis defungi possunt, *c. innotuit, de elect. & toti. de fi. presb. & c.* 1. *eo. in* 6. ergò nec pensiones, quæ sunt fructus & commoda sacerdotiorum, iis erunt unquam concedendæ. Clarum enim est, pensionem nihil aliud esse, quàm meram beneficij commoditatem, ut ex ejus diffinitione colligitur à Doctoribus tradita, *in Cle.* 1. *§. ca. de supplen. neg. præl. Caccial. in tract. pens. in princ.* Porró valdé absurdum esset, cùm ab oneribus sacerdotiorum, ab ordinibus, atque aliis ecclesiasticis curis illegitimi arceantur, *d. tit. de fil. preb.* eos deinde ad ea quæ solùm utilia & lucrosa sunt, admittere, *contra d. c. cùm secundum, de presb.* & L. *secundum naturam: de reg. juris.* Sic enim melioris conditionis essent illegitimi, quàm legitimi, cùm illi duntaxat commodis frui, hi & incommoda sustinere plerunque cogantur. Et tamen nunquam luxus castitate potior habendus est. *Auth. de restit. & ea quæ par.* §. 1. Ex his etgo satis concludi videtur, illegitimos nisi legibus solvantur, pensionum capaces non esse, cùm ad sacros ordines, & ea quæ secum oneris, aut solicitudinis aliquid adjunctum habent, nisi eisdem legibus solvantur, admitti non possint, *c.* 1. 56. *dist.* Quinimó cúm in pœnam illegitimorum, & odium paternæ incontinentiæ id statutum sit, ne ecclesiasticis vilis se immiscant muneribus, *c. literas, de fil. preb. ca. si gens.* 56. *dist.* non deberet hoc immunitatem iis ab oneribus dare, sed tantùm à commodis omnibus eos repellere: *L. relegatorum. §. fi. cum* L. *seq. de interd. & releg.* cùm hæc juris regula sit. Ubi certo munere alicui, suomet delicto, aut odio interdicitur, commodis eum omnibus, non incommodis privari: *L. si quis solidum, de hæ. instit. Jas. rub. de just. & jur. num.* 18. 19. Quominùs ergò hi tales pensiones, quæ emolumentum tantùm afferunt, consequi posse debebunt? 3

Contrarium tamen sensit Gomesius, *in reg. de ann. pos. q.* 21. non mediocris vir eruditionis, & ratione, ut mihi videtur, optima. Pensio enim nihil spirituale secum habet. *Abb cap. adaudientiam.* 1. *de resc. in* 1. *Nota.* sed veluti profanum quid censetur, unde etiam laicis concedi potest, *Arch. c. quamvis.* 1. *de præben.*

ben. in 6. colum. 2. Gigas in tract.
pens. q. 21. *Caccial. q.* 13. licet-
4 que tanquam usufructus à pro-
prietate pendeant ecclesiastici
beneficij ut in diffinitione pensio-
nis dicitur. *Car. in Clemen. de*
supp. neg. præl. Caccial. in princ.
tract. diversa est tamen omninó
à beneficio, ut omnes aiunt, *c.*
quamvis. 1. *de rescri. in 6. ubi*
Fran. 2. Nota & Abb c. ad au-
dientiam. 1. *Nota. & Fel. de resc.*
Verùm cùm illegitimi, omnia
quæ spiritualia non sunt, rectè
capere possint, præterquàm si à
patre proficiscantur. *Alex. L. 6.*
ulti. Notab. de vulg. & pup. cur
non etiam & pensionem, quæ
merè profana est, possint obti-
nere? Nec enim quicquam re-
fert, quòd ex beneficio pensio
excipiatur, nam & fructus cæ-
teri, qui ex beneficio proveni-
unt, nemo sanè negabit eos il-
legitimis vendi aut donari posse,
cùm etiam eisdem, pietatis &
eleemosynæ causa, multa à pa-
tre testamenti executore tradi
possint, si illi his rebus indige-
ant, ut alibi à nobis dictum est,
cap. 44. quæ tamen religionis
tantùm causa relicta, & ad spi-
ritualium speciem accedere vi-
dentur. *Bart. Cas.* L. *si quis Ti-*
tio, de leg. 2. Nec etiam id con-
sequens est, ut pensiones illegiti-
mis interdicantur, quia & sacer-
5 dotia nequeant obtinere. Hîc
enim interdictionis cessat ratio,
siquidem prohibitum est illegiti-
mis, in ecclesia Dei ministrare,
aliave sacra munera exercere,
quód eos qui templis Deorum as-
sistunt, sacrisque oblationibus
dant operam, oportet continen-
tes in primis esse, & puros, &
omni labe purgatos, *cap. proposuis-*
ti 82. *dist.* At illegitimos, non
credit lex continentes futuros,
c. literas, de fil. presb. aut omni-
nò innoxios, *c. conjunctiones.*
35. *q.* 2. unde ab ecclesiæ etiam
eos servitio atque ordine rejecit.
Quòd veró idcircó ab ecclesia,
cætera quæ profana sunt, perci-
pere non valeant, ut pietatis in-
tuitu, aut in laborum meritorum-
ve suorum compensatione, aut
quacunque alia ratione, hoc mi-
nimè his prohibitum legimus, cùm
nec ulla id ratio possit persuade-
re. Non sequitur autem melioris
ideó conditionis esse illegitimos,
quàm legitimé natos, ut suprà ar-
gumentabamur. Namque legitimi
quidem ipsi & pensiones capere
possùt, prout illegitimi, sed hi præ-
terea, & sacerdotia obtinere,
ecclèsiasticjs titulis decorari, & 6
Deo ipsi valent ministrare, quæ
omnia & honorificentissima sunt,
& iis tantúm digna deferri, qui
insignibus admodum meritis emi-
neant, 40. *dist.* & 41. 42. ad quæ
tamen cùm illegitimi nequeant
aspirare, hinc satis patet, illos
in hac re deterioris potiùs condi-
tionis esse, cùm inter honestos,
honestis in locis adnotari, præ-
clarum sit, repelli turpe: L. 4.
Cod. de spectac. lib. 10. & satis hoc
Canones ubique testantur, eos
ob natalium turpitudinem, vitæ-
que indignitatem à talibus mu-
neribus arceri, *c. accedens, de pur.*
can. & tit. de fi. presby & c. sigens. 56.
dist. non quòd ullam hac in re
prærogativam præ cæteris fue- 7
rint consecuti. Ex his infero,
quòd cùm pensionum plura sint
genera. *Gigas in tract. pens q.* 3.
aliæ quidem quæ simpliciter su-
per fructibus alicujus beneficij
ecclesiastici constitui solent, pro-
ut quotidiè fit. Aliæ veró quæ
in titulum vel pro titulo sacerdo-

tij,

tij, alicui decernuntur. *Fel. c. postulasti, resc. num.* 38. Si de prioribus loquamur, concludo omninó cum Gomosio, illegitimos eas posse obtinere, quia nihil spirituale sapiunt, quales sunt omnes ferè quæ hodie super beneficiis reservantur. *Cacial, q. ultima. num.* 10. 11. *Gigas. qu.* 3. *in fin.* Sin verò de aliis tunc contradicerem, quia pro beneficio habentur, & beneficij nomine continentur. *Fel. c ad audientiam, de resc. num.* 13. *Gemin. d. cap. quamvis. Gigas. q* 1. *Car. d. Clem.* 1. cùm tunc pro re maximé spirituali sit constitutæ, scilicet in titulum sacerdotij, & ita argumenta Gigantis, secundum hæc intelligi possent.

8 Sed quid de Jure patronatus dicemus, an ne & illegitimis illud permittemus? Et negandum videtur, cùm annexum sit rei spirituali, *c. quanto, de judiciis.* cujus illegitimi capaces non sunt, ut modó dicebamus Verúm cùm favore ecclesiæ, divinique cultus, laici quoque ad id admittantur, sunt qui dicant etiam illegitimis non interdicendum, ut copiosè Curtius in tractatu suo disputavit. *Roch. de Cur. in tract. jus patro. ver competens q.* 2. Alij tamen variè in hac re distingunt. *Lamber. in tract. de ju. patro lib.* 1. *pag.* 129. quæ materia, quoniam apud eos uberrimè tractata reperitur, ideò satis esse in præsenti putamus, lectorem ad eorum commentarios rejecisse. Sanè & hospitalium administratio, illegitimis sicut & laicis mandari potest, dum sacrorum eis cura non immineat, ipsique benè instituti, ac honestæ vitæ habeantur *Pet. Ubald. tract. de cano. episc. & patro. pag.* 193. *num.* 4.

CAPUT. LIX.

An illegitimi Dicant de Familia patris.

SUMMARIUM.

1 *Nomina alia civilia, alia naturalia.*
2 *Bar. in nomine familiæ declarando varius.*
3 *Spurij de familia dici propriè non possunt, & quare. num.* 5.
4 *Familiæ nomen quomodo ad agnatos & cognatos hodie pertineat.*
5 *Familiæ nomen varijs modis sumitur.*

QUoniam leges injustos filios à patris successione repellunt, ac veluti alienos ducunt homines, videtur etiam plerisque, ut quemadmodum re filij non existimantur, ita nec gentilitatis aut familiæ jus ullum á patre retineant. Ideoque ubi lex paternæ familiæ fecerit mentionem, de his nunquam sit intelligendum. *Bar. L. libertinum. C. de inter. matr. & c. innotuit, elect.* Interpretes alij, ut in præcedentibus quoque aliàs dictum est, præsentem materiam spectandam voluerunt, odiosa ne an favorabilis esse. *Imol. §. si quis rogatus. col.* 6. Alij rationem legis perpendendam, ubi de familia loqueretur, ne quandoque plus lasciviæ & petulantiæ, quàm matrimonio tribueremus. *Alex. d. §. si quis rogatus. num.* 52. Bartolus autem distinxit in hac & similibus

quæs-

tionib. inter civilia nomina & naturalia. *Bar.* L. *tutelas, de cap. dimi. facit. leg. juriſconſultus. §. L. de grad. aff.* voluit n. ſi lex civili uteretur nomine, veluti agnationis, gentilitatis, tunc illegitimos minimé comprehendi: ſin naturali, veluti filios, patrem, aut jus ſanguinis nominaſſet, tunc & ad illegitimos hæc omnia rectè referri, eò quód in illis non civilia quidem, ſed naturalia tamen jurant in cæteris ineſſent: *L. hos accuſare. §. pen. de accuſ. & §. vulgo. Inſtit. de ſucc. cog.*

2 Hoc ipſum verò familiæ vocabulum eſſetne civile an naturale, varius in hac re ſanè deinde fuiſſe videtur, cum eo nomine quandoque illegitimos contineri, juſque ſanguinis potius demonſtrari; *L. pronunc. in fi. de verb. ſign.* quamodoque nomen id juris eſſe contenderit, *in d. L. tutelas.* & veris legitimisque agnatis tantùm convenire, *in* L. *fin. C. de verb. ſig.* Mihi autem antequàm meam de prædicta diſtinctione ſententiam proferam, id nunc oſtendere in animo eſt familiæ nomine, ſecundum verborum proprietatem ſpurios nunquam

3 poſſe cenſeri. Cùm enim id vocabulum (accipiendo illud pro agnatione, quæ magis propria videtur ſignificatio, ut Docto. ajunt.) *Bart. d. L fin. C. de verb. ſig. Alexan. d. §. ſi quis rogatus. num.* 52. eos tantùm ſoleat complecti, qui ab eodem fonte oriundi, ſub unius omnes quandoque poteſtate fuerunt: L, *pronunciatio. §.* 2. *& §. communi, de verb. ſig.* Quis velit illegitimos paternæ familiæ dicere, cùm hi nec patriam poteſtatem unquam ſint experti, illorumque origo eo tantùm die incipiat, quo edi-

ti ipſi ſunt: L. *ejus qui. ad Municip.* Etenim qui id nomen ſibi commune eſſe volunt, neceſſarium eſt ab eo ducunt originem, qui talis familiæ vocabatur, *arg.* L. *jus ſepulchri, cum Gloſ. C. de reli. & d.* L. *pronunciatio § com. muni, & §. fin.* Sed hi non patris originem, aut conditionem ſequuntur ullam, *L. cùm legitimæ, de ſta. hom.* ergò nec in patris familia unquam poterunt numerari. Et ſi diceres, contra hæc extare hodie Juſtiniani conditionem. *L. fin. C. de verb. ſign* qui voluit familiæ ſignificationem, non tantum ad agnatos, ſed & cognatos pertinere, eaque ratione rectè, & illegitimos venire poſſe, quòd ſcilicet in iis, cognationis ſaltem jura ſpectentur, ut 4
Bartolus ille tradidit, *in d.* L. *pronunc. in fin.* Reſpondendum eſſet, Jureſtinianum id ita ibi conſtituiſſe, quòd cùm agnatorum cognatorũque differentia ſoluta eſſet, familiæ quoque nomen hac in re commune utriuſque eſſe voluit. *Alci. d.* L *pronunc. verſ. agnat.* Sed cùm ſpurij, quo ad ſucedendum nec agnatis nec cognatis ſimiles ſint, cùm differentia illa inter adnatos ſublata, ad ſpurios non pertineat, *cap. Faber. Inſt. de ſucce. cog. §.* 1 *num.* 5. *Caccial. L. ſi qua C. ad Orfic. col.* 23. meritò nec de iſtis Juſtiniani verba accipi poterunt. Quin nec in alia quoque materia talem ſignificationem *de qua in d. L. fin.* admittendam dicerem, ubi aliter de communi uſu loquendi haberet, prout hodie multis in locis ſervari animadvertimus, ſicuti Bartolus 5
declaravit. *Bart.* L. *cùm ita. §. fideicom. numer.* 4. *de leg.* 2. *Jaſ. d L fin. C. dever. ſig. numer.* 21. Erit igitur, cùm familiæ fit mentio,

tio, rei in primis, de qua agitur, ratio habenda: cùm secundum varias causas, diversis etiam modis id familiæ nomen sumatur, & quandoque ad res, quandoque ad personas referatur, & familiam servorum dicamus, & familiam prætoriam, quæ omnia diversa sunt, ut eleganter ab Ulpiano traditum est, *d. L. proinn. ubi Alciat. & Bar.* L. *ad Syllan* Nos tamen hîc familiam agnatorum tantúm accipimus, spuriosque ita nullius familiæ verè censendos dicimus, non patris quòd ab eo alieni habentur: L. *vulgò*, *de sta. hom.* non matris, quòd mulier familiæ suæ caput sit, & finis, *d.* L. *pronunciatio, in fin.* tametsi originem inde suam ipsi ducant L. 1. *in fin. ad Municip. Glos* L. *cùm legitimimæ, de sta. ho.* Quæ tamen omnia, salvo communi usu loquendi semper asserimus, & aliis, quæ sequenti capite adjungemus.

CAPUT LX.

An illegitimi de genere, agnatione, domove paterna appellentur, anque gentilitiis in signibus liceat his uti.

SUMMARIUM.

1 *Illegitimus patri nec civili, nec naturali jure junctus videtur.*
2 *Illegitimi dici non possunt de genere, aut domo paterna.*
3 *Ubi de facto lex loquitur, de eo intelligit, quòd rectè, non male factum est.*
4 *An illegitimi dicantur sui vel conjuncti, & quibus casibus.*
5 *Communis usus loquendi servandus, an spurii dicantur de domo.*
6 *Spurii gentilia insignia ferre de jure non possunt.*
7 *Insinia illegitimorum, quomodo à legitimis dignoscantur.*
8 *Apud Gallos spurii nomen an turpe habeatur.*
9 *Transversa linea in spuriorum insignibus, quomodo sit notanda.*

QUod verò ad suprà traditam Bartoli distinctionem pertinet, *in* L. *tutelas, de capi. dimin* ut cùm lex generis paterni mentionem facit, dubitamusque an, & de illegitimis senserit, spectemus qualia ejus verba sint: civilia ne an naturalia, & si naturalia, tunc eos verbis legis contineri dicamus: quód si civilia, secus Ego, & talem distinctionem rationi ipsi repugnantem judico, Cùm enim illegitimi agnationis, & consanguinitatis jure à patre non retineant, §. *vulgò. Instit. de succ cog.* cognatio verò à matre descendat. *L* 2. *Und. cogn. & dic.* §. *vulgò*, quo pacto poterit illegitimus filius unquam de patris genere, domo, aut quocunque alio nomine dici, cùm ei nullo nec civili nec naturali jure sit conjunctus, *Bal.* L. *in testamento C. de test. milit. numer.* 4. Et enim agnatum eum illi non esse sat constat, minùs verò cognatum haberi ex hoc deprehenditur, quòd cùm inter agnatos, & cog-

cognatos nulla hodie credatur esse differentia, §. *nullam Auth. de hær. ab intesta.* si naturalis patri cognatus extaret in posset universum perinde ac agnatus succedere, quod tamen secus est *Auth. licet. C. de nat. lib.* Quam rationem cùm Imo. Alexanderque animadvertissent, *Imol Alex d. §. si quis rogatus, ad Trebel. num.* 50. nescio tamen quo spirito, & ipsi á Bartoli distinctione non recesserunt, voluntque attendi, an verba naturale potíus quám civile nomen sonent. Ex hac enim ratione colligitur, quibuscunque verbis utaris illos nunquam proprio sensu comprehendi, Vnde, & cæteræ illæ quæstiones sunt supervacaneæ, unde domo, genere, gente, stipiteve paterno possint appellari. Cùm enim ni-
2 referat, utrum verba ad naturam potiùs, quàm jus referantur, cùm filius nullo jure paternæ lineæ sit conjunctus, sequitur etiam, ut quotiens gentilium mentionem feceris, veluti si Cornelios, Portios, Marios appelles, nunquã de his sensisse videaris. Quòd si objicias, immo patrem filiis suis agnatum pariter, & cognatum haberi, quód emancipatorum, adoptivorumque exemplo constat, *arg.* 1. *emancipati, cum Glo.* 2. *Inst. de hær. ab intest. & L. pen.* §. *si quis enim C. de adopt.* Responderem id in legitimo patre intelligendum, non in justo, *d.* §. *vulgò, & L. non facile.* §. 1. *de gra. affin.* quem nec patrem quidem lex vult vocari, §. *si adversus Just. de nupt.* tametsi naturæ, & cognationi id nomen tribuatur, *d.* L. *tutelas de cap. dimi.* Non omittam etiam Bartolum constantissimè affirmasse, *In L. fi. C. de verb. sig.* tunc, & illegitimos sub paterno genere contineri, quotiens factum aliquod verba notarent. Exempli causa, Si lex Municipalis, cuicunque, é Claudiis nato immunitatem perpetuò tribuat, tunc enim spurios ea ratione venire dixit, quód lex ad illud factum se referat, an quis ex iis natus sit, hos verò inde procreatos, negari proculdubió non posse. Ideque illud esse, quod dici soleret, naturæ hæc vocabula esse, *d.* L. *tutelas* Sed mihi nec hoc satis liquet, 3
cùm enim lex super facto aliquo simpliciter quid statuit, id semper intelligi vult, dummodò legitimum sit, & ritè confectum alioquin quod malé factum est, non factum arbitratur. L. 2. *de Ant tut.* L. *quotiens sub Jas. qui satisd cog* siquidem sermo ita prolatus, licito & civili modo est accipiendus: L. *si cui, de servit.* ast qui illegitimi sunt, non rectè nati dicuntur, quod nomen ipsum satis demonstrat. Igitur cúm lex de eo, qui ex Claudiis natus fuerit, mentionem facit, de illo quidem, qui illegitimé natus erit, non sensisse satis est verisimile. Quid igitur nos in tot ambagibus statuemus? Ego tutissimum existimarem, ab ea regula nihil discedere, quam aliàs tradidimus in legum interpretatione, *suprà cap* 32. ut inspiciamus, cùm de agnatione, familia, & similibus fit mentio, ex pressane sit in lege ratio, an unica tantùm possit afferri, indeque nunc illegitimos ejiciamus, nunc ex legis ratione complectamur. Sic etiam, si quæramus, an conjunctorum vel suorum appellatione veniant quamvis id Doctores 4
omnes, quoad patrem, & ejus agnatos negent. *Alex. consi* 60. *in*

2. *nu-*

2. *numer.* 25. quo ad matrem, & per eam lineam proximos admittant, quia ſibi invicem ſuccedunt. *Alex.* §. *ſi quis rogatus*, *n.* 41. 42. *Fel. cap ſunt.* & *alii*, *de reſc. num*, 51. 53. Alij eos quidem non ſuos, ſed nec extraneis omninò ſimiles eſſe velint. *Fel. d. c. numer.* 56. Quidam etiam in cauſis matrimonij tantùm eos conjunctos dici fateantur, in cæteris alienos. *Fel. cap. per tuas, de prob.* 2. *notab. arg. cap. diſcretionem de eo qui cogn. conſ. uxo.* Nos autem, & hæc ſemper ex legis ratione dijudicemus, qua regula ſervata, facilius has omnes quæſtiones terminari crediderim, quæ quoniam ſuprà latiùs ſunt explicata, ideò hîc ampliùs repetenda non diximus. Id tamen ego cum cæreris in primis affirmo, obſervandum in hoc eſſe maximè cõmunem uſum loquendi, *Bart. L. pronun. in fi. de ver. ſig.* & L. *fin. C. eod.* & *L cum ita.* §. *in fideicom. de leg.* 2. quem hodie ubique ferè ita ſe habere animadvertimus, ut illegitimi de ejus domo, & familia cenſeantur, cujus, & filij habiti ſunt. *Sozi. conſi.* 102. *in* 3. *Ang. conſ.* 30. & 19. *Cor. conſ.* 169. *in* 3. *col. fin.* prævalet enim popularis ſermo propriæ ſignificationi: L. *cùm delanionis* §. *aſi. nam de fund. inſtr.* ut, & Quintil. ait, Authoritatem ſermonis ſuperat conſuetudo: quæ nedum in hominum, ſed, & legum etiam ratione dijudicanda, plurimúm inſpici ſolet. *Feli. Proœ. Decret.* Hinc Cicero Servium Tullum gentilem ſuum vocat, *in* 1. *Tuſcul.* quamvis eum minùs juſtè natum Florus, & alij tradiderint, quod paſſim, & alis exemplis notum eſt omnibus. Ex ſupradictis quidem ſat conſtrare poteſt, quid de gentilitiis inſignibus ſit ſentiendum, an iis, & illegitimi uti poſſint. Sit enim rationem ſpectes, cur ſpurius ea oſtentet ſtemmata, quæ ad agnatos tantùm pertinent, atque ex ea familia oriundos. *Bart. tract. de inſign. numer.* 10. *argu. L. jus fami. C. de relig.* & *ſumpt.* Quòd ſi conſuetudinem ſecus ubique videtur obſervari, licebitque ex conſuetudine, illegitimo cuique gentilitio ſe emblemate decorare. *Bar. d. tract. Soz. conſ.* 102. *in* 3. *numer.* 9. Audio tamen extra Italiam maximèque in Germania, diſcerni ſpuriorum, & legitimorum inſignia, videlicet adiecta tranſverſæ lineæ nota, quod injuſtorum natalium eſt indicium. *Port. Inſtit. de hæ. ab int. col.* 2. Ideircoque falſum videtur, quòd Caſtrenſis tradidit. *Caſt.* L. 3. *de lib.* & *poſt.* penes Tranſalpinos feré omnes illegitimi nomen turpe non haberi, & maximé apud Gallos. *Ripa.* §. *ſi quis rogatus*, *numer.* 9. *Gui. Pa. q.* 580. Animadvertunt ſed aliqui, ut tranſverſa illa nota á ſiniſtro latere in dexterum deſcendat, alioquin ſi à dextro incipiat, non eſt degeneris ſanguinis argumentum, quemadmodum in Borboniorum inſignibus perſpicimus, quæ, & ipſa tranſverſam oſtentat lineam, & tamen eorum origo ab illuſtri Regioque ſanguine fertur prodiiſſe, quod Nicolaus Ubaldus notat; *in tract. de Succeſ. ab inteſt. in* 4. *ſpecie liberorum.*

CAPUT LXI.

An illegitimi possint nobiles censeri.

SUMMARIUM.

1 *Infames dici ignobiles non possunt, nec ex iis nati.*
2 *Nobilitas à patre non matre descendit.*
3 *Quid sit nobilitas. 26. opiniones.*
4 *Nobilitas Theologica.*
5 *Nobilitas secundum Philosophos.*
6 *Nobilitas Politica.*
7 *Illegitimi cur non dicantur nobiles.*
8 *Nobiles ex locorum consuetudine accipi.*
9 *Apud Venetos, & illegitimi, & legitimati ignobiles.*

ILlud quoque de injustis filiis à multis quæsitum scio, possint ne ij in nobilium numero referri. Qua in re Bartolus, Bal. Imo. cæterique unanimes respondere. *Bart. L. 1. C. de dign. li. 12. Bald.* L. *cum legitimæ, de sta. ho. Imol. §. si quis rogatus Guid. Pap. q.* 580. *Ruin. cons. 77. in* 3. spurios filios, cùm ab incunabulis secum quadam infamiæ notam ducant. *Azo in sum. C. de infam.* non posse ullo unquam tempore nobilitatis claritate fulgere, quod ea ab omni macula, & turpitudine perpetuò debeat esse sejuncta. L. 2. *C. de digni. lib.* 12. Idcircoque, & nepotes ex his natos, reliquosque eorum successores, æquè obscuros, & ignobiles haberi. *Anch. cons.* 389. *Glo. L. divo. C. de quæstio. Dec. consil.* 85. *in fin.* non quidem quòd in his macula ulla notetur, si ex matrimonio nati sunt, sed quòd ex ignavo semine generosi haud soleant fructus existere, *cap. fertur. §. vulnerato. & cap. principatus* 1. *q.* 1. Quin, & si ex matre nobili, patre verò illegitimo prodiissent, adhuc tamen iis matris genus nihil prodesse dixerunt, *Anch. supra d. cons.* cùm, & illius nobilitas, ex quo se spurio marito junxit, quodammodò sit obumbrata. *L. fœminæ, de Senator.* & stemmata hæc honorari à patribus in filios, non matribus deriventur. L. 1. *ad Municipi. Bal. L. fin. C. de ser. fug.* ita ut nec consuetudine, nec Municipali lege contrarium possit decerni, *Bar.* L. *exemplo* C. *de Decurio. lib.* 10. Ego verò hæc quamvis omninó refellere non ausim, non vera tamen usque adeó esse puto, cum velint ij illegitimos ideò ex nobilium ordine eximere, quod in his nescio quid notæ, & labis adnatum putent. Quod ipse tamen, cùm in his minimé agnoscam, vt alias declaravi, *cap.* 55. propterea nec eorum sententiæ usquequaque existimo adhærendum. Est verò latissimus hîc disputandi campus, de nobilitate, an illius participes illegitimi censeantur, in primis enim á verbi notione esset exordiendum, ut intelligeremus, quomodo hæc ipsa nobilitas sit accipienda. Occurrunt verò in hac re explicanda tam variæ opiniones, ut meritò id dici possit, in hac quæstione quot capita, tot fuisse sententias. Non enim propria hæc est res, unius aut alterius

1 2 3

rius ſcientiæ, Sed quot penè dixerim artes, & diſciplinæ ſunt, quot varii bonarum literarum authores, ſinguli huic rei manum admovere ſunt conati, ut collegerit quandoque nòn contemnendus ex noſtris interpretibus Doctor Cæpolla, viginti ſex diverſas ſuper hac re proditas ſententias. *Cæp. tract. de Imp. mil. del. cap.* 4. Nos tamen in præſenti inutiles aliorum mittamus altercationes, noſtro Bartolo adhæreamus, qui triplicem diſtinxit nobilitatem. *Bart.* L. 1. *C. de dignita. lib.* 12. *col.* 2. Aliam ſecundum Theologos, quàm Theologicam dixit, aliam ſecundum Philoſophos, quam naturalem, aliam ſecundum Juriſcunſultos, quam Politicam appellavit Quod ad primam ſpeciem attinet, ſo-
4 lent Theologi eos tantúm verè nobiles, & cloros vocare, quibus ſummus Deus gratiam ſuam voluerit impartire, *primo Regum. cap.* 2. *ver. nunc. autem.* quam tamen nemini unquam propriis meritis, ſed mera tantùm illius benignitate partam teſtantur. Quo fit, ut de illegitimis ſint ne ij hoc pacto nobiles aut minùs, nemini liceat judicare, ſed potiùs æqùali cum cæteris conditione, ipſi habendi ſint, cùm tam grande Dei munus, cui nam contigerit, paucis innoteſcat. *Eccleſiaſt. c.* 9. *ad Roma. cap.* 11. *infin. Fel. cap. venerab. num.* 2. *de teſtib.* eique gratiſſimi, quos moralium vulgus abjectiſſimos, ſordidiſſimosque eſſe putat. *Corint.* 1 *c.* 4. & *Mart.* 20. Philoſophi autem, qui veram nobilitatem in virtute, & moribus poſuerunt, *refert. Bald. L.* 3. *C. de commer. & merc.* quid de illegitimis ſentiant, conſtare poteſt, cùm nihil ij parentibus aut fortunæ, quo ſadhanc rem acceptum velint referri, ſed totum hoc fateantur à noſtramet pendere voluntate. Namque ſi quis quocunque gene- 5
re natus, iis animum ſuum dotibus ornare contenderit, ut ſũma ſua probitate, & ſapientia omnium inſe oculos convertat, virtutiſque aliquam excitet admirationem, eundem, & nobiliſſimum habendum ducunt, quo in numero nedum legitimos, ſed, & Nothos cenſeri poſſe, & ratio ipſa, & vetera ſummorum virorum exempla teſtantur. Ter- 6
tia eſt nobilitas ſecundum noſtros juris authores, quæ propria eſt hujus quæſtionis, de qua quæritur an illegitimis poſſit convenire. Videtur autem reſpondendum, quoſcunque talis generis viros, ab illa quàm longiſſimè abeſſe, non eò quidem quód ulla hos turpitudine notatos putem, ut cæteri Doctor. credidere, ſed quod cùm nihil aliud nobilitas ſit. *Bart. d.* L. 1. *C. de dign. Alv. c.* 1. §. *cæteri. quis dic. dux.* niſi qualitas quædam à principe illata, ob quam unuſquiſque, è popularium numero eximitur, cujus compos is tantúm dicitur, quem aut Princeps eo fuerit honore proſecutus, aut cujus maiores Avus vel Pro- 7
avus talem ab eo conſequi gradum merverint. *Gloſ. L divo. C. de quæſtio.* Proptereà conſtat ſpurios nec ex ſe ipſis, nec ex patrum que perſona inter claros haberi poſſe Non ex ſe ipſis quidem quoniam nobilitatem nemo ſibi ſponté poteſt conferre, ſed à ſolis principibus petenda eſt. *Bar. ſupra.* Minús ex parentis origine quod ſpurij nullos generis ſui agnoſcunt authores, ſed ab his primùm

mùm familiæ, & gentis suæ origo excitatur: L. *ejus, qui ad Municipi.* sunt enim hi novi quidam homines veluti terræ filij, à seipsis orti, & quo ad patrem prorsus alieni, cùm nec ejus gentem, familiam, domumve sequantur: L. *cùm legitimæ, ubi Bal. de sta. hom.* immò degenerare dicantur: *L. fi.* C. *de natura lib.* quo circà nec ad eos gentilitia nobilitas potest pervenire, *arg. L. familiaria, cum sequen. de relig.* L. *jús. C. eod.* quæ ita agnationi & familiæ est annexa, ut tanquam qualitatis absque subjecta materia non possit consistere. *Bart. tract. de insig. arm. numer.* 10. Statuendum est igitur illegitimos nullo pacto inter nobiles collocandos, quod & Isocrates in Nicocle claré testatus est, cui id maximé curæ fuisse scribit, ut omnes ejus filiæ paternæ participes essent nobilitatis, id circoque non alios quidem legitimos, alios verò nothos reliquisse, qui aliorum nobilitate privandi essent. Quodtamen verum est, si decivili illa claritate sentiamus, quam Jurisconsulti nostri prodidere, cæterùm secundum aliorum aut Theologorum, aut Philosophorum sectas id non affirmarem, qui aliter nobilitatem accepere. Rursus & hoc in illegitimis simpliceter locum habere puto, quantùm ad eorum natales spectat, quos humiles omninò & sordidos esse aio, non in iis, quos Princeps erexerit, & dignitate aliqua decorarit, ut sequenti capite demonstrabo. Postremò & hæc secundum strictam juris rationem procedere fateor, non ex communi usu, qui meritò debuit prævalere. *Imol. ca. de multa, in fin. de præben. Feli. c. super eo', de test.* 8
num. 12. Ideoque in hac re, spectanda in primis fuerit uniuscujusque loci & civitatis consuetudo, ex qua quis quandoque nobilis, quandoq̃ ignobilis existimabitur: L. *fi. in prin. ver. calendarij, de mun. & ho.* plurimum est enim populorum moribus in hac re deferendum & ex eorum ritu nobiles à plebeis discernendi. *Soz.* 246. *colum.* 1. cùm, ut dixit Bartolus, nobilis ille sit, qui talis vulgò habetur. *Bar. d. L.* 1. *C. de dig. colum. pen.* & L. 1. *C. de mul. & in quo.* Hoc fiet, ut si in multis Ecclesiæ terris, aliisque etiam quibusdam locis nobilium fiat mentio, spurij quoque cum cæteris comprehendantur quoniam nihil quo ad numera publica obeunda, & ad honores, dignitatesque adipiscendas à legitimis differunt, nihiloque illis inferiores putantur, quod & de tota Delphìnatus provincia Guido Patte stratus est, in qua id ex consuetudine servari tradidit, ut illegitimi generis nobilitatem omninò retineant, ac pro nobilibus perinde ac alij legitimi habeantur, *Gui. Pap. q.* 580 & *Boér. de cis.* 127. *in fin.* Quòd si Veneto- 9
rum aut plurium aliarum civitatum nobilitatem recenseas, tunc illegitimos prorsus excludas, quoniam hujusmodi sobolem maximè negligunt. expresseque id apud eos est constitutum, ne quovis tempore, & si sint natalibus restituti, in nobilium numerum possint cooptari. Quod olim tamen iis permissum erat, qui per subsequens matrimonium legitimati essent. Hodié verò & hi nova lege excluси sunt, generaliterque ac iis sancitum, ne cuiquam, qui initiò non legitimis ortus sit

natali-

natalibus, ulla ratione aut privilegio ad nobilitatis decus unquam liceat aspirare.

CAPUT LXII.

Illegitimi, si natalibus restituantur, an nobilitatem adepti videantur.

SUMMARIUM.

1 *Nobilitas usque ad pronepotes:*
2 *Legitimati an adhuc labe ulla notati.*
3 *De natalium restitutione, contra Budæum.*
4 *Nobilitas à Principe quando conferatur.*
5 *Equites nostri temporis an nobiles, & de illorum origine.*
6 *Feudum nobile.*

CUm dictum sit, nobilitatem solius Principis esse munus. *Bart. L.* 1. C. *de dignit. col.* 4. *Cast. L. quotiens. in fi. C ubi sen. vel cla.* quæ tamen alicui concessa, in ejus filios, nepotes, & pronepotes propagetur. *Glo.* L. *divo. C. de quæstio.* Id circoque illegitimos ejus ordinis non haberi, quòd nullo jure, patri suo, quamvis clarissimo, siut conjuncti: *L. lex naturæ, desta ho.* Dubitatum fuit an si natalibus restituantur, simul & nobilitate donati videantur. Baldum enim legimus, cùm Alex. sentientem. *Bald. c. per tuas de maior. & obed. Alex. §. si quis rogatus. num.* 56. *in fin.* legitimatos adhuc inter nobiles non censendos, quód ea priùs labe ita sint contacti, quæ ampliús evanescere, aut prorsus elui non possit. *Bald. c.* 1. *§. naturale, fue contr. num.* 8. Quod quidem ab ea videtur fluxisse opinione, qua sensere quidam legitimatis non prorsus in verũ repositos ingenuitatem. *Dec. consil.* 275. *Cur cons.* 74 Quod mihi tamen absurdissimum semper visum est, nõ posse scilicet Principem quamcũque notam, aut maculam delere: *L. imperialis. §.* 1. *C. de nupt.* cúm omnia possit, ejusque voluntas pro lege habeatur: *§. sed. & qp. princ. Instì. de jur. nat. gent.* Hæc tamen ratio in præsenti nobis non est necessaria, cùm tantum absit, ut legitimatis quid notæ inesse fateamur, ut nec illegitimos ipsos ulla unquam deformatos sorde sæpiùs ditum fuerit. Cùm igitur spuriis hoc antea tantùm obesset, quòd eorum naturales obscuri admodum & viles habebantur, nunc cùm Princeps eos naturæ restituerit, in eumque statum reposuerit, quo initió omnes homines nascebantur: *L.* 2. *de nat. restit* videntur & hi procul dubiò ad veram nobilitatem perveniisse, præsertim cùm author sit gravissimus & eruditissimus Budæus. *Bud. in annot.* L. *fi de senat pag.* 12. ipsam natalium restitutionem nihil aliud esse, quam nobilitatis donum, eò quòd absterssa natalium plebeiorum sordida conditione, in priscam, communemque ab initio omnibus ingenuitatem quis reponatur. Sed ipse hanc Budæi sententiam, si de spuriis loquamur, planè non probo, nam si natalibus restitui dicuntur, qui rescripto Ptincipis legitimi efficiuntur: *§ si quis ergo. Aut. quib. mod. nat. eff. sui.* quis dicat eum, qui ex ignobili patre spurius

ſpurius ſuſceptus eſt, ſola deinde reſtitutione, & legitimorum jura, & nobilitatem concecutum? cùm id tantùm ea nobis tribuat, ut patrib. noſtris veri & juſti filij efficiamur? Quòd ſi plebeius pater ſit, cur legitimatus filius nobilis cenſeatur? Cur non potius, cùm ſicuti filius bonorum & facultatum omnium ſucceſſor eſt futurus, ſic & ut filius patris conditionem ſequatur qualemcunque? Crederem ergo ex natalium reſtitutione non perpetuò nobilitatem inuehi, ſed pendere hoc à patris conditione, ut ſi is eo ſplendore illuſtretur, hoc quoque & in legitimatum deſcendat: ſin minùs, illegitimos ex ea reſtitutione, jus filiorum, & patriam quidem poteſtatem, verùm dignitatem nullam aliam obtinere, ſed in omnibus paterna veſtigia imitari, quia tanquam ex juſto matrimonio nati ſolùm intelliguntur. Non nego tamen,
4 quin poſſit princeps & eoſdem ad nobilitatis decus evehere, quamuis ab humili & abjecto patre genus ducant ſuum, licet enim Principi quemcunque velit in ſummo honoris gradu collocare. Id verò quomodo dignoſcatur, declaravit Bartolus multis modis. *Bar d. L. 1. C. de dign. col. pen.* Inter quos ille præcipuæ inſignis eſt, cúm ei dignitas aliqua à Principe defertur, quamvis careat adminiſtratione. Extat enim conſtitutio Zenonis, ubi expreſé mentionem facit nobilitatis, quam ſine adminiſtratione per honorarios codicillos collatam quibuſdam teſtatur.? L. *fi. §. viros. C. ubi ſen. uel clar.* Unde eos omnes, qui privilegiis á Cæſare aut aliis ad id facultatem habentibus, donati ſunt, putarim nobilibus adſcribendos eſſe, tametſi privata illa dignitas videatur, quales ſunt hodie equites plerique, qui Diplomatis Cæſarum inſigniti à plebeiis ſolent diſcerni. Quod ab eo originem duxiſſe videri poteſt, quod ſcribit Sueton *Sueton. in Clau. c. 25.* Claudium Cæſarem imaginariæ genus militiæ inſtituiſſe, quo abſentes, & titulotenus fungerentur, Quæ tamen res hodie à veteri illo ritu nimium collapſa eſt, cùm Reguli plurimi hac authoritate abutantur, nullaque perſonarum habita ratione, eam dignitatem temerè omnibus decernant, ad quam olim non niſi inſigni aliqua virtute præditi, fuiſſent vocandi: *L 1. §. credidit, de off. porf. præt. L. fi. C. de ſtat. & imag.* propterea aque nec ad hos cætera privilegia ſpectare certum eſt, quæ militibus jure noſtro concedi ſolent. *Cy. lib. 1. C. de jur. & facti ignor. Ripa L. cetnurio. nu. 10. de vulg.* Porrò & illud acquiſitæ nobilitatis multò manifeſtius ſignum eſſe ſolet, cùm dignitas aliqua tribuitur, cui adminiſtratio ſit conjuncta, & ſuapté natura ſecum nobilitatem ducat, quod à Bartolo traditum extat. *Bart. d. L. 1. pen. col.* unde quidam Feudum nobile aliud minùs nobile dixerunt. *Jaſ. prælud. Feud. num. 119.* Sed hæc extra propo- 6
ſitam materiam ſunt, quæ tamen dixiſſe voluimus, ut intelligamus, quibus modis hæc ipſa nobilitas illegitimis communicetur. Cæterúm, conceſſa ſpurio alicui dignitate, an ex eo & natalibus reſtitutus cenſeatur, commodiori loco tractandum reſervamus *Alex. L. quidam conſulebant, de re judic.*

CAP.

CAPUT. LXIII.

De infantibus expositis, & aliis, quorum parentes ignorantur.

SUMMARIUM.

1 *Necare dicitur, qui exponit filium,*
2 *Hospitalia spuriorum, & numer. 5.*
3 *Expositi ad sacros ordines & dignitates admitti possunt, & num. 7.*
4 *De Cyro, Moyse. & alijs legitimè natis expositis.*
6 *Exponens filium, admittit patriam in eum potestatem.*
7 *Expositi capaces successionum qualecunque censentur.*
8 *De quibusdam Pont. ingnoto genere.*
9 *Terræ filij, & à se orti homines.*

POterat fortassé aliquibus videri non necessarium, ullum nos hoc argumento separatim caput conscribere, cùm suprà latè id tractum sit, *cap.* 20. an unusquisque in dubio legitimus vel illegitimis sit censendus. Quia tamen animadverti, nescio quid præcipuum hujus ipsius quæstionis esse, quod præcedentibus non ita aptum erat, volui propterea pauca hæc superioribus adjũgere, ne posset hæc pars à commentariis nostris desideri. Hoc igitur tantùm á nobis in præsenti agendum erit, sint ne hi, qui publicé exponuntur, legitimi, an nothi potiùs judicandi. Namque si Nothi videantur, tunc nihil amplius opus est de his differere, quippe quibus omnia cum aliis spuriis sint communia. Sin uerò legitimi dicantur, & tunc nihil ad rem nostram, eorum pertinet disputatio. Scio autem nos aliàs statuisse, honestos in dubio uniuscujusque natales esse existimandos, qua ex re sequitur, expositos quoque, quorum ignota est origo inter legitimé natos esse referendos. Contra tamen quædam pugnat conjectura quam de veris justisque parentibus naturali ratione solemus facere. Etenim quis credat unquam, tantam immanitatem in legitimum patrem cadere potuisse, ut proprium filium, sua ipsius viscera, tam impiè abjecerit? ea præsertim in ætate, quæ alieno indiget præsidio, nec propriis se ipsam viribus apta est sustinere? Cùm enim necare filium is dicatur, qui eum exponit: *L. necare, de lib. agnos.* audebimus ne tantum scelus unquam de patre 1
coniicere, ut is filio suo crudeles manus intulerit, Non ita hæc ab illegitimo patre abhorrent quem plerunque aut delicti conscientia, aut infamiæ metus potest adigere ut natum ex se minùs honestè filium turpiter etiam deserat, cúm se coram honestis viris, illius patrem monstrari, non possit non erubescere. Propterea que multis in locis videmus: Hospitalia his ipsis expositis erecta vulgò spuriorum hospitalia, 2
sicut hîc Bononiæ nuncupari, quasi & nomen ipsum demonstret, spurios tantùm, non verò legitimè natos, ad hæc loca solere deferri. His accedit, quòd spurij à legibus ij vocari solent, qui certum patrem non possunt

oſtendere, ſed L. *vulgò, de ſta. hom.* cùm eo in numero ſint omninò hi expoſiti, ut etiam Baldus animadvettit. *Bal. d.* L. *vulgò.* nimirum ſequitur hos nothos non legitimos eſſe dicendos. Ego tamen à contraria ſententia non diſcedo, quà cùm aliàs pluribus rationibus ſum tutatus, idëó hoc à me loco breviter referri, nihil mirum erit. Dico autem Doctorum opinione receptum eſſe, expoſitos hos, ad ſacros ordines, dignitates eccleſiaſticas, atque alia publica munere rectè poſſe promoveri, tametſi eorum origo nemini conſtet. *Jo. Anch. c.* 1. *de inf. cap. Barba. Fel. ca. cùm deputati, de judic. num.* 13. quæres neceſſarió oſtendit, illos legitimos, non ſpurios jure cenſeri, *arg. c. fin. de fil. presb. c innotuit, de elect.* Certum id etiam eſt, eoſdem nulla labe aut macula aſperſos dici poſſe: L. *fin.* C. *de inf. ex. L. nemini. C. de epiſ. und.* quomodo igitur eos qui ſpurios appellet, cùm hoc ſpurij nomen notæ cuidam affine eſſe vulgò eſtimetur? *Azo in ſum.* C. *de infam. Alexan.* L. 3. *de lib. & poſt.* Nec quicquam conjectura illa ſuprà delegitimis patribus relata, his obſtat ſiquidem veterum exemplis patet, multos exponi filios, qui tamen ex matrimonio nati ſunt, ut de Semirami, Moyſe, Paride, Cyro, 4
Oedipo, & aliis pluribus hiſtoriæ teſtantur, quos parentes metu alicujus periculi quod eis portendebatur, aut aliis de cauſis, temerè exppponebant, nosque etiam uſu ipſo quotidiê experimur, multos quandoque rei familiaris inopia, cùm ſe victui neceſſaria liberis videant non poſſe ſuppeditare, ſolere illos exponere, potiùs ſpe, ut ab aliis commodiùs educentur, quàm quòd paterna erga illos exuti ſint pietate, quod ego à nonnullis probæ conditionis parentibus, qui in ſimiles inciderant calamitates, re vera ſæpè intellexi. Ne quamvis vulgó hæc ſpuriorum hoſpitalia vocentur, ideó tamen nothi illi cenſendi ſunt, nam, ut dicebat Baldus, loquens de Bononienſibus, in valdè ſimili caſu, *in L. nutritorib. C. com de ſuſſ.* popularis ſermo noſter jus non facit, & res ipſa contrarium docet, ut modò diximus Quin & Canones hoc idem ſuadent, cùm iis caveantur, parentes qui filium exponunt, jus pattiæ poteſtatiis amittere, nec eos ut filios ampliùs poſſe vindicare, *ca.* 1. *de infan. ex.* De quibus enim 6
aliis patribus hoc poteſt intelligi, præter quàm de legitimis, cùm hi tantúm filios habeant in poteſtate: §. *ſi. aduerſus. Inſtit. de napt.* Conſtat hinc igitur ſatis liquidò, etiam juſtos liberos exponi ſolere Nec illud nocet, quòd certum patrem non videantur illum habere, nam eo ipſo quòd natales eorum ſint ignoti, fit interpretatio ſtatim in meliorem partem, præſumiturque illorum origo honeſta, non turpis, *ca cum deputati, de judi. c.* 1. *de ſcru.* quod in vulgù conceptis ſecus eſt. Nec verum eſt etiam, quoſcunque qui parentem nequeunt oſtendere, illegitimos eſſe, ut Gregorius Pontif. teſtatur, *d. c.* 1. *de in f. exp.* Vel quicquid contrà aſſeras, dicam in his jus non deficere, ſed probationem, ipſos videlicet verè legitimos eſſe, taleſque jure haberi, quamvis proprios ipſi natales non ita juſtè poſſint probare,

re, *arg.* L. *duo sunt, de test. tut.* Multa præter hæc prætereo, quæ commodius ex quæstione suprà á nobis disputata, *cap.* 20. elici poterant, sufficietque hæc tantúm in præsenti obiter adjeciſſe, ex quibus statuimus, quo ad exppsitos pertinet, & cæteros, quorum omninò incerta est origo, eos in dubio legitimò potiùs quàm illicito genere censendos, ob idque ad actus legitimos rectè admittendos, 7 *d. c. cum de putati.* hæreditatem successionumque capaces existimandos. *Fabe Ang. §. fin. Iust. de hær. inst.* cæteraque munera seu civilia, seu ecclesiastica illis hoc solo prætextu nullatenus esse interdicenda *Joan. An. d. cap* 1. *de inf. ex. & Docto. cap. cùm deputati.* Cæterùm legi quidem graves nonnullos authores, & maximè historicos, hos ipsos, qui obscuro prognati sunt genere, spurios in liberis suis appellantes, quo nomine certos etiam Pontifices uti illegitimos 8 notatos scio, eó quòd unde originem ducerent, vulgó incertum esset, ut de Leone V. Pontif. & Dionysio I. traditum est, quos alij ignotis tantùm parentibus ortos scripsere, alij cùm de eorum natalibus nihil certi reperirent, propterea, spurios esse prodiderunt, quod etiam de Demosthene quidam scriptum reliquerunt. Sed alij, ut jubet, sentiant. Mihi sanè hæc sola ratio nunquam persuadebit, ex pudenda aliquem origine profectum esse, cùm in dubio honestior pars sit conjicienda. Memoranturque Pontifices multi, ignotis parentibus, & patria, ut Christophorus I. Bonifacius VII. Joannes XIX. & quos modò retulimus, Dionysius I. & Leo V. quos omnes spurios extitisse, hac sola de causa nunquam affirmarim. Solent hi etiam à quibusdam terræ filij appellari, seu quód terra sit communis omnium parens, seu quod juxta quorundam historias, é terra primis temporibus mortales nati dicantur. Vocantur, & jidem homines à sese orti, aut novi homines, quibus loquẽdi modis utitur Cicero pro iis, qui obsuuri admodum ignobilesque sunt, ac sine ullis maiorum imaginibus. Cætera, quæ de expositis dici poterant, quinam in bonis eorum succedant, cujus fori dicantur, æqualis ne sint omnes conditionis, & alia ejus generis ego hic jure prætermitto, quoniam cùm in numero legitimorum eos esse difiniamus, extra rem esset, ac materiam nobis propositam ea hic in serere, quæ suis locis uberrimé tradita, aptiùs etiam intelligi possunt. *Hostien. in summ. de inf. exp. & Docto. in cap.* 1. *Supecu tit. eod. Castr. L. nutritoribus. Cod. de succes. Salic. L. fin. C. eo.* 9

CAPUT. LXIV.

Qui alium spurium appellat, an injuriarum actione teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Injuriarum actio quando detur.*
2 *Spurius non dicitur, quem Princeps restituit.*
3 *Non facit injuriam, qui nihil*

falsó obijcit , & n. 9.
4 *Crimini naturæ vitio ingenita , non sunt exprobanda.*
5 *Accusare aliquem , plerunque laudabile.*
6 *Reipub. interest quædam delicta palàm esse.*
7 *Spurios cognosci an Reipub. expediat.*
8 *Difficile esse judicare , an injuria sit facta.*
9 *Qui alium vocat spurium , cur injuriarum teneatur.*
10 *Non sufficit quid bonum esse , sed benè factum.*
11 *Quibus casibus spurii appellatio non sit contumelioſa.*
12 *Lata culpa non sufficit ad injuriarum actionem.*
13 *Accidentia facti injuria , spectanda.*
14 *Apud Gallos , Græcos , an spurii nomen ignominioſum.*

EST ne verò hæc contumelia , si te aliquis spurium , & ut vulgo dicitur. Bastard ũ apellat quamobrem tu eum in judicium adducere possis? Hic ego , antequàm quid pronunciem , multa consideranda , & circuspicianda puto. Si enim tu verè non es spurius , sed legitimis ortus parentibus , illeque temerè talem te falsó appellaverit , non dubito , quin contra eum actione injuriarum possis experiri. *L. 3. C. da injur. Bart. L. turpia , in princ. de leg. 1. & L. 3. de lib. & posth.* Ubicunque 1
enim aliud dicitur , quod alterius pudorem aut famam lædat , ibi & injuriarum crimen oritur. *L. item apud §. generaliter , & §. seq de injur.* sed vulgo hoc nomen spurij , nescio quid notæ secum ducere creditur , *cap. accedens de purg. can.* vixque verisimile est aliam ob causam id ab eo dictum , quàm ut tuam existimationem minueret , Igitur cùm hoc quicquid sit , fuerit ementitus , erit injuriarum judicio tibi obligatus. *L fin. C. de accusa. L. 3. C. de injur.* Idem purarem , & si spurius quidem natus esses , nunc verò Principis beneficio natalibus restitutus , is enim qui adhuc te spurium vocat , iniquè agit. *Cravet. cons.* 168. *in prin.* cùm illegitimus non , sit , quem 2
Princeps restituit , potuitque rectiùs ille te non legitimè natum appellare , cùm hoc primævos tuos natal s respiceret , non autem præsentem tuam conditionem ita notare. *Alciac. de Duel. cap.* 10. quæ nunc veré legitima est. Qua tamen in re animadvertendum erit , an probabili aliquo errore ductus fuerit , vel quia te initió spurium natum existimasset , vel quia restitutionis illius ignarus esset , quæ cùm facti sit , facilé potuit ei non nota esse , vel quia aliter se communis usus loquendi haberet , qui legitimatos adhuc spuriorum nomine comprehenderet , ut sæpissimé videmus , tunc enim hæc ad aliud caput pertinent , quod modò attingemus. Cùm verò quis te spurium nominat , tuque re vera talis es , longior quidem tunc est dubitatio , videatur ne ob id ullam tibi injuriam intulisse. Extant enim in hac re multiplices Doctorum sententiæ , variaque illorum responsa. *Jo. And. in Add. ad Spec. titu. de injur. Abb. c. cùm te , de rejud. n. 26. Rom. cons.* 96. *Old. cons.* 53. *Albe.* L *si non convicij* , C. *de jur.* sed quatuor præcipuè opiniones traditæ reperiuntur , singulæ inter se diversæ. Prima Accursis , *Inst. de* 3
injur. §. 1. ver. fieret. videlicet ,

ut

ut qui nullum crimen falsò objicit, is nec ulla injuriarum actione teneatur. Quid enim potest ille delinquere, qui veritatem prodit, cùm veritas præ cæteris sæper sit colenda. *L. cùm ita, ubi Bbb de conait. & demonst.* Alia fuit Honstien, *in sum. de injur. & contra quos.* ita distinguentis, quòd aut crimen tibi objectum, tua ipsius culpa contractum est, ut si te furem, proditorem, sicarium, lenonem dixerim, & tunc nihil tibi obtrectasse videar, quo me in judicio possis accersire. Cùm enim tu, eo te scelere polluere minime erubueris, cur adversus me id tantum deinde enũciantem, ita indigneris, *facit. L. quod quis ex de regul. jur.* Quód si
4 alio te maledicendi genere carpse rim, quo tu abq̃ ulla fraude tua labores, veluti si te claudum cæcum, innopem, aut spurium vocarim, cùm & spurium nasci absque ullo crimine nostro contingat, *c. nasci. 56. dist. L legem. C. de nat. li.* & tunc contumelioſas hujusmodi voces censeri. Debui enim ego, ut bonos decet homines, calamitatis tuæ potiùs misereri, non tibi, hæc probra objicere, quæ fato obtigerunt, cùm naturam ipsam non licet accusare. *L. max. vitium C. de lib. præt.* Tertia traditur opinio Joan. Theuton. *Glos. in cap. si peccaverit. 2. q.* 1. qui voluit multum referre, an verba hæc in judiciali aliquo negotio proferantur, aut alibi: Si enim ob id ego tibi diem dicam, ut te adulterij aut homicidij reum convincam, aut consimili adversus me, vel testes meos exceptione utaris eosque tanquam infames, sordidos, & facinorosos repellas, nullum hîc convitium notari debet. *Alex.*
5 L. *fin. quod quisque jur.* accusatio enim ipsa, nedum turpis non habetur, sed magna plerunque laude, & præmio digna est. *L. 1. C. de fa. lib. circa fin.* ut de Lucio Crasso, Marco Antonio, & publio Sulpitio refert Cicero, *lib. 2. offi.* qui cùm seditioſos, & inutiles cives quandoque in judicium vocarent, à cæteris probati valdè fuere. Reus autem qui adversarij sui actionem hac eadẽ cupit ratione elidere, quæ vera utique est, cur in eum injurius videatur, cùm ab eo provocatus, jus suum tueri magis, quàm maledictis eum lacessere contendat. L. *qui cum na. §. si libertus, de bo. lib. L. libertus*, 1. *de in jus vocan.* Quarto loco di- 6
xit Bartolus. *Bart.* L. *cum qui de injur.* ubicunque Reipublicæ expedit, crimen illud quo te appello, cæteris notum esse, qualecunque id fuerit, impuné semper divulgari posse, veluti si re leprosum, impostorem, hæreticumve dixero? publicé enim interest hæc, sive corporis vitia innotescere, quia contagiosa sunt, *cap. 1. de conju. lepr. cap. de rectoribus de cler. ægrot.* sive animi, ne alij ab his decipiantur, eorumque commercia possint declinare. Ast ubi quod tibi delictum objicio, id nullam Reipubl. ex eo utilitatem parit, ut si te pumilionem, ventriosum, gibbosum nominavero, quamvis re vera nihil ementiar, teneor tibi tamen contumeliæ nomine, cùm ex usu publico nihil sit, talem té à me ita vulgò prædicari. Si igitur te spurium appellavero, convicium hoc esse quidam tradiderunt, *Abb. cap. cùm te, de re judic. num.* 28. *& in cap. fin. in fi. inju. Rom. d. consil.* 96. 1. *col.* eò quod natales meos cæteris no- 7
tos

tos esse, nihil ad rem publicam pertineat. Idem, & Bartolus quandoque existimavit, *in L. turpia, de leg.* 1. *& L.* 3. *de li. & postu.* Sed tamen alibi contrarium deinde confessus est, *in d. L. eum qui.* voluit enim hanc contumeliam non esse, dum verum sit, incertis illum parentibus ortũ esse, eò quod plurimùm referat, quo ad honores, & munera publica obeunda, spurios à legitimè natis discerni. *L. generaliter §. spurios vers. sed si de Decurion.* Unde quod modò uti contrarium ab eo dictum notavimus, *in d. L. turpia.* posset ita fortè intelligi, ut scilicet, cùm quis eum spurium appellasse, qui legitimus verè erat, tunc injuriam ei fecisse dicatur, *ita procedant. trad. per eum, in d. L. turpia, & d. L.* 3. *de lib. & posth.* alioquin si spurius veré sit, tunc nulla ea sit injuria, *ut ait in d. L. eum qui.* ut ita sibi Bartolus ubique constet. Sed mihi nec ulli ex his quatuor opinionibus prosus hærere in animo est, cùm singulis multa videam repugnare, nec longas etiam placet aliorum Doctorum in hac re distinctiones sequi, cúm adeò multiplices sint, *Card. in* 15. *q.* 1. *Abb. cap. cùm te; de re jud. colum. si Alb. L. si non convicii. C. de injur. Ripa L. fi. C. de*
8 *revoc. don. num.* 25. 26. ut ex iis vix quicquam clarum aut expeditum unquam possis colligere. Animadverto quidem, haud facilè etiam in hac materia quid tradi posse, quod ubique constet, nam cúm injuria, ex affectu facientis consistat. *L. illud. §.* 1. *de injur.* difficillimum est omninó aliorum cogitationes ita posse à nobis introspici, ut dignoscamus, quo quisque consilio aliquid fecerit, unde ad conjecturas, & accidentia quædam extrinsecus recurri oportet. *Glos.* 1. C. *ad* L. *Cor. de sica.* quarum certa ratio tradi non potest. Propterea nihil mirum est, si tam multa hactenus à Doctribus cumulata reperimus, quæ tamen quæstionem ipsam non satis commodé explicent.

Ego igitur, quæ de cæteris injuris dici possent, quæ sané multa sunt, hic missa faciam, tantùm quæ ad hanc spurij appellationem spectant, qua potero breviori tutiorique via referam. Credo autem id ab omnibus in hac quæstione præsupponi, nomen hoc spurij vulgó ignominiosum, & turpe haberi, quod quamvis nos aliàs in dubium vocaverimus, in præsenti tamen, & cum aliis admittimus, alioquin nulla in hac materia esset disputatio. Et 9
hic pro regula constituendum censemus, eum qui aliom spurium appellaverit, contumeliæ reum esse, & injuriarum actione teneri, seu falsó, seu verè etiam ita eum compellarit. Cúm enim hoc nomen, de alterius fama, & opinione aliquid detrahere aptum sit, ut vulgò ajunt, afert proculdubió secum, & contumeliam. *L. item apud. §. genera liter, de injur.* Quamvisque verum id utique sit, quod ab eo jactatum est, non tamen injuria illa esse desinit. *L.* 3. *Cod. de off. rect. prov. ver. si non ad libidinem, & L. quisquis.* C. *de postul.* siquidem nos injuriam ex malevolo alterius animo, propositoque magis quàm ex euentu metimur. L. *eum, qui §. fin. de injur.* L. 1. *§. divus, ad* L. *Cor. de sica. cap.* 1. *in fin.* 15. *q.* 6. Alt hic iniquum affuisse animum satis

conf.

constat ex verbis illis, quæ suapte natura contumelioſa ſunt, talis. n. unius cujuſque mens fuiſſe præſumitur qualem verba ipſa præ ſe ferunt. L. L*abeo*, *in fin. de ſup. leg. L. Sejæ*, *de tut. &c.* Non igitur convicij, & rei veritate excuſatur, qui aliquem maledictis vexat, non enim quid factum ſit, attendimus, ſed quo animo factum ſit, *cap.* 1 *in fi.* 15. *q.* 6. L. *verum. L. qui injuriæ, de jur.* Cùm plerumque & ea quæ per ſe bona, publiceque utilia evadunt, ex quo tamen non bono facta ſunt conſilio, eum pœnæ non eximant, qui talia auſus eſt perpetrare, *cap relegentes.* 23. *q.* 5. Nec enim ſufficit bonum
10 quid eſſe, ſed benèfactum. Cujus rei inſigne nos celebramus exemplum Chriſti, ſumma cum veneratione ſemper nominandi ſavlatoris noſtri, cujus patibulum, cùm ab æterno nos ſupplicio liberarit, noſque illius neci vitam noſtram acceptam referre teneamur, eos tamen qui tam dirum cruciatum illum excogitarunt, tanti non vult ſceleris pœnas effugere cùm eorum cogitatio prava, & iniqua fuerit. *Gl. cap.* 1. *ver. qualitas de coll deteg. & d. cap. relegentes.* Porrò, & in caſu noſtro nedum malignum ejus, qui te ſpurium appellat, conſilium fuiſſe exiſtimatur, ſed & eventus ipſe haud multò quidem melior exiſtit, cùm errata noſtra ab aliis pubilicè detegi & divulgari valdè in humanum, & illiberale videatur. L. 2. C. *quando*, *& quib. quar. pars lib.* 10. L.
11 3. C. *quem. teſt. aper.* Crederem tamen hanc regulam multis caſibus poſſe temperari, quibus hæc ſpurii appellatio nullam convicij pariet actionem. In primiſque in judicio, ubi agendo ſive excipiendo á quopiam id in alium diceretur. Ut ſi ob id ego tibi litem intendam, quòd te illegitimò natum alicui ab intestato ſuccedere non poſſe dicam, quin ea bona ad me pertinere Aut tu jus tuum tuendo, eadem mihi objicias, hîc enim non eſt, quod noſtrum alteruter ſibi contumeliam illatam conqueratur, cùm juris executio nullam habeat injuriam. L. *injuriarum* 1. § 1. *de injur. L. nullus videtur*, *de reg. jur* Huic ſimile eſt, ubi juſta alia cauſa ad id dicendum me impuliſſet, ſortê quòd te ſacerdotium aliquod aut publicam dignitatem ambire intellexiſſem, egoque ea ſpurij atteſtatione, in de te rejeciſſem non enim hîc quicquam te lædo, cúm jus publicum tuear: quod talia munera illegitimé natis non patitur mandari. Sic quoque, & extra judicium munere illegitimé natis non patitur mandari. Sic quoque, & extra judium multa exempla poſſunt excogitari, in quibus res ipſa quæ agitur, omnem injuriæ ſuſpicionem delet: Veluti cúm illi, qui ariorum quendam de futuro vitæ ſuæ ſtatu curioſus conſuluerat, reſponſum eſt, eum tenui ſemper admodum fortuna uſurum, quòd pudendis editus eſſet natalibus. L *item apud.* §. *ſi quis aſtrolog. de injur.* Vel cùm mihi inter aliquos, de ſpuriis filiis, & eorum geſtis, ſermo incidiſſet, ego te unà cum alliis multis illegitimé natis, ſine ullo dedecore tuo nominavi. Aut aliàs dixi, te, quamvis vulgô conceptus eſſes, ſummo tamen ingenio, ſummaque virtute prædituum eſſe. Aut aliter fortè in tua conditione bona fide erravi, cùm te Nothum eſſe ſanê crederem.

His

His enim caſibus. quæ injuria notari poſſit? cùm aliò oratio mea pertineat, quàm ut te quicquam mordeat, aut preſtringat? præſertim cùm ad hanc injuriarum actionem movendam, dolum alterius præceſſiſſe oporteat, nec lata culpa ſufficiat.
12 *Bald. conſil. 277. in 5.* Generaliter ergó ubi juſta quæpiam ratio ſe offerat, quæ dicentis animum purgate poſſit, ceſſabit contumelia, ſiquidem diximus ſuprà, injuriam tunc demùm fieri, cùm iniquo in alium animo ſumus, *d.* L. *illud.* §. 1. *de injur. L. ſi non convicij. C. eod.* Propter eà igitur, quamvis anteà verba iſthæc, uti voluntatis noſtræ internuncia, contumelioſa videri potuiſſent, exquo tamen cauſa nunc evidens eſt, quæ ad id nos adduxerit, cedit conjectura illa quæ ex verbis oriebatur, contrario huic facto, *no. in L.* 1. C. *ad L. Corn. de ſic. & in d.* L. *ſi non convicij.* hæcque præſumptio, quæ præſertim cum rei veritate conſentit, aliàm tollit, quæ ſolis verbis antea nitebatur, *arg. Auth. itaque C. com. de ſucc. & L. divus, de inſtit. teſt.* Hæc tamen cauſa, quæ injuriæ ſuſpicionem tollit, qualis eſſe debeat, commodum non eſt explicare, cúm ipſa facti accidentia, & momentanea quædam, quandoque injuriam factam maximè ſuadeant, quandoque negent. Nam ut ex Demoſt. oratione refert Claud. *in L. aut facta de pœnis.* Non ex accepto vulnere contumeliam ipſam ſemper poſſumus æſtimare, cùm & ingenuis hominibus cedi non grave ſemper ſit, ubi in contumeliam verberentur. Quis verò contemptum illum, qui ex vultu, oculis, habitu, geſtu, iracundiáque oritur, quæ ſingula injuriam plerunque pariunt, aliis aptè poſſit oratione ſua exprimere? Nam & quandoque factum aliquod narrari videas, quod audientibus minimè contumelioſum fuiſſe unquam videri poſſit, iidem tammen ſi affuiſſent, omnia per ſummam injuriam & iniquitatem facta procul dubiò reſpondiſſent. Erunt igitur in hac re omnia diligentiſſimè conſideranda, perſonæ, tempus, locus, ſermones antea habiti, & in primis illius animus inveſtigandus, qui te eo nomine compellavit, cùm niſi is verè in te malevolus extiterit, eum tu injuriæ nequeas accuſare. *Dec. conſil. 487. col fin.* Eritquoque & conſuetudinis locorum ratio habenda, cùm dicat Caſtren. *in L. 3. in prin. de lib. & poh.* id 14
nomen ſpurij apud Tranſalpinos, id eſt Gallos. *Ripa. §. ſi quis rogatus, ad Treb. num. 9.* turpenõ haberi, nec ex ea appellatione ullam injuriam oriori, quod tamen hodie uſus comprobat falſum eſſe. Apud Græcos autem olim valdé ignominioſum fuiſſe legimus, cúm ſcribat Sophocles, *in arg. Trag. Oedip. Tyran.* Oedipum ob id Corinthum reliquiſſe, & peregré profectum eſſe, quòd ei probrum obiiceretur, quód eſſe Nothus: hortaturque Plurarchùs, *in lib. de lib. educ in princ.* eosqui liberis operam dare volunt, ut legitima ineant matrimonia, ne alioquin eorum filij ab ilis carpi poſſint, quód minùs juſtos habuerint natales. Hodie quidem, quamvis in nonnullis regionibus, & maximè apud Barboros, hoc ſpurij nomen nihil contumeliæ ſecum ducere videatur, frequentius tamen & regulariter

lariter hæc opinio omnium ferè gentium & nationum animos creditur pervasisse, ut quilibet te spurium appellari adeó indigné ferat. Erit ergó hærēdum usui locorum, & nisi quæ justa ratio, eum qui ita alium appellarit, ab injuriæ illatæ suspicione tueatur. in dubio contumeliæ nomine poterit condemnari *Grammat decis. 37.*

CAPUT LXV.

Cur spurium nasci turpe habeatur, atque illegitimi malè audire soleant.

SUMMARIUM.

1 *Græcorum lex de concipiendis filijs.*
2 *Cur spurij quandoque solertiores legitimis.*
3 *An filij ex parentum delictis debeant condemnari.*
4 *An patris naturam imitentur.*
5 *Virtutes, & vitia expropria tantúm pendere voluntate.*
6 *Boni patres malos gignunt liberos.*
7 *Illegitimi monstra naturæ.*
8 *Quæ dedit natura, â nobis non damnanda.*
9 *Matrimonium cur institutum.*
10 *Spurij quidam, ut legitimi habendi.*

CUr verò illegitimi sic passim negligi solent, & veluti turpes personæ haberi? An quod philosophi ad generosam sobolem procreandam, hilarem mentem omnibus curis solutam exposcunt? unde Græcorum legibus cautum erat, utqui se mulieribus suscipiendæ prolis causa essent juncturi, hi omninó sobrij, aut vino saltem parcissimè degustato cum iis congrederentur, propterea quód semen ipsum præsentem lætitiam vel mœrorem, aut alios affectus concipiat, eosdemque & in filios rasmittat? spurij verò, ut absque magna animi perturbatione concipi nequeunt, dum fortè dubitant coëuntes, ne interim ab aliquo deprehendantur, ita & existimentur varium ingenium, minimeque sinceram mentem ab ipso conceptu ducere? Sed hæc ratio generalis non est, ut quæ ad naturales filios, & quosdam etiam spurios non pertineat, qui cum exeo congressu suscipiantur, cui nulla pœna jure indicta est: *L. 3 de concub.* L *si ea. L. que adult. C. de adul.* eorum quoque parentes, iis dando operam, ulla mentis vexatione agitatos fuisse non est verisimile. Præterea dicendum potiùs videretur, hos ob hanc causam legitimis digniores esse judicandos, cùm soleant hi ex furtivo congressu, ubi insignis aliqua solertia, aut machinatio fuit adhibita, ut plurimúm procreari, in quibus concipiendis semper feré arctius quoddam adest animorum vinculum, quàm in legitimis nuptiis, ubi nulla quandoque voluntatum conjunctio, sed ipsa tantùm simplex copulatio potiús ex consuetudine quadam, aut conjugali officio intercedit: qua ratione & solertiores legitimis filiis & patrib. etiam magis similes gigni non nulli existimarunt.

An verò spurios ita notamus, ob paterni delicti detestationem,

3 quàm in filiis ita leges plerunque
1 ſolent vindicare: L. *quiſquis. Cod ad* L. *Jul mateſt.* Unde Juſtinianus eos à patrum ſucceſſione rejecit, ut majus ex hoc parentibus ſupplicium infligeretur: *L. fin.* C. *de nat. lib.* & legimus in ſacra pagina: Ego ſum Deus Zelotes, vilitans iniquitatem patrum in filios, uſque in tertiam & quartam generationem. Quo argumento ſcripſit & libellum Plutarchus, De ſera numinis vindicta, ubi multis probat rationibus, iniquum non eſſe, ſi filij ex paternis peccatis condemnentur, Sed nec ratio hæc generalis eſt: quid enim deliquit pater in concubinæ, ancillæ, aut meritricis complexu, quorum tamen filij & ipſi indigniores vulgò cenſentur? Sed & quo modo ad patres deterrendos id inſtitutum quis dicat, cùm illis impunitas delicti interim condonetur? Nam quod filij ex illicito illo concubitu nati, hac ratione deinde ſint mulctandi, cùm incertùm ſit tunc patri, cùm mulieri ille ſe jungit, ulli ne liberi ex tali congreſſu ei ſint ſuſcipiendi parùm id certè illum à propoſito explendæ ſuæ libidinis poterit remorari. Id quidem ſcio quoque penes quoſcunque bonos viros, legem illam quæ aliena errata aliorum vult ſuppliciis expiari, iniquiorem eſſe: nullum enim patris delictum innocenti filio pœna eſt, ut Ulpianus ait: *L. 2. §. nullum de Decurion.* Unde Bion. Philoſophus hoc non minùs ridiculum eſſe affirmabat, quam ſi Medicus quiſpiam ob avi, aut patris morbum, nepoti medicamentum adhiberet. Cur enim pœna ſuum egrediatur authorem, ut alios immerentes affligat: *L. ſancimus.* C. *de pœnis.* Non eſt, inquit Caryſtius, *c. nunquam. 56. diſt.* nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus, nanque etſi matrem habuerit fornicatione pollutam, aliove dedecore inquinatam, nihil tamen eum illius crimina labefactabunt. Et Auguſtinus, *ea. ſponſuſ. ead. diſt.* exemplo hoc dicant filij parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe, An verò ſpurij màlè audiunt, quod ſcilicet paternæ libidinis & intemperantiæ ſucceſſores exiſtimentur? juxta illud *Gloſ. c. 2 de fil. presb. in 6.*

Sapè ſolet ſimilis filius eſſe patri. Sicuti enim agrochordones & lentigines genitorum, quandoque in filiis apparent, ita putetur, qui ex incontinenti natus eſt parente, generis referri ſimilitudinem?

Et Horatius:

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Sed minús & hæc mihi ratio probari poteſt. Quis enim neſcit, cùm primùm quis natus eſt, alium effici ab illo, qui eum genuit, *ca jam itaque. 1. q. 4* atque ſuam cuique mentem eſſe divino creatam arbitrio? Nam, ut inquit Hieronymus, non in feminibus, ſed in 5
voluntate naſcentis, cauſa vitiorũ poſita eſt, atque virtutum, *c. naſci in fi. 56. diſt.* nec maiorum noſtrorum aut probitas, aut turpitudo, niſi in volentes filios poteſt derivare *c. nunquam, eod. diſt.* Non

n. hîc

n. hic ab iis quæ corpus respiciunt, ad ea quæ animi sunt, rectè quis potest argumentari, *ut in contrariis, & facit c. dominus. 56. dist.* siquidem corporis pater author videtur, quod mirum non est, plerunque libiris ille similimum reddi. At animus, Dei ipsius munus est, quem is non aliundè pendentem, sed seipso constantem, & maximè liberum, mira tamen providentia unicuique ingenuit, propterea quòd ad filios attinet, nihil est, quod magis utique credas, eos paterni ingenij vestigia imitari, quàm cæterorum vel alienissimorum hominum voluntatem. Possem & illud addere frequentius id fortassè esse, ex optimis parentibus, perditissimos filios proficisci: qua de re
6 extat Spartiani ad Diocle. Imp. epistola, liceretque infinitis exemplis in variis vitæ generib. hoc comprobare. *Val. Maxi. lib. 3. cap. 4. 5. Plutarch. de sera. num. vind.* Sed in re proposita tam multa in promptu sunt, ut adventitiis nihil planè sit necessarinm, quæ nos infrà referemus, *cap. ult.* unde cuilibet liquere poterit, quantùm is decipiatur qui in spuriis paternam lasciviam, & reliqua crimina putat ingenita. Cur igitur ita eos aspernamur, & veluti turpes personas fastidimus? Ego id in causa esse conjicio, quòd cùm leges, procreandorum liberorum causa, matrimonium instituerint, quod honestissimum est, & maximé commendandum: spurij, cùm preter hoc institutum in lucem prodierint, præbent se quodammodo cæteris contemnendos, quippe qui non more aliorum, nec ex legum præscripto, hoc se humani corporis amictu induerint, ut ideirco ceu naturæ monstra habeantur, *arg. L. onstentum, de verb. sig.* Ipsi verò nihil est, quòd in hoc parentes acculent, & quasi culpam totam in eos conferant. Væ enim qui dixerit patri, quid generas? *Esai. c. 45.* sicut nec lutum dicet figulo suo, cur me ita finxisti? *Paul. ad Roma. cap. 9.* cùm naturam non liceat accusare: *L. maximum. C. de lib. præ.* non magis, quàm si mulier se fœminam genitam ægré ferret, aut alius fortunæ suæ succenseret, quód illum non formosum, divitem, & virtutibus multis ornatum edidisset. Quin debet quisque propriam conditionem, primæuumque statum suum æquo animo ferre, & quæcunque illi in ipsis natalibus contigerunt, benignè sustinere. Leges autem optima scimus ratione, matrimonij jus instituisse tum ne alienæ & sordidæ stirpes ingenuis & splendidis natalibus subrogarentur: *L. super statu. Bod. de quæst.* tum ad excrescentem hominum libidinem continendam: §. *natura. Authen. qui. mo. nat. sui* tum ut ordinum familiarumque dignitas conservaretur: *L. 1. §. quamvis. de vent. insp.* Fortassé & ut filij haberent, unde optimos mores ediscerent, cùm alioquin, ij qui vulgò concipiuntur, ab illis non possunt parentibus edoceri, quos certos non habent, aut si quos habent, talis existant, qui eorundem scelerum & turpitudinum potiùs, quám honestæ vitæ essent illis documenta daturi. Hæc autem non de iis quidem spuriis intelligimus, qui virtutum suarum splendore, natalium origini tenebras effuderunt: eos enim apud bonos viros, nec ullo con-
8
9

temptui esse, nec legitimis inferiores judicari omninò scimus. *Marsi. sing.* 273. cùm, ut inquit Sophocles.

Legitima est natura viris, quibus optima mens est.

Quod, & sequenti capite clariús liquebit.

CAPUT LXVI.

Nomina aliquot insignium virorum, qui illegitimi fuêre.

CUm multis anteà rationibus, variis in locis, ut se res obtulit, ostenderim, non esse Nothos eo in numero habendos, quo plerique putant, non ab re hoc loco mihi facturus videor, quod suprà argumentis probavi, id exemplis etiam de monstrare. Nam cum, & ad finem propositæ materiæ me sentiam pervenisse, non aptiore ulla me clasula uti posse duxi, quam insignibus aliquot viris enumerandis, quorum mentio, cúm & quæstionib. antea à nobis tractatis, valdé inserviat, tum etiam elegantibus plerisque viris fortassé non erit injucunda. Atqui non omnes quidem Nothos hîc à me recensendos profiteor, quorum nomen egregiis eorum meritis, literarum monumentis dignum sit commendari. Quis enim brevi libello tantum possit negocium complecti? cúm diversis terrarum in locis innumeri propè floruisse dicantur, inter quos sufficiet nobis, nonnullos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, Jurisconsultos, Oratores, aliosque aut belli gloria, aut literarum studiis, aut aliis vitæ generibus claros, prout nobis occurrerunt, tumultuario referre, ex quibus paucis deinde facilè erit unicuiq; intelligere, in omnibus, rebus quæ maximé, & præclarissimæ inter homines habentur, spuriorum virtutum valdè emicuisse. Quare non defuerunt ex Græcis, *Stobæ.* ac nostratibus etiam, qui illos nihilo legitimis filiis inferiores, forte etiam ingeniosiores, & solertiores asse affirmarent. Hinc Statius.

Vidi ego transfertos alieno in robore ramòs.
Altius ire suis.

Et Euripides.

Ex nobis spurios nasci, non turpe putandum est,
Fac namque ingenio valeant, fac moribus, ipsúm.
Haud unquam poterit naturam invertere nomen.

Possetque hæc sentẽtia acutis multis, & validis rationibus communiri, prout aliás etiam attigimus *cap.* 55. Sed in præsenti contenti erimus aliquos tantùm Nothos memorare, quos apud varios authores obiter aliquando relatos offendimus. Siquidem, & eos prætermittimus, qui in Poétarum libris ex Diis geniti, & Heroes clarissimi fuisse traduntur, cùm, ut, inquit Plinius, dicere inter Deos connubia, aut adulteria, proximé ad dementiam accedat. Sicuti nec eos persequimur, quia apud Turcas, Ægyptios,

tios, Scythas permulti dicuntur, iidemque in imperiis succeſſiſſe, & fratres regno ſæpe ſpoliaſſe. Quis enim in referendis barbararum gentium moribus nos debeat labor occupare? quibus cùm recta vivendi ratio ſit ignota, illegitimos quoque ab aliis ſecernere, nulli feré curæ videtur? Eorum igitur, qui ex noſtris legibus verè Nothi habiti ſunt aut tales cõmuni opinione crediti, nonnullos in præſenti dicere aggrediemur: prout ex variis hiſtoriarum tum veteris, tum noſtri temporis monumentis accepimus, præcipueque ex Volaterrano, Sabellico, Riccio, & alliis permultis, qui in obſervandis rebus memoria dignis, easque nobis fideliter tradendis, diligentiſſimi fuêre.

A.

AMalech, à quo Idumæa terra, dicta Amalechita.
Artaxerxes, qui imperium Perſis reſtituit.
Arideus ex Plilippo Maced. Rege.
Andriſcus Rex Macedon.
Ariſtonicus Rex Pergami.
Alexander Severus Imper.
Aurelianus Cæſar. Imper.
Arnulphus Cæſar. ex Car. Magni genere.
Athelſtanus Rex Britanniæ.
Aroldus Rex Britanniæ, Cuntonis fil.
Albanus Martyr, ex inceſtu patris cum filia.
Annibal Bentivolus, Joannis I. filius.
Alexander Medices, Dux Florent.

B.

BArtolus Juriſconſultus.
Borſus Dux Ferrariæ.

C.

CIdrellus, qui Meuntem urbem extruxit.
Cæſarion, ex Cæſare, & Cleopatra.
Conſtantinus Magnus Impar.
Criſpus Conſtantini fil. Cæſar factus.
Clodoveus I. ex Regib. Franc. qui Chriſtum coluerit.
Crominus fil. Ducis Britonum, qui cum Clotario conflixit.
Carolus Marcellus, ex Pipini genere.
Carlonus Aquitaniæ, & Burgundiæ Rex.
